
ARISTOTELES
VI,1
1579

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARISTOTELIS STAGIRITÆ

RHETORICORVM Artisque POETICAE libri omnes, Quorum seriem, inscriptionémque alteram ab hac pagina commonstrabit.

Tomi Sexti Pars Prior.

L.3420

LVGDVNI,
Apud Ioannam Iacobi Iuntæ F.
1579.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ hoc volumine continentur.

***

Rhetoricorum ad Theodectem Libri III. Georgio Trapezuntio interprete.

Rhetorica ad Alexandrum, Francisco Philelpho interprete.

De Poetica, Alexandro Paccio Patritio Florentino interprete.

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS ARTIS RHETORICAE

LIBER PRIMVS.

GEORGIO TRAPEZVNTIO INTERPRETE.

SVMMA LIBRI.

De Rhetorices cum Dialectica, conuenientia, eius vtilitate, efficacia, subiecto, ac instrumentis. De triplici Rhetorices, Causarumque generibus ipsorum finibus, circa quæ omnumquodque versetur, ac quibus vtatur, exquisita enarratio.

De eisdem Rhetoricam ac Dialecticam esse. Eos qui de Rhetorica ante Aristotelem scripserunt, defecisse, ac non recte scripsisse. Quæ sit ipsius vtilitas.

Caput Primum.

RHETORICA Dialecticæ * æquipollet: nam de rebus vtraque est, quæ omnium quodammodo communia, & nullius determinatæ scientiæ esse cognoscuntur. Quapropter omnes etiam vtriusque ali-

* ex alte parte respondet.

quo modo participes sunt: quippe omnes aliquo vsque tum quærere ac reddere rationē, tum defendere & accusare conantur. Verum multi hæc temere, nonnulli exercitatione ac habitu facitant. Quæ quoniā vtrog; fieri modo possunt, patet & possunt & in certam rationem ac viam redigi, cùm eius causam inspicere possimus, quo tam qui exercitatione, quàm qui casu dicunt, quod volunt adipiscuntur, id verò artis esse officium omnes recte concedent. Quicunque igitur eloquentiæ artes ad præsens vsque cōposuerūt, paruā ipsius particulam adinuenerūt. Nam cùm fidem facere, artificiosum tantummodo sit cætera verò accedant: ij de enthymematibus quę per suasionis sunt nerui, nihil dicunt: de iis autem quæ præter rem sunt, plurima pertractāt: *indignatio enim, misericordia, ira, cæterique animi affectus, non de ipsa re sunt, sed commouēdi iudicis causa. Quare si quemadmodum in nōnullis ciuitatibus fieri solet, maximēque in iis quæ bonis legibus gubernantur, sic in omnibus quoque iudicijs esset nihil profectō haberent quod dicerent. Nam omnes oportere legibus esse ita cōstitutum arbitrantur, partim etiā vtuntur, ac prohibent præter rem quicquam dicere, vt Areopagitæ, recte id ita putantes. Non enim oportet in iram, aut inuidiam, aut misericordiam impellendo, à recto iudicem flectere: ne similes ei simus, qui eam quā vsurus sit, regulā prius inflectit. Ad hæc quoque perspicuum est, nihil ad litigantem pertinere, nisi vt ostendat, res sit, necne, & factúmne sit, aut non. Si verò magnum aut paruum, iustum aut iniustum, quæ legislator nō determinauit, ea non à litigantibus accipere, sed per seipsum iudicem scire oportet. Maxime igi-

quærere vsque tum
fendere & accusare
temere, nonnulli
tant.
tet
digi,
tam
quod
cium
eloquentiæ
paruā
fidem
ra verò
suasionis
quæ præter
indignatio
affectus,
dicis causa.
ciuitatibus
maximēque
bonis
iudicijs
rent.
tutum
hibent
gitæ,
ita putantes.
iram,
impellendo,
eam quā
prius
pertinere,
factúmne
magnum
iustum
determinauit,
per
tur

tur cōuenit, vt quæ rectè positæ sunt leges, cuncta ipsæ explicent, quæ explicari queant, & quàm minima iudicibus relinquāt. Primū, quia vnum aut paucos prudētes qui leges ferre aut iudicare possint, facilius est inuenire quàm multos. Deinde, quoniam longi temporis cōsideratione leges ferūtur, iudicia breuissime cōficiuntur, difficile est, vt bene à iudicibus iustum & conducibile dirigatur. Illud autem omnium maximum est, quòd legislatoris iudicium non de singulis, nec de præsentibus, sed de vniuersalibus & de futuris est: senator verò & iudex de præsentibus iam determinatisq; iudicant. Vnde hi vt cùm & ament, & oderint, sua quoque vtilitas connexa sit, non satis queant veritate perspicere: sed propria vel voluptas, vel dolor iudicem sua obumbret. Quare minimam cæterarum rerum potestatem iudici tribuendam dicimus: factum verò esse, aut non factum, & fore aut non fore, esse quoque, vel non esse: hæc omnia, cùm non possint lator legis prouidere, iudicibus relinquēda necessario sunt. Quæ quoniam sic se habent, patet cùm de exordio, narratione, cæterisq; particulis quid habere debeant præcipūt, aliena remotāque ipsos præcipere. Nihil enim aliud ij agunt, nisi vt iudicē quomodocunque afficiāt: de artificiosa autem persuasione nihil afferunt: quod est vt ostēdant, vnde quispiā enthymematicus fieri possit. Idem-que etiam cùm eadem sit via & ratio deliberationis & iudicij: cūmque melior, ac ciuitatibus vtilior deliberatiua præceptio sit, quàm iudicialis: de illa nihil, de hac plurima tradere conantur. Minus enim in deliberationibus conducit præter rem dicere, magisque malitiæ deliberatio * habet, quàm * iurisdictio: cùm sit communis, hic

Quid in dicibus & quid legi

Cur de iu- de ciuili pa- quā de de- liberatiua sit

ab actu ci- tatum sit

iudicialis genus.

enim de singulis quę vidit iudicaturus est, itaque nihil aliud demonstrare oportet, nisi quòd fe se habeat, vt *is qui cōsulit, affirmat. In iudicialibus autem id non satisfacit, nam cum de alienis rebus iudicium sit, vtilis est auditorum prępara-tio: qui rem suam considerantes, ac ad gratiam audientes, largiuntur litigantibus operam, non iudicant. Quapropter multis quoque in locis (vt iam diximus) ne pręter rem quicquam dicatur, cautum est legibus, ibique id ipsi iudices exacte obseruant. Verum quoniam perspicuum est, artificiosam viam & rationem in persuadendo consistere, persuasionemq; quandā esse demonstrationem (tunc enim vehementer credimus, cùm demōstratū esse putauerimus) enthymema quoque rhetoricam esse demonstrationem: quod (vt simpliciter dicam) pręcipuum est in persuasione: idque esse syllogismum quendam & de quolibet syllogismo Dialecticam vel vniuersam, vel partem eius quandam considerare: patet eum qui ex quibus & quomodo syllogismus fiat, optime posse perspicere, maximè enthymematicum esse. Insuper qui hoc etiam teneat, quibus de rebus enthymemata sint, quídque à logico syllogismo differant. Eiusdem enim virtutis est, & veri & veri similis consideratio. Atque etiam homines satis ad veritatem nati sunt, & vt plurimum veritatem cōsequuntur. Quamobrem qui probabilia facile cōiectura consequitur, is & ad veritatem similiter se habet. Perspicuum igitur est, quæ prætrem sint artes, ab aliis quoque traditas esse: quámq; ob rem ad iudiciales magis prænes declinarunt. Vtilis autem rhetorica est, tum quoniam vera & iusta meliora secundū naturam sunt, quàm contraria, ita vt nisi decenter iudicia fiant

Suasor.

Quod instrumentū maxime persuasionem facit.

Rhetorica vtilitas.

fiant necesse sit in eis vinci, quod vituperatione dignum est. Tum quia ne si certissimā quidem habeamus scientiam, facile est nonnullis per eam persuadere, impossibile namq; id est, cùm enim disciplinæ ratio ad scientiam sit ita necessaria (vt etiā in Topicis dicebamus cùm de colloquutione cum multis diceremus) fides & oratio ex cōmunibus faciēda est. Prętera oportet, vt sicut & in syllogismis, persuadere cōtraria possimus, non vt vtraq; faciamus (nam mala faciūda non sunt) sed ne nos lateant quomodo se habeāt, & vt cum alij non iuste vrantur oratione, soluere possimus. Aliarum igitur artiū nulla de contrariis ratiocinatur, sed Dialectica & Rhetorica id solę faciunt, nam vraque similiter de contrariis est, quamuis non similiter subiectæ res se habent: sed semper vera prę stantiora q; secundū naturam, melius syllogismo colliguntur, aut (vt simpliciter dicam) credibiliora sunt. Ad hæc absurdū est, si non possit corpore sibi prę sidio esse, turpe sit, oratione verò non sit: quod hominibus magis est proprium, quàm vsus corporis. Sed quòd magna inferat incommoda, qui vi hac orationis iniuste vtitur, id certè omnium bonorum, prętereuam virtutis, & maximè prę stantissimorum, vt virium, sanitatis, diuitiarum, imperij cōmune est, nam his omnibus maxime quispiā proderit, cum iuste vtatur: & lædet, cum iniuste. Quòd igitur non sit vnius cuiusdam ac determinati generis Rhetorica, sed sicut Dialectica, & quòd vtilis, expositum est: quódque opus eius non est persuadere, sed posse quæ in singulis credibilia sunt perspicere, veluti etiam in cęteris artibus vniuersis. Nec enim medicinæ est sanitatem inducere, sed quoadusque possibile sit, ad hoc vsq; perducere: cùm possibile

Quid Rhetor opus.

sic etiã eos qui nullo possunt pacto sanari, bene tamen curare. Præterea quòd eiusdem sit tam quòd credibile est, quã quod credibile videtur, perspicere, vt Dialecticæ tam syllogismũ, quam apparentem syllogismum. Cauillator enim non viribus, sed electione hic verò tam scientia quàm electione orator erit; ibi electione quidem cauillator, Dialecticus autem non electione, sed viribus. Sed iam de ratione ipsa dicendi conabimur exponere, quo pacto, & ex quibus propositum assequi poterimus. Rursus igitur, ceu ab initio definientes ipsam quid sit, reliqua dicamus.

Quid sit Rhetorica, quod eius subiectum, quomodo se ad Dialecticam habeat, & ex quibus rebus præcipue oratio conficiatur.

Cap. II.

SIt ergo Rhetorica, vis, quæ quod in vnaquaq; re probabile est, perspicitur, nullius enim alterius artis id officium est. Nam singulæ artes circa id quod eis subiectum est, doctrinales persuadentesque sunt: veluti Medicina circa id quod sanari, ægrotareq; possit: Geometrica circa passiones quæ magnitudinibus accidunt: Arithmetica circa numerum: & similiter reliquæ artes & scientiæ. Rhetorica verò, quæ de re data (vt ita dicã) *credibilia sunt, perspicere posse videtur, quocirca etiam dicimus non in genere quodam determinato hanc artem versari. Persuasionum verò aliæ sine arte, aliæ artificiosæ. Sine arte illas appello, quæ non à nobis excogitantur: sed cum extra sint, assumũtur, vt testes, cruciatus, scripta. Artificiosas verò, quæ ratione ac via à nobis excogitari possunt, itaque ipsarũ alias vti oportet, alias inuenire. Harum igitur quæ ratione parantur, persuasionum genera sunt tria. Nam alia sunt

*robabile] em. *rsuasio- alia si- rte alia ficiosa ptificio- um ge- a tria.

sunt in moribus eius qui dicit: alia in auditore modo quodam efficiendo: alia in ratione ipsa, cùm demonstremus, aut demonstrare videamur. Propter mores igitur credunt, cùm sic dicitur oratio, vt fide dignus qui dicit videatur, nam probis & magis & facilius de omnibus simpliciter credimus. In quibus verò certitudo nõ est, in iis, quoniam diuersis agimur opinionibus, etiam omnino, verum id etiam non quoniam præopinatur quis fuerit tale quendam eum esse qui dicit, sed vi orationis oportet euenire. Nam probitas dicentis, non (vt quidam eorum reliquerunt qui artes scripserãt) nihil affert ad probandum, sed ferè (vt breui absoluam) præcipuam mores faciunt fidem. Propter ipsos autem auditores credunt, cùm oratione in affectũ impellũtur, non enim similiter *iudicii reddimus cum dolemus, & cum lætamur, & cùm diligimus, & cùm odimus. Quæ de re sola qui nunc artes scribũt, præcipere conantur, de quibus singulis, explanabimus cùm de affectibus dicemus. Rationibus autem in fidem auditores inducimus, cùm verum aut verisimile ex probabilibus quæ in vnoquoq; sunt, esse demonstramus. Verum quoniam fides his fit, patet hæc tria esse capienda: vt scilicet facultatem ratiocinãdi habeamus: vt mores ac virtutes consideremus: & tertium, vt de affectibus quid vnusquisque sit, & quale quid, & ex quibus nascitur, & quo pacto. Itaque efficitur, Rhetoricam quasi propaginem esse Dialecticæ, & eius negotij quod circa mores est: quod cum de affectibus tum maxime est, vt ciuile appelletur. Quapropter & Rhetorica ipsa fuit Ciuilis figura condicitur, & qui eam adepti sunt vel ignorantia, vel arrogantia, vel alius causa, quibus hominẽs percur-

*indici- mus.

*Rhetorica est quasi propago Dialecticæ & Ciuilis

bantur, ipsius quoque Cuiusq; potestatem consecutos se arbitrantur. Particula enim Dialecticæ quædam est ac simulachrum, vt principio diximus, neutra enim earū de re determinata quomodo se habeat scientia est: sed facultates quædā sunt inueniendarū rationum. De ipsarum igitur vi, & quo pacto altera se ad alteram habeat, satis ferè dictum est. Eorum autem quibus probamus (vt & in dialecticis) aliud inductio est, aliud syllogismus. Nam enthymema quidē syllogismum rhetoricum, exemplum verò rhetoricam inductionem appello. Omnes autem fidem faciūt demonstrando, vel exempla dicendo, vel enthymemata. & præter hæc penè nihil. Quare si omnino necesse est syllogismo, vel inductione quodcūq; ostendere, vt à nobis in Resolutiuis expositum est, necessariò alterum ipsorum alteri idem erit. Quid autem inter enthymema & exemplum interfit, ex Topicis patet, nam ibidem de syllogismo & inductione dictū est prius: quia si in multis ac similibus sic se habere ostendas, ibi quidē inductio, hic autem exemplum est. Sin verò cùm quædam sint, aliud quid horum causa eueniat propter hæc, quoniā hæc sunt, aut vt vniuersaliter, aut vt plurimū, ibi quidem syllogismus, hic autem enthymema vocatur. Nec latet q; vtrunq; Rhetoricæ genus laudatur: nam vt & in methodis dictum est, ita & in his se habet. Vt enim orationum quædam sunt exemplares, quædam enthymematicæ: sic oratorum quoque alij exemplares, alij enthymematici. Neq; minus credibilis oratio est quæ per exēpla est: * turbatur autē magis enthymematica, cuius rei causam, & quo pacto vtendum vtraq; sit, postea dicemus, nunc vero de his ipsis explanatius determinabimus.

de enthymemate ac exēplo rhetoricis argumentādi generibus.

cōturbat.

Nam

Nam cum credibile, cuidam credibile sit, & aliud quidem per seipsum illico sit credibile atq; probabile, aliud quoniā probari per talia videatur: cumque ars nulla consideret singularia, vt Medicina quid Socrati aut Callię salubre sit, sed quid tali, vel talibus: id enim artificiosum est: singularia autē infinita sunt, & scientia nequeunt contineri: nec Rhetorica vtiq; quod cuiq; credibile est considerabit, vt puta quid Socrati aut Hippię, sed quid talibus, veluti & Dialectica. Vtitur enim & ipsa syllogismo, nō ex quibuscunque, cùm deliris quoque nonnulla videantur: sed Dialectica ex iis quæ illis videntur quibus cum fit disputatio: Rhetorica ex iis quæ illis vidētur, qui hæc in consilio quærere consueuerūt. Horum enim officium de iis est de quibus cōsultamus, & artem nō habemus: & apud huiusmodi auditores qui nequeāt per plura intelligere, nec ex remotis ratiocinari. Cōsultamus autē de iis quæ vidētur vtroq; posse pacto fieri. Nam de iis quę aliter fieri, aut fore, aut se habere non possunt, nemo velit sic existimare, cùm nō aliter quàm sic cōsultari possit. Est autē possibile ratiocinari atque colligere, alia quidē ex iis quæ prius syllogismo collecta sunt, alia vero ex iis quæ syllogismo quidem collecta nō sunt: syllogismo autē indigent, cò q; non sint probabilia, quorū necessario quædam huiusmodi sunt, vt ea index propter prolixitatem (simplex enim esse supponitur) non bene consequatur: quædam non credibilia, quoniam nec sunt ex concessis, nec ex probabilibus. Quare necesse est tam enthymema quàm exemplum de iis esse, quę vt plurimum aliter quoque possunt se habere: exemplum quidē, inductionem: enthymema verò, syllogismum, & ex paucis, ac sæpe paucioribus quàm ea sunt, ex

Quæ Rhetorica credibilia considerent.

ex quibus constat primus syllogismus. Nam si quid eorum perspicuum est, id dicendum nō est. Ipse nanque auditor id ex seipso affert: vt Dorieus ex certamine vicit, quo coronam meruit, dicit dicere Olympia; quod autem qui Olympia vincit, coronetur, non est opus apponere: cū qui id ignoret, sit nemo. Verum quoniam panca eorum ex quibus rhetorici constant syllogismi, necessaria sunt, cùm plurima de quibus iudicia & deliberationes sunt, aliter quoq; possint se habere: reliquæ nanque agunt, de iis cōsulunt atque deliberant, quorum nihil (vt vno verbo dicam) necessarium est: ea vero, quæ vt plurimum accidunt, quæq; possibilia sunt, necesse est vt ex aliis huiusmodi per syllogismum comprobentur, necessaria quoque ex necessariis, quod in Resolutiua aperte a nobis explanatum est: patet ex ex quibus ea enthymemata fluunt quædam fore necessaria, plurima vero huiusmodi vt ferè semper soleant fieri. Fluunt autem enthymemata ex probabilibus & signis: quare horum alterum alteri idem esse necesse est. Probabile nanque est quod ferè semper solet fieri: rerum non simpliciter (vt quidam definiunt) sed quod, cū de iis sit quæ aliter se possint habere, sic se habet ad illud ad quod est probabile, sicut vniuersale ad particulare. Signorum autem, aliud ita se habet vt singulare quiddam ad vniuersale: aliud est vniuersale quiddam ad particulare. Horum quoddam necessarium est argumentum: quod autem non necessarium, id secundum hanc differentiam innominatum est. Necessaria vero appello, ex quibus syllogismus constituitur, quocirca & argumētum dicitur, nam cùm non possint soluere quod dictum est, tunc putant argumentum esse allatum; quasi demonstratum sit

* quibus per eiuthymemata.

* probabile id.

* eorum ipso.

sit, atque conclusum. *Signum enim & conclusio idem est secundum veterem linguam. Signum igitur quod est tāquam singulare ad vniuersale, huiusmodi est: vt si quis signum diceret esse omnes sapientes iustos esse, quoniam Socrates cum esset sapiens, iustus erat. Id igitur signum est, quod soluitur, etiam si verum sit, non enim potest syllogismo colligi. Sin autem dixeris quēpiam ægrotare, quoniā febricitet: aut peperisse, quoniam lac habeat: id iam necessarium & solum ex signis argumentum est, cùm solum (ō verū est) insolubile sit. Quod vero quasi vniuersale se habet ad particulare, huiusmodi est: vt si quis febricitare hominem dicat, & eius signum esse, quòd crebro respiret, solubile autem & hoc est, etiam si verum sit, possibile nanque est etiā si febre nō agitetur, crebro tamen anhelare. Quid igitur probabile, quid signum, quid argumentū sit, quidque inter se differant, & nunc dictum est: & in Resolutiuis de iis, & quemadmodum alia eorum syllogismo colligantur, alia non, explanatius demonstratum est. Exemplum autem quid sit, & quid inductio sit, & in quibus versetur inductio, dictum est. Est enim neque vt pars ad totum, neq; vt totum ad partem, neque vt totum ad totūsed vt pars ad partem, simile ad simile, quando vtraque sub eodem genere sunt, sed alterū alterō magis perspicuum, hoc pacto. Per insidias Dionysius ad tyrannidem præsidium petit. Nam & Pisistratus ad tyrannidem per insidias petiit præsidium: quod cum impetrasset tyrānide ciuitatē oppressit, ea Theagenes in Megaris; alij etiam quos id fecisse scitis, omnes exēplum Dionysij fiūt, quem nondum sciunt idcirco petere, quæ omnia sub eodem sunt vniuersali: qui præsidium petit, insidio-

* τέκμηριον ἡ πίστις. terminus.

* De exēplo nonnulla.

dioſe tyrannidem affectat. Ex quibus ergo ſunt quæ demonſtratiuam fidem facere videantur, dictum eſt. Inter enthymemata vero non mediocris illa eſt differentia, maximèque omnibus penè ignota, quæ eſt etiam in Dialectica ſyllogiſmorum via & ratione. Nam quædam eorum ſecundum Rhetoricam ſunt, vt & ſyllogiſmorum ſecundum Dialecticam viam ac rationem, quædam ſecundum alias artes atque facultates, quarum aliæ ſunt, aliæ nondum comprehenſæ ſunt: quapropter auditores quoque latent, magiſque poſſunt aliquo modo tangentes cõmodius elabi. Verum quod dicimus, apertius erit, ſi pluribus explanabitur. Voco igitur dialecticos & rhetoricos ſyllogiſmos, eos quorum locos dicimus. Hi autem ſunt, qui communiter de iuſtis phyſicis, cimilibus & de multis ſpecie differentibus ſunt: veluti maioris & minoris locus, nõ enim ex hoc magis ratiocinati vel enthymema inferre poterimꝰ de iuſtis aut phyſicis, quàm de quocunque alio, quamuis hçe ſpecie differant. Propria vero, quæcũque ex iis ſunt quę circa vnamquanq; ſpeciem ac genus propoſitionum ſunt. Sunt enim propoſitiones de phyſicis, ex quibus nec enthymema nec ſyllogiſmus de moralibus eſt: & de his aliæ, ex quibus vero erit ſyllogiſmus de phyſicis: eodẽmque modo de exteris. Sit illa quidẽ nullo in genere facient prudentem, cùm non ſint circa ſubiectum vllum, ex iis vero ſi diligẽtius quiſquam propoſitiones delegat, faciet ignorans aliam quam Dialecticam aut Rhetoricam ſcientiã, nam ſi principia forte habebit, non amplius Rhetorica, vel Dialectica, ſed illa erit cuius principia poſſidebit. Enthymematũ autem plura ex his generibus emanant quę partim larium ſunt atque propriorum, ex communibus

Enthymematum differentia.

vero pauciora. Quemadmodum ergo in Topicis, ſic etiam hic enthymematum ſpecies ac loci, ex quibus ſumendum eſt, diſtribuendi ſunt. Voco autẽ ſpecies proprias vnuſcuiuſq; generibus propoſitiones: locos vero, qui ſimiliter omnium ex æquo communes ſunt. Primum igitur de ſpeciebus dicemus, ſi prius genera Rhetoricæ cognouerimus: vt cùm diſtribuerimus quot ſint, eorũ elementa propoſitionesque ſeorſum inueſtigemus.

De tribus Rhetoricæ, ſeu Cauſarum generibus, & ſuibus ipſorum. Cap. III.

QVoniã igitur tria ſunt auditorum genera: tria quoq; numero Rhetoricę genera ſunt. Nã cùm ex tribꝰ oratio cõſtituatur, ex eo qui dicit, de quo dicit, & ad quẽ, id eſt auditore, penes quẽ etiam finis eſtquę neceſſe eſt aut ſpectatorem eſſe, aut iudicem: & iudicem aut præteritorum aut futurorum, qui de futuris iudicat, ſenatorꝰ qui de præteritis, iudex: qui vero de facultate, ſpectator eſt. Quare neceſſario tria ſunt dicendi genera: deliberatiuum, iudiciale, demõſtratiuum. Eſt autem deliberatiuę orationis, aliud ſuaſio, aliud diſſuaſio, nam ſemper & qui priuatim conſulunt, & qui publice concionantur, horum alterum aggrediuntur. Iudicialis, aliud accuſatio, aliud defenſio, horum enim alterutrum occupant litigantes. Demonſtratiuæ, aliud laus, aliud vituperatio. Horum autem vnicuique tempus accommodatur. Conſulenti, futurum: de futuris enim conſuluit, aut ſuadens, aut diſſuadens. Litiganti, præteritum: nam de præteritis ſemper alius accuſat, alius defendit. Demonſtranti autem præcipue tempus præſens: nam omnes, ſecundum ea quæ præſentia ſunt, laudant, aut vituperant: ſed vtuntur etiam ad hæc plerunque præ-

præteritis, in memoriam illa reducentes: futura quoque de eis coniicientes. Vnicuique etiam horum finis aliud est. Cúmque tres sint, fines etiam tres sunt. Suadenti vtile, aut contra, nam qui suadet, quasi ad melius hortatur: qui autem dissuadet, quasi à peiore dehortatur. Cætera vero, aut iustum, aut iniustum, aut honestum, vel turpe ad hæc assumunt. Litiganti iustum & iniustum: cætera vero etiam hi ad hæc assumunt: Laudanti & vituperanti honestum & turpe: sed hi quoque ad hæc cætera referunt. Quòd vero dictus vnicuique finis est, signo illud est, quòd de cæteris interdum quidam non ambigunt: vtputa qui causam dicit, quòd factum non sit, aut quòd non obfuerit, quandoque nullam facit quæstionem. Quòd vero iniuriatus fuerit, nunquam confitebitur: non enim esset opus lite. Similiter etiam qui suadent, cætera sæpe concedunt: quod vero ad inutilia hortentur, aut ab vtilibus dehortentur, nunquam concedent, sed vtrum non tale iustum, sit, finitimor, ac eos qui non iniuriantur, seruitute premere, sæpe non curant. Eodem modo & qui laudant, aut vituperant, non animaduertunt vtrum vtilia gesserit, an contra: sed ipsius etiam laudi dant, quoniam vt præclare gesseret, parui propriam duxit vtilitatem. Laudant enim Achillem, quod Patrocli sodalis vltionem susceperit: cùm sciret parum se hac de causa victurum, cui mors huiusmodi pulchrior, vita vero vtilis fuit. Ex dictis ergo patet necessarium esse de iis prius propositiones habere. Argumentandique, & probabilia, & similiter signa, rhetoricæ propositiones sunt, nam syllogismus vniuersaliter ex propositionibus est: enthymema vero syllogismus ex dictis constans propositionibus

Verum

Verum quoniam impossibile est, vt quæ impossibilia facta sunt, ac item quæ nõ fierunt, aut futura non sunt, ea vel facta ram, vel faciunda fiantue esse est tam suadenti quàm litiganti & demonstranti habere propositiones de possibili & impossibili, & vtrum factum sit an non, & si erit vel nõ. Præterea cùm omnes siue laudant aut vituperẽt, siue suadeant aut dissuadeant, siue accusent aut defendant, non solum quæ diximus, verumetiam quod conferens aut noceas sit, quod honestũ vel turpe, quod iustum vel iniustũ: & hæc omnia magna vel parua sint, aut per seipsa, aut ad inuicem comparata, ostendere conentur: perspicuum est quod opus sit de magnitudine quoque ac paruitate, & de maiore & minore, tam de vniuersali quàm de vnoquoq; propositiones habere: vtputa quid maius aut minus bonum, & quæ maior aut minor iniuria, & iure factum: eodemq; modo de cæteris. De quibus igitur propositiones accipiendæ sunt, diximus. Nũc vero seorsum de vnoquoque istorum distribuendum est, & primum de quibus deliberatio est, deinde de quibus demonstrationes, tertio de quibus iudicia.

De quibus Deliberatio esse soleat. Cap. IIII.

PRimum igitur tenendum est, non de omnibus bonis aut malis suaforem fiadere, sed de iis quæ possunt fieri & non fieri: de iis autem quæ necessario sunt aut erunt, aut quæ impossibile est esse vel fieri, nulla deliberatio est. Sed neque de cunctis cõtingentibus, sunt enim quæda à natura, quædã à fortuna bona; quæ quamuis contingentia sint, possintque fieri & non fieri, nihil tamẽ ad ea confert deliberatio. Hinc patet de iis esse cõsultationem, quæcunque referri ad nos nata sunt, quorumq; origo & causa in nobis est, nã ad hoc

vsque deliberamus, quousque possimus ne an non possimus agere, inuenerimus. Verũ certius singula enumerare, ac in species ea omnia redigere, ie cundum que veritatem, inquantum possibile est, determinare, de quibus consulere consueuerunt, non est præsentis tẽporis: non est enim artis Rhetoricæ, sed altioris ac verioris. Sed tamẽ multa plura nunc ipsi propria theoremata concedãtur. Nã quod iam diximus, verũ est, Rhetoricam scilicet ex resolutiua scientia, & ea ciuili quæ de moribus est, cõpositam esse similémque esse partim Dialecticæ, partim orationis Sophisticæ. Si quis autem aut hanc, aut Dialecticã non vt facultatem, sed vt scientias instruere ac docere conatur, is ma-

Imprudẽs struere.

turam earũ hoc trãsitu interimere videtur, cum non solum in orationis, sed in quarundã subiectarum rerum scientias redigat. Attamẽ quęcunque distribuere operæ pretium est, & ciuili scientiæ considerationẽ relinquunt, etiam nunc dicamus. Nam maxima de quibus omnes cõsultant, & quę deliberantes aggrediũtur, quinque ferè numero sunt: de prouentibus, de bello, ac pace, de regione locorũ custodia, de iis quæ inferuntur vel efferũtur, de legũlatione. Qui ergo de prouentibus statuere constituit, eũ oportet ciuitatis reditus, quot sint & quot sint, percepisse: vt si quis neglectus sit restituatur: & si quis tenuior sit, amplificatur. Præterea expẽsas ciuitatis omnes: vt quæ inutiles sint demantur: & quæ profuturi, cogatur ad modicum. non enim solum rerum accessiones, verumetiam expensarum attenuationes reddunt ditiores, quę non vsu solum, quem de nostris habemus rebus conspicere possumus, sed necessarium est ad vtendum de iis sententiam, eorum etiam quę a

Quinque de quibus consultant.

Diuisio. 5. & deliberatio

adinuenerũt, historiam retinere. De bello autem

& pace qui dicit, is ciuitatis copias non ignorabit, quantæ in præsentia sunt, & quàm magnæ esse possunt, & ad hæc quales quędam sunt, quas modo habemus, & quales quas habituri sumus. Præterea quomodo, & quæ bella ciuitas gessit. Hæc igitur scire oportet, nec solum suæ ciuitatis, sed finitimorum etiam, ac eorum maxime, aduersus quos bellum suscipiendum opinatis: vt pax cum melioribus habeatur, & in ipsis sit cum minoribus belligerare. Copias etiam, similes ne, an dissimiles sint, nam hac quoque parte meliores quidã aut imbecilliores esse possunt. Sed maxime ad hæc pertinet bellorum euentus, nõ modo ciuitatis suę, verumetiam aliarum, quomodo exierint perspexisse, similia enim à similibus fieri cõsueuerũt. Præterea nõ oportet ignorare quo pacto regio custodiatur, sed tam multitudinis custodium, quàm qualitatis nõ esse nescium, locorum quoque, vbi sint præsidia collocanda: quod impossibile est, nisi regionem optime noueris, vt si minora sint præsidia, augeantur: sin vero superuacua, omnino tollantur, & loca opportuna magis custodiantur. Ad hæc quàm magna impensa ciuitati ad victum sufficiat, & quę a proprijs agris colligatur, & quæ afferatur alunde. Itẽ quas res efferre, quas inferre opus sit, vt ad huiusmodi hominum fœdera sint atque contractus, ad duo enim genera hominum sine crimine conseruanda ciuitas est: ad meliores, & ad eos qui ad prædicta conducunt. Sed cum horum omnium cognitio multum ad ciuitatem tutandam pertineat, tum vero non minimum est legumlationis esse sagacem, nam salus ciuitatis in legibus sita est. Quare necessarium est scire quot rerum publicarum genera sint, quæ qi vnicuique conferat, & quibus

extingui soleant tam contrariis, quàm secundis. Dico autem secundis extingui, quoniam præter optimam rempublicam cæteræ omnes & intemperie & remissione corrumpuntur: vt popularis status non modo cùm remittitur, imbecillior ita redditur, vt tandem ad potentiã paucorum deueniat: sed etiam cùm vehementer intenditur, veluti aquilinum vel simum non solum ad mediocritatem perueniunt cùm remittitur, sed valde huiusmodi facta sima aut aquilina sic nasum efficiunt, vt ne nasus quidem esse videatur. Verũ ad leguslationem vtile maxime est, tum ex præteritis, quæ Reipub. status conducat perspicere, tum aliorum quoque scire conditionem, & quæ quibus cõueniant non ignorare. Ita patet, ad ferendas quidem leges, peregrinationes, quibus multarum gentium leges cognoscere poteris esse perutiles: ad publica vero consilia, diligenter perscriptam rerum gestarum historiam, quæ omnia Ciuilis scientiæ, non Rhetoricæ officia sunt. De iis igitur quæ oporteat eum habere qui de rebus maximis dicturus sententiam est, tot dicta sint. Verum ea quibus tam de iis quàm de aliis suadere aut dissuadere conueniat, rursum dicamus.

De deliberantium fine, Felicitate scilicet: de ijs quibus vsa constitat: ac de ipsorum vnoquoque singillatim. Cap. V.

FEre autem & vnicuique priuatim, & publicè omnibus finis quidam est,* quę consectentes alia persequuntur, alia fugiunt. Is vero est (vt vno verbo dicam) felicitas, aut eius pars aliqua, quare exempli gratia exponamus quid sit (vt simpliciter dicam) felicitas, & quæ sint eius partes. De hac enim, & de iis quæ ad hanc conferunt, de eius quoque contrariis suasiones dissuasionesque ab omnibus

* *ad quem relationem habet.*

omnibus suscipiuntur. nam quæ aut ipsam, aut particularum eius quampiam efficiunt, aut maiorem reddunt, faciunda: quæ vero interimunt vel impediunt, vel contraria faciunt, ea minime faciunda sunt. Sit ergo felicitas, fortuna secũda cũ virtute: vel per se sufficientia vitæ: vel vita tuta & iucundissima: vel possessionũ facultas, & corporis vires, cum factiua, cõseruatiua, amplificatiuáque horũ virtute. omnes enim ferè vnum quiddam istorum, aut plura, felicitatem esse fatentur. Quòd si huiusmodi quid felicitas sit, necesse est partes ipsius esse nobilitatem, multorũ atque bonorum gratiam, diuitias, bonorum liberorum & multorum procreationem, commodam senectutem: præterea corporis cõmoda, veluti sanitatẽ, formã, vires, proceritatem, robur ad certandum, gloriam, honorẽ, prosperitatẽ, virtutem, ac partes eius, prudentiã, fortitudinem, iustitiam, temperantiã. sic enim sufficientissimus quispiam erit, si sibi adsint quęque in ipso, & quæ extra sunt bona, cùm præter hæc alia nõ sint. Sũt autẽ in ipso, quę in anima, & quę in corpore sunt: extra vero, nobilitas, amici, pecuniæ honores. Ad hæc oportere arbitramur potẽtiam & fortunam non deesse: hoc nanqi pacto vita erit tutissima. Sed dicamus similiter quid sit horum vnum quodq;. Nobilitas igitur gentis ac ciuitatis est, iuuenas aut vetustissimos esse, & primos duces illustres, multos quoque ea ex gente in rebus quę expetũtur, præclaros extitisse. Priuata vero nobilitas, aut à viris, aut à mulieribus est, legitimãqi ab eis procreatio. & vt in ciuitate, sic in priuata quoque nobilitate, aut virtute, aut diuitijs, aut alia re laudat. primos claros fuisse, multos quoque famosos ex ea gente viros & mulieres, iuniores ac se-

Felicitas quid & quæ sint eius partes.

Nobilitas.

Liberorũ multitudo.

liberos fuisse. Probitas vero liberorũ ac multitudo quæ sit, perspicuũ est. Publice id ita accipiatur, si multa sit iuuentus, ac bona, & bona tum cõmodis corporis, vt proceritate, forma, viribus, certãdi robore: tum animi virtutibus, vt temperantia & fortitudine. hæ nanque iuuenũ virtutes sunt. Priuatim vero, si propri liberi tam mares quàm fœminæ, & multi & probi sunt. Est autem fœminarum virtus, corporis quidem forma, & proceritas animi vero, pudicitia, & * operãdi studiũ absque illiberalitate. Oportet igitur & priuatim & publice tam viris quàm fœminis singula horũ adesse. Nam quibuscunq; haud bonæ sunt mulieres (sicuti Lacedæmonis) ij media pene felicitatis parte priuantur. Diuitiarum vero partes sunt nomi, agri, prædia, supellex, animalia bruta, mancipia multitudine, magnitudine, pulchritudineque excellentia, quæ omnia firma, amœna, vtilia esse nimirũ debent. Sunt igitur vtilia, quæ magis frugifera sũt amœna, quibus frui queas. & frugifera sunt, ex quibus reditus capimus. quibus vero fruimur, ex his nihil magni præter vsũ consequimur. Firmorũ autẽ ita definitio, vt hic & sic possideat vt & vsus eius, & retinẽdæ alienãdęque proprietatis potestas in te ipso sit. Alienationẽ porrò dico, cùm donare atq; vẽdere possis. In summa, diuitem esse, in vtendo magis quàm in possidendo cõsistit. vtentis enim operatio est, possessio vero ipsæ diuitiæ sunt. Gloria vero est cũ virtuosis à cunctis existimatur, aut id habere putatur, quod omnes vel plures, vel probi, vel prudentes expetunt. Honor autẽ est existimationis benefactrix iudicium. Honorantur ergo maxime, atque merito, qui beneficia contulerunt: deinde qui conferre queant. Beneficentia vero illa primas par-

Probitas.

Multitudo.

Pulchritudo.

Gloria.

Honor.

tes habet, quæ salutis est causa, & vt simus: secũdas vero, quę diuitiarum, vel alterius boni, quod vel ommno vel hic vel aliquando non facile acquiritur. nam multi honorẽ assequuti sunt, quamuis parua præbuerint: sed modus profuit, atq; oc casio. Honoris vero partes sũt, sacrificia, memorationes, in carminibus, aut soluta oratione luci, præmia primi consessus, sepulchra, imagines, publici victus. ad hæc etiam barbara, vt inclinari, loco cedere: munera quoque, sed alia apud alios honoratiora. Est autem munus rei alicuius donatio, ac honoris signum: quapropter tam æris amidi quàm ambitiosi donari cupiunt: cum id donatio habeat quod vtrique appetunt. nam & res est, quam auari desiderant, & honorem affert, quem ambitiosi expetunt. Corpora vero virtus est sanitas, vt scilicet corpore penè inæ grotabili ad labores vtatis. Nam qui sic sani sunt, vt Herodicus ferunt: eos nemo sanitatis gratia felices putabit. nam ille vt sanus esset, quibus homines vtuntur, his ommbus aut plurimis absti nebat. Pulchritudo autem alia in alia ætate est. Nam iuuenis pulcher est, cui cõmodum ad subeundos & cursus, & violentiæ labores corpus est, aspectúque insuper iucũdum, quocirca pentathli formosissimi sunt: cum & ad vim, & ad velocitatem simul præstantissimi sunt. Vir vero pulcher est, qui & labores bellicos sustinere queat & ita iucundus aspectu est, vt simul quoque dum videatur, terreat. Senex autem, cuius ad necessarios labores corpus satisfacit: cúmque nihil eorum habeat quæ senectus infert incommoda, faciles sine dolore conseruatur. Vires autem sunt, quibus posiis quod mouere cupias, ita mouere vt velis. mouemus autem trahẽtes, aut pellentes,

Sanitas.

Pulchritudo.

Vires.

aut elementes aut deficientes, aut comprimentes. quare robustus, vel cunctis vel quibuldā horum robustior est. Magnitudinis vero ea virtus est, qua in longum, vel in profundum, vel in latū plura nō ea præstas, vt propter magnitudinem motus corporis non retardētur. Corporis autē certamina virtū ex magnitudine, robore, velocitatēque constat. velox nāque robustus est. Qui enim potest pedes quodam proiicere modo, citōque ac longe mouere, cursor est: qui premere ac retinere, luctator, qui pulsando pellere, is percussor: qui vtrisque, is pancratiastes: qui omnibus iis pentathlus. Senectus vero bona est, quæ cū tarde inuadit, etiam dolores nō infert. nam tam qui citō consenuit, quam qui tarde, sed non absque dolore, incommoda vtitur senectute. Vtrū id & corporis est, & fortunæ. nam & qui valetudinarius est & nō robustus, cùm facile patiatur ac doleat vitæque breuioris sit, non est felix. Est autē etiam sine robore ac sanitate vis quædam alia vitæ longioris: multi enim absque virtutibus corporis diuiuunt. sed impræsentiarum exacta horum inquisitio inutilis est. Quid autē multorum ac probōrum amicitia sit, amici definitione ostendetur. Est igitur amicus, qui quæ amico bona sorte putat, ea propter ipsum agit amicū. cui ergo multi huiusmodi, is multorum: cui etiam viri probi, is proborum amicus est. Secunda vero fortuna est cùm omnia vel plurima vel maxima bona eorū quorū, ipsa fortuna causa est, sorte euenīat, atque permanēat. Est autem fortuna causa quorundam artificialium, & multorum inartificialium: quæ quanquam a natura sint, possunt etiā præter naturam esse: vt sanitatis ars est causa, pulchritudinis, ac proceritatis naturæ & omnino ea bona

Magnitudo.

Certatiua virtus.

Senectus.

Amicitia.

Secunda fortuna.

sunt à fortuna, in quibus inuidia est. Verum eorum quoque bonorum quæ præter rationem accidunt fortuna causa est. vt si cùm cæteri fratres deformes sint, solus formosus sit. vel si cùm cæteri thesaurum non viderint, solus aspexerit. vel si cùm proximus fugitta interierit, is ne tactus quidem sit. vel si solus non venerit, cùm semper solitus: & qui non solebant, semel tunc venerint, & occisi sint nam hæc omnia fortunatorū esse videntur. De virtute vero animi, quoniam ad laudes is locus maxime accommodatur, cùm de demonstrativo dicemus, tunc determinabimus. De quibus igitur nobis, vel futuris, vel præsentibus conficiendum est: siue suadentibus, siue dissuadentibus iam aperuimus, contraria enim suadentibus, dissuadentes habent.

De Vtili, ac Bono. Cap. VI.

VErum quoniam suadenti, finis vtilitatis propositus est, nec de fine, sed de iis quæ ad finem sunt, suadet. quæ sunt quæ in rebus gerendis conducunt quoniāmque vtile bonum est: quasi elementa quædam de bono ac vtili simpliciter sumēda sunt. Sit ergo bonū, quod sui ipsius gratia est expetendum, & id cuius gratia aliud quiddam appetimus, & quod omnia appetūt, vel quæ sensum habent omnia, vel quæ intellectum habēt, aut si haberēt. Et quicquid intellectus vnicuique tribuerit, & quicquid qui de singulis est intellectus tribuit, id vnicuique bonum est: & id quod cùm adsit, bene affectus cui adest, satisque habet, & sufficiens per seipsum. Præterea quod hæc efficit aut cōseruat, & hic quo hęc cōsequūtur, & quo horū arcentur contraria, & quæ corrumpuntur. Cōsequūtur autem dupliciter: aut simul, aut postea. vt ad discendū scire, sed postea

Bonum vtile elementa.

sanitatem vero vita simul. Efficientia vero tripli-
citer: vt sanitatis quędam, vt sanum esse quæ dam
vt cibus quædam vt exercitatio. nanque plerum-
que sanitatē efficit. His ita determinatis, acquir
sitiones bonorum & malorum abiectiones neces
sario bonæ sunt. bas enim, ne malum habeas, fo
mul cōsequuntur illas vero, vt bonum adipiscaris,
postea. Maioris quoque boni pro minore, & mi-
noris mali pro maiori acceptatio. nā quo minus
exceditur à maiore, id illius acquisitio, huius abie-
ctio est. Virtutes etiam necesse est bonum esse
cùm bene ns afficiantur qui habent, & affectiua
atque actiuæ bonorum sunt. verum de singulis
& quæ, & quales, seperatim tractandum. Vol-
uptatem quoque esse bonum constat, cùm anima
lia ipsam secundum naturam appetant. quare se-
cunda ac spacioſa bona esse necessarium est. nam
& illa voluptatis efficientia sunt, & ex speciosis
quædam delectant, quędam expetibilia per se
ipsa sunt. Vt vero sigillatim dicamus, hæc bona
esse necesse est: felicitatem quidem, cum per se
ipsam expetibilis sit, atque sufficiens: multaque
gratia huius appetimus: iustitiam, fortitudinem
modestiam, magnanimitatem, magnificentiam,
cęteróſque huiusce modi habitus, qui animi vir-
tutes sunt. Pręterea sanitatem, formam, & huius
modi corporis nanque virtutes hęc sunt, & effec-
tiua multorum: veluti sanitas, & viuendi, & vo-
luptatis. Idcirco multis quoque optimum esse vi-
detur, cùm horum duorum, quæ pręcipua sunt
causa sit, viuendi scilicet ac voluptatis. Ad hęc di-
uitias. possidendi enim hęc virtus est, & multo-
rum effectiua. Amicum quoque ac amicitiam,
nam amicus expetibile per se, ac multorum effec-
tiuum est. Item honorem ac gloriam, iucundo

Quæ apud omnes sunt bona.

enim sunt, & effectiua multorū ac vt plurimum
ea vere inesse ostendunt, propter quę sunt. Di-
cendi etiam atque agendi virtutem, nam omnia
hęc bonorum effectiua sunt. Similiter * ingenium
memoriam, discendi facilitatem, mentis pręstan
tiam, & quę huiusmodi sunt. bonorum enim esse
dicuntur omnes hę virtutes sunt. Eodemque modo
scientias omnes, ac artes, & viuere ipsum. nam
etiam si nihil aliud bonum inde sequeretur, per
se ipsum tamen expetendum est. Ad hęc autem
ipsum, quoniam publice cōducit. Hęc ferme sunt
quę apud omnes bona esse constat. Ea vero de
quibus dubitatur, ex iis bonum esse ratiocinabi-
mur. Cuius contrarium malum est, & cuius con-
trarium inimicis conducit id bonum est. Verbi
gratia, si timidos nos esse, hostibus maxime con-
ducit, fortitudo nobis vtilissima est. & omnino
quod inimici optāt, aut quo gaudent, huius con-
trarium nobis vtile est. vnde illud bene dictū ab
Homero est: Profecto Priamus lætabitur. Sunt au-
tem non semper hęc, sed plerūque bona: cùm ni-
hil obstet interdum vnum ac idem aduersarijs &
nobis conferre. Vnde & cùm eadem res vtrisque
incommoda sit, dici solet, mala cunctis simili-
ter hominibus obesse. Item quod modicum est,
id bonum. nam quod maius est quàm oporteat,
id malum est. Et cuius gratia multos pertulerūt
labores aut multa consumpserunt. iam enim bo-
num id apparet, ac vt finis & quidem multorum
existimatur. finis vero bonus est. Hinc illud Ho-
mero dictum est: Ast Priamo gloriam. & illud:
Turpeque diu trahere moram. Prouerbiū quo-
que hinc, In ianua vrceum. Ad hæc, quod multi
expetūt, cuiusq; causa bella suscipi videtur. nam
quod oēs expetūt, id bonū, multi vero, quasi om-

* ἐυφυΐα ἀγχίνοια

Bona, de quibus dubitamus.

nes

nes apparent. Item laudabilia nemo enim laudat quod bonum non est. Et quod inimici ac prauiquod bonum non est. Et quod inimici ac prauiquod bonum non est. Et quod inimici ac prauiqu

bere. Item cùm quippiam ex aliquo sequitur, & hoc ex illo non sequitur: sequitur autē aut simul aut postea, aut potestate. nā vīus eius quod sequitur, in altero est. Sequitur autem simul quòd si hic mus est, vinat: ex hoc vero illud nō sequitur. scire vero ex discere postea sequitur. Sed potestate sacrilegium furtū sequitur. nam qui rem sacram abstulit, priuatam quoque abstulisset. Præterea si maiora sunt, quæ eādem rem maiore excedūt: cùm necesse sit ipsum quoque maius excedi. Atqui hæc quæ maioris boni efficientia sunt, ipsa quoque maiora sunt. id enim erat effectuū esse maioris. Illud quoque cuius efficiens maius, eodem modo. nam si salubre iucundo eligibilius magisque bonum, sanitas voluptate quoque maior. Item quod per se expetibile est, eo eligibilius est: quod nō per se: vt vires salubribus rebus, cùm hæc non sui gratia, illæ sui gratia, quę boni ratio erat, expetātur. Item si alterum finis sit, alterum non: hoc enim alterius gratia est, illud sui vt exercere ad sanitatem se habet. Item quod minus alio ab aliis indiget: est enim sufficientius. indiget autem minus, quod paucioribus aut facilioribꝰ indiget: & cùm hoc absque illo aut non sit, an fieri non possit, illud verò absque hoc fieri possit. nā ea sufficientibus sit quod non indiget, maius bonum videtur. Item si vnum principium est, alterū non est. Et si causa vnum, alterum nō, propter eadem causam. nam sine principio aut causa impossibile est esse aut fieri. Cùmque duo principia diuersorum sint: quod à maiore principio est, maius est: & quod à maiore causa similiter: & è conuerso duorum principiorum aut causarum, quod maioris principium, aut causa, maius est. ex dictis itaque patet vtrumque maius esse. Quòd si alterum

principium est, alterū nonnihil maius videbitur. Et hoc etiam, quod principium non est. nam finis maius est, & tamē principiū non est. vt accusando Leodamas ad Callistratum dixit: eum qui cōsulunt, magis peccasse quàm qui fecerit: quoniam non esset factum, nisi consultum fuisset. Chabrias vero, eū qui gessit, peccasse magis quam qui consulsit. non enim factum esset, nisi fuisset qui faceret. huius enim gratia cōsulunt, vt agant scilicet. Præterea quod rarius est, eo magis quod abundantius, vt aurum ferro. inutilius enim ferrū, auro nāque maior possessio, quoniam difficilius inuenitur. Alta vero consideratione, quod abundat magis, id maius est: quoniam eo in pluribus vtimur. rarum nanque à frequēti exceditur. vnde dicitur aquam esse optimam. Et summatim difficiliora facilioribus, quoniam rariora sunt. Et faciliora difficilioribus cōsideratione alia, quoniam habeantur cùm volumus. Præterea cuius cōtrarium maius. Item cuius priuatio maior. Item virtus non virtute, & vitium non vitio maius: cùm illa fines sint. hæc nō sint. Item quorū opera pulchriora vel deformiora, ipsa quoq; maiora. Item quorū vitia & virtutes maiores sunt, eorū quoq; opera maiora sunt: siquidem sicut causæ principiaq; se habent, sic & effectus: & sicut effectus, sic causę & principia. Præterea quorum excessus eligibilior aut pulchrior, veluti bona oculorū acie vti, eligibilē, quā olfactu bono. nā & visus olfactu eligibilior. Et similiter amicorū esse studiosū, pulchrius quā pecuniarū. quare studia quoq; in amicos pecuniarū studio: & cōtrà rerū melioru excessus meliores sunt, & pulchriorū pulchriores. Præterea quorū cupiditas melior, aut laudabilior. maiorū nanq; rerū maior appetitio est: & propter

propter idipsum meliorum laudabiliorúmq; ex
piditates laudabiliores melioresq; sunt. Præte
ea quorum scientiæ pulchriores sunt, magisq; ex
petuntur, ipsæ quoque res pulchriores sunt, &
magis expetuntur. nam sicut scientia, sic & ipsa
veritas, vnaquæque autem quod suum est, præ
pit. Eadem etiam de causa rerum quæ magis ex
petuntur, ac pulchriorum scientiæ, proportiona
liter se habēt. Præterea quod censerent, aut quod
iam decreuerūt prudentes, vel omnes, vel multi
vel plures, vel præstantes maius esse bonum: id
necessarium est aut simpliciter ita se habere, aut
inquantum secundum prudentiam iudicarunt.
Id autem etiam cum aliis commune est: nam &
quid, & quantum, & quale sic se habet, vt scientia
prudentiáque iudicaret, verum id ad bona retu
limus: quoniam bonum id definitum est, quod
vnaquæque res expeteret, si haberet prudētiam
quare patet id esse maius, quod ita prudētia iud
cat. Itē quod melioribus aut simpliciter inest, aut
quatenus meliores: vt fortitudo viribus corpor

Præterea q melior aut simpliciter eligeret, aut
quā melior, vt iniuriam potius pati, quàm infer
re, nam illud iustior profecto eligeret. Præterea
iucundius, quàm minus iucundum, voluptates
enim omnia insequuntur, & ipsius iucundi gra
tia appetunt, his enim bonum ac finis definitur.
Iucundius autem, quod à dolore magis abest, &
quod longiori tempore iucundum est, & quod
melius est minus bono, bonū enim ipsum vel iu
cundū est, vel quod per se expetibile est. Præte
ea quorum aut sibi, aut amicis causa esse malle
ea maiora bona, quæcunq; vero minime, ea ma
iora sunt mala. Præterea diuturniora iis quę mi
nus diutarna sunt, & stabiliora instabilioribus

nam

nam vsus illorum quidem tempore, horum vero
voluntate superat, nā rei stabilis vsus præsto ma
gis est. eō volueris. Præterea quęcūq; à similibus
casibus atque coniugatis consequuntur: veluti
si quod fortiter sit, pulchrius ac deligibilius fit,
quàm quod modeste: fortitudo quoq; pulchrior
quàm modestia, fortem enim esse melius quàm
modestū. Itē quod omnes expetūt, eo quod non
omnes: & quod plures, eo quod pauciores, bonū
enim id erat, quod omnes appetūt: quare maius,
etiam, quod magis appetunt. Et quod * inimici *contendentes aut iurantes
litigio expetunt, aut qui iudicant, aut qui iudicū missis.
sententiā subeunt, nam illud ita est, vt omnes di
cerent: hoc, vt qui potiuntur, & qui sciunt. Et in
terdū eius quo participāt omnes, id maius, vitu
perabile nāque est, si nō participes. Interdū vero
quo autē nemo, aut pauci, idē enim rarius. Præ
terea quæ laudabiliora sunt: pulchriora enim. Et
quorū maiora sunt pretia, ipsa quoq; similiter, nā
pretium, veluti dignitas quædā est. Et quorū ia
ctura maior. Præterea quæ in maiora sunt, quæ
aut certe maiora sunt aut videntur hæc cùm in
partes diuidūtur, multo maiora videtur, plurium
ēsi apparet excessus. Quare poēta quoq; persua
sisse Meleagro ait, vxore vt in prælio exiret, enu
merāte quot accidāt vrbe capta hominibus ma
la, sternuntur populi, ignis concremat vrbē ho
stilis, trahūtur ab hostibus liberi, & arctius iuc
cinctæ mulieres. Præterea superpositio & exag
geratio, vt apud Isocharmum partim eadem de
causa qua diuisio magnū enim videtur excessum
exaggeratio, partim quoniam principium atque
causa, rerum magnarū videtur. Verum quoniam
id maius est, quod rarius est atque difficilius: oc
casiones quoque, ac ætates, loca, tempora, vires,

maiores res reddunt, nam si vltrà vires, si præter ætatem, si præter cæteros, si sic, vel hic, vel tunc pulchritudinis, aut bonitatis, aut iustitiæ, vel oppositorū magnitudinem habebit. Vnde elogium
„ quoque in eum qui Olympia vicit: Habens prius
„ in humeris asperam ayllam, ex Argis pisces ad-
„ ferebā. Hinc Iphicrates quoque seipsum laudabat dicens, ex quibus ea fierent. Præterea quod
*ea quod dictū est. ex seipso est, * vt Epictetus ait: difficilius enim, quare Poeta quoque dicit per seipsum dicisse. Præterea rei magnæ pars maxima, veluti Pericles in funebri ait oratione: Ita ciuitatē muētute ablata deforme vt annus, si vel ab eo remouereretur. Præterea quæ in maiore inopia necessitatēque requirūtur, veluti quæ in senectute, ac morbo. Præterea de duobus, quod fini proprius est. Præterea quod ipsum, & simpliciter. Præterea possibile melius quàm impossibile, cum illud in ipso sit, hoc nō sit. Præterea quę in fine vitæ, finis nanque magis sunt ea quæ prope finē. Præterea quæ ad veritatē pertinent, magis quam quæ ad opinionē. Definitur autē id quòd ad opinionem fit, hoc postremo quod ab eo non eligeretur, qui id occultū fore putaret, vnde accipere quàm facere beneficium eligibilius esse videtur, illud enim vel si nemo sciat te accepisse, profectò eligeres hoc, si occultum futurū esset te contulisse, non videris electurus. Præterea ea quæ magis esse quā videri voluntiad veritatem enim magis, quapropter iustitiam quoque aiunt parum quid esse, quoniam eligibilius videri, quàm esse: at sunto esse, non ita. Insuper quod ad plura vtile, veluti ad viuendum, & ad bene viuendum, & ad agendum honestā, & ad voluptatē, quapropter diuitiæ ac bona valetudo maximè esse videtur: cum omnia

omnia hæc possideat. Ad hęc quod cùm sit absque dolore, voluptatem etiam affert, vno enim plura meliora, quare cùm & voluptas & indolētia bona sint, duo in vnum cōposita totum maius efficiūt. Item quæ cùm adsint nō latēt, quàm quę latent, ad veritatē enim illa tendunt, ita maius est bonum, diuitem esse, quàm videri. Præterea quod charum est, & alijs solum, alijs non solum, quocirca nō pari iactura lusci quis oculum ecuset, & cius qui duos habet, charū enim & vnicum luscus amisit. Ex quibus igitur tam suadēdo quàm dissuadēdo fidem facimus, ferè dictum est.

Pernecessarias esse rerumpublicarum species, ac ciuitatum mores ad bene suadendum. Quot & quæ sint ciuitatum species.

Cap. VIII.

CAeterum ad persuadendum benēque suadendum illud est omnium maximum atque firmissimum, vt rerumpublicarū species omnes pernoscamus, & qui mores, quæ leges, quę commoda vnicuiq; sint, distinguamus. Cunctis enim voluntas persuadet: vtile autē est, quod ciuitatem conseruat & tutatur. Ad hęc principantium sententia rata est: principantes vero distinctione rerum pub. distribuuntur, tot enim sunt principantes, quot respub. Quare cum quatuor rerū pub. sint, populi, paucorū, optimatū, vnius: quod principatur ac iudicat, vel pars aliqua horū, vel vniuersum erit. Popularis potētia igitur est ciuitas, in qua sorte magistratus declaratur. Paucorū vero potestas, in qua cēsu. Optimatū autem, in qua qui disciplina excellūt, ij principātur. Appello autem disciplinam, quę legibus posita est, nam qui legibus semper obtemperarunt, ij optimi videntur, ac in huiusmodi ciuitate gerendarum rerum

Quatuor ciuitatum species.

principatu potiuntur: à quibus & nomen ciuitas sortita est. Monarchia vero est (vt vel nomen ipsum ostendit) in qua vnus omniū dominus est, hæc ordine quodam constituta, regnum, inordinata vero, tyrannis appellatur. Cùm igitur ea eligantur quæ ad finem sunt, non oportet vniuscuiusque finem ignorare. Popularis ergo status finis est libertas: Paucorum vero diuitiæ: Optimatum autem, quæ ad disciplinam & ad leges pertinent: Tyrannidis vero custodia. Quare patet ad hos fines vniuscuiusque mores & commoda, & quæ legibus constituta sunt, esse dimidenda: siquidem ad hos referentes eligunt. Verum quoniam non solum rationibus, sed etiam oratione affecta & morata fidem facimus (credimus enim eo facilius, quo qualis quidam orator videtur, id est si vir bonus si beneuolus, aut vtrunque) non oportebit ciuitatum nos ignorare mores. Probantur enim vniuscuiusque mores, si ad ciuitatis mores accommodantur, ij autem reperientur ex iisdem. Ex voluntate enim ac electione mores aperiuntur: voluntas vero ac electio ad finem refertur. Quæcunque igitur vel futura vel præsentia suadentibus expetenda sunt, & ex quibus de vtili fidem facimus, ad hæc de ciuitatum moribus ac institutis itémque quibus, & quo pacto inueniemus, quantum ad præsens opus est, dictum est, diligentius vero de his in Politicis explanauimus.

De Honesto ac laudabili, quæ ad Demonstrationum genus pertinent. Cap IX.

NVnc autem de virtute ac vitio, honesto ac turpi dicamus, laudantes enim ac vituperantes hæc intendunt. Continget etiam si de iis dicemus, illa simul aperire, quibus quales quidem

dem moribus putabimur: quod secundo loco fidem facere diximus, ex eisdem enim & de nobis, & de aliis virtutis opinionem facere poterimus. Verum quoniam accidit ioco vel serio laudare sæpe non solum hominem aut Deum, sed etiam inanimata, aliorúmque animalium quodlibet: de iis quoque propositiones eodem modo accipiendæ. Quare veluti exempli gratia hæc etiam percurramus. Honestum igitur est, quod cum propter se eligibile sit, laudabile est: aut quod cum bonum sit, idcirco iucundum est quoniam bonum. Quod si sic est, necesse est virtutem honestum esse, nam cùm sit bonum, laudabilis quoque est. Est autem virtus, vt videtur, vis quædam productiua, aut conseruatiua rerū bonarum, item vis benefaciendi multa ac magna, & omnia in omnibus. Huius partes iustitia, fortitudo, modestia, magnificentia, magnanimitas, liberalitas, mansuetudo, prudentia, sapiētia. Necesse autem est, siquidem virtus benefaciendi vis est, maximas eas esse virtutes, quæ plurimum aliis conferunt. Quapropter iustos ac fortes maxime laudant: cùm alij bello, alij etiam in pace vtiles hominibus sint, deinde liberales, nō enim cōtendunt de pecuniis: sed largiuntur eas, quas summopere cæteri cupiunt. Iustitia igitur est virtus, qua singuli sua secundum leges possidēt, iniustitia est, per quā aliena contra leges retinent. Fortitudo est, per quam actui bonarum rerum, vt leges iubent, in periculis sumus: estque * legibus administratiua obtemperatiuáq;, huius contrarium timor est. Liberalitas est pecunis benefactiua, illiberalitas contrarium. Magnanimitas est magnorum beneficiorum effectiua virtus. Magnificētia est virtus magnitudinis sumptuum

Honestum.

Virtus.

Virtutis partes.

**Legum ministra.*

effectus harum contraria modicitas, & pusillanimitas. Prudentia est mentis virtus, qua de malis ac bonis quæ ad felicitatem pertinent, bene possumus consulere. De virtute igitur ac vitio vniuersaliter, & de partibus satis in præsentiarum dictum est. De cæteris autē non est difficile perspicere. Perspicuum enim est & virtutis effectiua, quoniam ad virtutem, & quæ à virtute fiunt laudabilia esse, huiusmodi autem sunt indicia virtutis & opera. Quoniam ergo indicia & similia, quęcunq; sunt boni viri opera vel passiones laudabilia sunt, necesse est quæcunq; fortitudinis opera vel indicia sunt aut fortiter gesta sunt, hæc omnia laudabilia esse. Iusta quoque similiter, & quæ iuste facta sunt: sed passiones nequaquam. Nam in hac vna virtute non semper quod iuste fit, honestum est, cum enim damnātur, turpe magis est si iuste fit, quàm si iniuste: eodemq; modo in reliquis virtutibus. Item ea quorū præmium honor est, omnia laudabilia sunt. Et ea magis quorum honor, quàm ea quorū pecunia. Item quæcunque eligibilium non sui quispiam gratia gerit. Et quę simpliciter bona sunt, vt quęcunque pro patria quispiam facit, sua contemnens. Et quę natura bona sunt. & quę bona sed non sibi, nam quę sibi, sui gratia facit. Et quęcunque mortuum magis consequuntur, quàm viuum, nam quę viuos consequuntur, ea sui gratia facere magis videntur. Item quęcunq; opera iustis fiunt gratia, nam hæc minus sui gratia sunt. Item quę non sibi sed aliis vtilitati sunt, & benefactoribus magis, iustum enim & beneficium quoniā in alios. Item his opposita quibus aut dicentes aut faciētes, aut dicturi aut facturi erubescunt, turpia enim verecundantur & dicentes & faciē-

facientes & facturi, quemadmodum Alcæo dicenti, Vellem tibi aliquid dicere, sed pudor impedit: Sappho respondit, Si bona laudabilāq; cuperes, nec lingua aliquid turpe diceret, meditareris: nullus oculos pudor retineret. Item ea de quibus trepidant, etiam si non timeant, sic enim his bonis maxime afficiuntur, quæ ad gloriam ducunt. Item virtutes ac opera corū qui natura excellūt, laudabiliores: veluti viri magis quàm mulieris, & quibus alij magis fruūtur quàm ipsi, quamobrē iustum & iustitia laudantur. Itē inimicos vlcisci potius, quàm recōciliari nam * malum pro malo reddere, iustū est, & iustū omne laudabile. Et ad hęc fortis est inuictum esse, quare victoria & honor laudabiliū sunt, nam etiā si inutilia sint, eligibilia tamē sunt, & virtutē eximiam ostendunt. Item memorationes, ac monumēta: & quę magis, magis, magis autē quæ ad defunctū consequuntur, & quibus honos maior cōnectitur. Item quæ superuacanea sunt, & soli insunt, laudabiliora, digniora enim memoratu. Item non frugifera prędia, liberiores namque. Singulorum quoq; propria, laudabilia sunt: & quęcunq; indicia eorum sunt, quę apud eos quibus cū viuis, laudantur, veluti apud Laconas comam nutrire, laudabile est, nam quoniā non est facile seruire aliquod opus facere crinitum hominem: libertatis id apud eos indicium est. Item nulla vti arte fabrili, liberum namq; non viuere ad alium. Ea quoque accipienda sunt, quę honestis propinqua sunt, tāquam ad laudem vel vituperationem conferentia: vt si moderatum ac mitioris animi, tumidum & insidiatorem appellet, & insensatum frugi: & mansuetū, eum qui dolorem animi non sentit. Et hoc modo à consequentibus ad optimum semper: vt puta

iracundum ac furiosum, simplicem & arrogantem, magnificum atq; honestum. Eos quoq; qui excedunt, quasi virtuosi essent: vt ferocē fortem esse, prodigum liberalē, nam & pluribus ita videtur: & apparentem ex causa potest habere rationem. Nam si vbi necesse nō est, pericula suscipere, multò magis videbitur in re honesta ac laudabili, & si in quoslibet profusus, quanto magis in amicos? virtutis enim eximiæ est cunctis benefacere. Oportet etiam apud quos laudamus considerare: sicut Socrates dicere solebat, nō esse difficile Athenienses apud Athenienses laudare. Et quod apud singulos honori est, id oportet affirmare: vt apud Scythas, apud Lacones, apud Philosophos: ac vniuersaliter honorabile asserere oportet quod honestum sit: propinqua enim esse videntur. Item quæcunq; vt cōueniens est, veluti si maioribus digna, si inceptis, ad honestatem namq; ac fœlicitate pertinet honoris accessio. Aut etiam si præter id quod conueniens est, ad melius atque honestius: vt si quis vtitur secundi fortuna, is moderatus sit: & qui aduersa, is magnanimus. Aut si cum ad maiora conscendit, frigi tamē magis, ac facilior sit: quale illud est Iphi-
» cratis: O quæ sunt ex quibus, & illius qui dicitur
» Olympia: Qui prius dura ferebam in humeris. Et
» illud Simonidis, Cuius mulieris pater ac maritus
» tyrannorū fratres fuerūt. Verūm quoniā laus est operationibus est, virtuosiq; proprium electione agere inta dicendū, vt ostēdatur electione ipsum gessisse quæ gesserit, quū ad rem cōfert, vt sæpius fecisse demonstretur. Quare quæ casu aut fortuna facta sunt, cōsilio ac iudicio attribuēda. Nam si multa similiáque connectuntur, virtutis atq; iudicij videbuntur esse indicium, cùm vero laus sit magnit

magnitudinem virtutis ostendens oratio, oportet operationes extollere, laus igitur operū est. Ea vero quæ afferuntur extra, vt fidem faciant dicuntur, vt nobilitas, doctrina, verisimile namque est bonū esse ex bonis, & sic educatum eiusmodi esse. Laudamus ergo eos qui fecerūt: quoniam facta signa sunt habitus, nam etiam eum qui non fecit, laudaremus, si talem esse crederemus. Beatio vero & felicitatio ipsis quidem eadem, his autem non eadem: sed vt felicitas virtutem, sic continet hæc felicitatio. Habent autem communem speciem laudis cum deliberatione, nam quæ in admonēdo dicerēs, ea dictione orationis commutata laudem cōstituunt. Cùm ergo habeas quæ agenda sint, & qualem quēdam esse oporteat: hæc quasi admonēdo dicta, verbis cōmutāda trāsponendáque sunt, vt in admonitione consilióque sic: non oportet secunda fortuna cōfidere nimiū, sed iis quæ à seipso sunt, in laude sic: non secunda fortuna, sed seipso plurimum confidebat. Quas ob res laudando quid admoneas, & suadendo quid laudes considera: & opposita necessario dictione vtaris, cùm tam prohibens, quàm non prohibens commutaueris. Vtaris autem & eorum quæ amplificant pluribus, vt si solus, si primus, aut cum paucis, aut quod maxime factum est, laudabilia enim hæc omnia. Præterea, quod ex tempore atque occasione est, quæ sunt præterquā conuenit. Ad hæc, si sæpius eandem rem gessit, magnū nanq; id, nec à fortuna, sed ab eo ipso profectū videtur. Si quibus ad virtutem inflammamur, & quibus honoramur: hæc ab eo inuenta constitutáque sunt. Si primus omnium laudatus est, sicut Hippolocho, & Harmodio, ac Aristogitoni in foro statuæ primū positę:

De amplificatione.

& in contrariis similiter. Quòd si ex eo ipso ma-
facile adinueniré potes,aliis comparatquod Ho-
crates ex cõsuetudine declamandi faciebat. Si
oportet illustribus comparare, amplificat eum
se,maximèque laudabile est, cum virtuosis me-
lior ostendatur. Cæterum amplificatio meritò
laudes incidit, excellentia enim est,& excellen-
laudabile, quapropter cùm excessus ipse virtu-
ostendere videaturiæ si non illustribus, attama
aliis cõparandum. E generibus igitur omni
tioni communibus amplificatio demonstratio
accommodatior. Nam cùm res gestas quasi ex
tas accipiant reliquum est vt magnitudinem
ac ornamentum afferant. Exempla vero delibe
ratiuis aptiora sunt, ex præteritis enim futa
coniicientes iudicamus. Enthymemata autē
dicialibus magis conueniunt, nam quod fact
est,& causam,quare factum est suscipit,& proba
tionem patitur,quoniam incertum est. Ex quibus
igitur laus ac vituperatio ferme omnis,& ad q
nam respicientes laudare ac vituperare oportet
& ex quibus cõmendationes & opprobria fiu
hæc sunt. Nam horum contraria non laten
vituperatio enim ex contrariis est.

De Accusatione & Defensione,quæ ad Iudicia
genus pertinent : ac primum de eo quòd est iniu-
riam afferre.

Cap X.

NVnc de accusatione ac defensione,ex quibus
& quot ratiocinationes faciendæ sunt,
cendum videtur. Tria igitur sumenda sunt. Pri
mum, quot & quorum gratia iniuriam inferun
Deinde, quomodo affecti. Tertium,quales
quomodo se habētes. Si ergo iniuria primū de
finierimus, de reliquis deinceps explicabimus.

Sit ergo iniuriari, sponte præter leges officere. *Quid sit iniuriari.*
Legum autem alia propria,alia communis. Pro-
priam dicimus, qua ciues scripta vtuntur : com-
munem vero,qua nonnulla etiam si scripta non
sunt,apud omnes tamen valere videntur. Sponte
autem facimus,quęcunq; scientes & non coac-
ti facimus. Quæ igitur sponte facimus,non om-
nia eligimus : quæ autem eligimus, omnia co-
gnoscimus, nemo enim ignorat quæ eligit. Ea
vero quibus officere, ac praua præter leges cõ-
mittere statuunt,improbitas sunt, & intemperã-
tia. Si enim vitium habeant vnum, aut plura : in
quo improbi sunt,in eo etiam iniusti:veluti pro-
digus in pecuniis, intemperatus in voluptatibus
corporis,mollis in desidia, timidus in periculis,
deserit enim periculorum socios propter timo-
rem. Ambitiosus etiam propter honores,iniustus
est,iracundus propter iram, contentiosus cupi-
ditate victoriæ,acerbus propter vltionem, stul-
tus, quoniam circa bonum & iustum decipitur:
eodemqi modo exteri vnusquisque in suo sub-
iecto. Verum hęc partim ex iis quæ de virtutibus
dicta sunt, perspicua sunt:partim ex iis quæ de
affectibus dicētur,patebunt,quare reliquum est,
vt cuius gratia,quomodóque se habentes,& qui-
bus iniuriantur, tractemus. Primum ergo diui-
dentes dicimus quæ sunt quæ appetimus,& qua-
lia sunt quæ vt fugiamus,iniuriam facere cona-
mur. Perspicuum enim est considerandum esse
accusatori quot & quæ reo insint ex iis quę om-
nes appetunt,qui iniuria cæteros afficiunt,defen-
sori autem,quæ & quot eorum non insint. Quæ *Quot, quæ sint ciuium studiorum causa.*
igitur agunt, alia omnes propter seipsos agūt,
alia non propter seipsos : & iterū alia casu, alia
necessitate, horum etiam quædam vi, quædam
natura

natura, quare quæcunq; non propter seipsos fa-
ciunt, aut casu, aut natura, aut vi faciũt, quæcun-
autem propter seipsos, quorum scilicet ipsi ca-
sunt, alia propter cõsuetudinem agunt, alia pro-
pter appetitum, & horum quædã appetitu ra-
nali, quædam irrationali, nam voluntas appetit
est boni cũ ratione, nullus enim aliquid vult,
cùm bonũ esse putauerit, appetitiones vero irra
tionabiles, ira & cupiditas. Quare quæcunq; ho
mines agũt, septem eos de causis agere oportet
fortuna, vi, natura, consuetudine, ratione, ira, c
piditate. Neque oportet secundũ ætates aut ha
tus, aut talia quædam ea quę agũtur distinguere
Nam si accidit vt iucundi aut cupidi iuuene
sint, non tamen propter ætatem agunt quę agũ
sed propter cupiditatẽ, ac iram. Neque diuites
pauperes propter diuitias & paupertatẽ: sed acc
dit vt pauperes propter egestatem pecunias cu
piant, diuites vero propter licentiam voluptate
non necessarias, itaque ij etiam nõ propter diui
tias aut egestatẽ agunt, sed propter cupiditatem
Eodemq; modo iusti & iniusti, cæterique qui se
cundum habitus agere dicũtur, propter hęc om
nia agẽt. nam aut propter rationem, aut propter
affectum, sed quidã moribus & affectibus bonis
quidam cõtra. Accidit autem, vt ad hos quidem
habitus alia, ad illos vero alia consequantur, fo
san enim statim modestum propter modestiam
ipsam, tam opiniones quàm cupiditates probę
circa voluptates consequuntur, at immodestum
circa easdem ipsas contrarię. Quapropter hu
modi diuisionibus supersedendum est, & con
derandum quæ quos sequi soleant. Nam si albus
aut niger, aut magnus, aut paruus, nihil ex eo
consequitur. Sin autem iuuenis, aut senex, aut iu
stus

stus, aut iniustus, iam inter se differunt: & omnino quæcunq; accidentiũ mores hominum differentes efficiunt, vt si quis diuitem se aut inopem putat, & felicẽ aut infelicem, idipsum vero nonnullam faciet differentiã, sed de his postea: nunc de aliis dicamus. Fortuna igitur fiunt quæcunq; ita fiunt, vt cùm eorũ causa indeterminabilis sit: nec huius gratia, nec semper, nec vt plurimum, nec ordine fiunt, quæ omnia fortunæ ipsius definitione patent. Natura fiunt, quę causam & ordinem in seipsis habent, nam aut semper, aut vt plurimum sic eueniunt, nam quæ præter naturam fiunt, ea vtrũ secundum quandam naturã, an alia causa fiant, nõ oportet inquirere: quamuis etiam fortuna causa horum esse videatur. Vi autẽ, quęcunq; per cupiditatem ac rationẽ per ipsos agentes fiunt. Consuetudine vero, quæcunque ideo faciunt, quoniam sæpe fecerũt. Ratione autem, quę cùm sint ex bonis iam dictis, confertęq; videantur, vel vt finis, vel vt ad finẽ, propter vtilitatem aguntur, nam quędam intemperantes etiã agunt vtilia, verũ non propter vtilitatẽ, sed propter voluptatem. Ira vero fiunt, quibus vleiscimur. Differunt autem pœna, & vltio, nam pœna eius qui patitur gratia fit: vltio vero eius qui facit vt expleatur, verũ ex quibus ira fit, ex iis quæ de affectibus dicemus patebit. Cupiditate autẽ aguntur quæcunq; iucunda videntur. Verum & consuetudo, & ea in quibus assueti sumus iucunda sunt, nam multa etiam eorũ quæ natura iucunda non sunt, cum voluptate faciunt qui assueti sunt. quare, vt breuiter dicam, quæcunque propter seipsos agunt, omnia vel bona sunt, vel bona esse videntur: & aut iucunda, aut videntur iucunda. Verum quoniam quæ propter seipsos agunt, hæc sponte

Quæ natu-ra.

Quæ vi.

Quæ consuetudine.

Quæ ratione.

Quæ ira.

Quæ cupiditate.

agunt:

agant,non sponte autem,quę nō propter seipsa omnia quę volentes agunt,bona erunt,vel apparentia bona:& aut iucunda,aut apparētia iucunda. Ponimus autem malorum etiam vel apparentium malorum reiectionem,aut minoris pro maiore assumptionem in bonorū numero,cum eligibilia quodammodo sint,& similer doloris vel apparentis doloris reiectionem, aut minoris pro maiore assumptionem in iucundis numeramus. Quare quot & qualia vtilia sint, aut iucunda,sumendum est. Sed cum de vtilibus, quando de deliberatione tractabamus, satis dictum sit, de iucundis impræsentiarū agamus. Oportet autem definitiones has sufficientes putare, si ita habēt, vt de vnoquoque neque obscuræ sint, neque exactę. Supponatur igitur nobis voluptatem esse motum animi quendam & *affectionem, totam simul & sensibiliter in naturam proficiscentem,& dolorem vero contrarium.

*Voluptas quid. *constitu-uerem.

De Iucundo Cap XI.

QVare si hoc voluptas sit, patet id iucundum esse, quod dictam affectionem efficit. triste vero, ac doloroſum, vel eius corruptiuum vel contrariæ affectionis effectiuum. Ita iucundum necessario est tam quod secundum naturam vt plurimum proficiscitur,ac maxime cùm quæ natura fiunt, iam naturam suam & consuetudinem consequuta sunt. Quod enim vsitatum est,quasi iam innatum esset,gignitur,nam cum sa ipsum ipsi semper propinquum sit,& ipsius quodem semper natura sit,ipsius vero sa pe consuetudo naturæ cōsuetudo similis est. Et quod violentū non est,vis enim præter naturam est,itaq; triſtis necessitas est,rectęque dicitur violentum omne natura dolorē efficere. Quare curę, ſerumnæ

constant,tristia sūt,necessitudine enim ac vi fiūt, nisi qui faciunt,assueti sint. Horum vero cōtraria iucūda sunt,idcirco desidia,iocus,quies,accubationes,somnus,in iucundis sunt : cùm nihil eorū vi fiat. Præterea cuius cupiditas inest, omne iucundum inest cupiditas iucundi appetitio est. Cupiditatum autem aliæ sine ratione sunt,aliæ cum ratione. Irrationales dico,quas ex nulla cogitatione cupiuntquales sunt quæ natura esse dicūtur,vt quę sunt per corpus,veluti alimenti sitis & fames. est autē in singulis etiam alimenti speciebus cupiditas,& in genitabilibus atque venereis,& vniuersaliter in tangibilibus, & in olfactu odoris,& in auditu,atque visu. Rationales vero,cùm quēdam persuasi cupiāt,nam multa & expetere, & possidere cupiūt cum audiuerint, persuasique fuerint. Verum quoniam voluptate frui tum est, cùm aliquo sensu afficimur, imaginatióq; sensus quidam est debilis,& recordantem ac sperantem eius rei sequitur imaginatio, quam recordatur ac sperat: quoniā igitur hęc ita sunt,patet voluptates inesse recordātibus valde,atque sperantibus,siquidē & sensus. Quare necessariū est iucunda omnia vel in sentiendo præsentia esse,vel in recolendo præterita,vel in sperando futura: siquidem præsentia sentimus,præterita meminimus, futura speramus. Quæ igitur meminimus,iucunda sunt nec solum quę cùm aderant voluptatem afferebant verū etiam nonnulla eorū quæ dolorem,si post illa bonum ac laudabile quid habeamus. Hinc illud dictū est : Iucundum est seruato meminisse periculi. Et illud : Lætatur enim vir post labores,cùm multa tulisse,multáque gessisse recordetur. Cuius causa est,quoniā malum etiam non habere,iucundū est. horū autem quæ in spe sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt,quæcunq; delectationem aut vtilitatem afferre non parua cùm adsunt, aut fine dolore euanare videntur;& omninoquæcunq; cùm adsunt delectationi sunt:ea inquam omnia sperantibus quoque ac recordantibus,vt plurimum iucunda sunt.Ideirco irasci quoque iucundum. Vnde Homerus etiam dixit de ira, quòd defluente melle multò sit dulcior,nemo enim illis irascitur, quos vleisci putat impossibile,illis etiam qui potentia excedunt,aut non irascuntur,aut minus irascuntur.Ad hæc ingētes quoque cupiditates voluptatē quædam consequitur,nam cum se assequutos esse minerint,aut sperēt assequuturos,voluptate quadam afficiuntur. Veluti qui febricitant, siti oppressi memorię habentes q̄ biberint,sperantes se bibituros gaudent.Similiter amantes cùm alloquantur,aut scribant,aut quicquam aliud faciant ad eum,quem absentem amant,gaudent:omnibus nanque his quasi sentire putant eum quem amant,cùm eius recordentur. Idq; amori initium omnibus est,si non solū cùm adest lætatur,sed absentis etiam memoriā tenentes amant. Ideirco etiā cùm mœsti sunt quoniā non adest,& in luctu ac fletu inest quædam voluptas, mœror enim in eo est,quod non adest:voluptas autem quod recordētur,ac illiū quodammodo videant & quę agebat,& qualis erat.Vnde illud dictū est

» *Sic fatur,flendi cunctu immisit amorem.*

Vleisci etiam iucundum est,nam quod si nō assequeris,triste:si assequeris,id iucundū est,& punire delectabile est,id enim adipisci iucundū, cuius frustratio est tristis,qui vero irascuntur, magnopere dolent non vlti : sperantes autem gaudent.Vincere quoque iucundum est,nec contentiosis solum,sed omnibus,excessus nāque imagi-

natio fit:cuius rei omnes aut moderate aut magis etiam quàm oporteat cupidi sunt.Verū quoniam iucundum vincere est, ludos etiam omnes qui pugnæ aut contentionis speciem habent,iucundos esse necesse est(sæpe namq; in ipsis victoria inest)vt tesseras,aleam,pilam,tabulam,ludos quoque liberos similiter,nam eorum alij iucundi sunt,si quis assueuerit:alij statim iucundi vt venatio,& omnis bestiarum persequutio. Vbi enim certatio est,ibi victoria quoq; est,quapropter forum disputationesq; assuetis atque potētibus iucunda.Honor etiā, atque gloria iucundissimorū est. Fit enim vnicuiq; imaginatio talem se esse, ac virtuosum,præsertim cum ij asserant quos non existimant mentiri,quales domestici potius sunt quàm alieni : deinde familiares ac noti, & ciues potius quam peregrini:& qui sunt, potius quàm futuri:prudētes potius quàm fatui,& multi quàm pauci,hos enim veraciter prædicare verisimilius est,quàm oppositos. Nulla enim cura est,vt ab iis quos quispiam nimium despicit, veluti à pueris, aut à bestiis honor, aut gloria conquiratur:non inquam ipsius gloriæ, sed forsan cuiusdam alterius gratia.Amicus quoque iucundū est : nam & amare,iucundum,nullus enim vinū amat,qui vino nō lætatur,Amari etiā iucundum,imaginatio enim hic quoque fit bonum sibi inesse, quod qui sentiunt,omnes cupiunt.Admirationi etiam esse, iucundum:quoniā & honorari. *Assentationibus quoque aures præbere,ideo etiā adulator iucundum : nam & admirari & amare videtur. Idem etiam sępius agere,iucundū,consuetudo nanque iucunda erat.Varietas quoq; ac vicissitudo iucunda,in naturam enim mutatio fit.Quodcunq; autem vno modo semper se habet,constituti atque

*adulatio-bus assici.

fixi habitus satietatem generat, vnde dictum est, vicissitudinem rerum omnium iucundam esse. Idcirco etiã quæ interuallo tẽporis magno videntur, iucunda sunt, tam res, quam homines mutatio enim præsentium fit. Et simile etiã est, quod magno tẽporis interuallo interposito fit. Discere quoque & admirari iucundũ vt plurimum est, in admirando enim discendi cupiditas inest: quare admirabile desiderabile est, in discendo autẽ reditus inest in naturam. Beneficium etiã tam cõferre, quàm accipere, ex iucundis est, nam qui recipit, quod cupit adipiscitur: qui autẽ confert, habet abundãtq; iis quæ vterq; appetit. Verũ quoniam bene mereri iucundũ est, idcirco subuenire quoque propinquis, & manca supplere, suauis hominibus est. Et quoniã discere, atque admirari iucundũ, necesse est vt quæ imitatione assequimur, iucunda sint: vt pingẽdi atque fingẽdi artes, & Poetica similiter, omniq; quod imitationi sit, etiam si iucundum id nũ sit, quod imitantur, non enim illo lætantur, sed quoniã ratiocinationem facit, & hoc illud est: quare aliquid discere accidit. Euadere quoque à periculis, tanto iucundius, quanto propius periculo, admirabile enim omnia hæc sunt. Et quoniã quod fecũdum naturam est, iucũdũ est, omniáq; genere inter coniuncta, secundũ naturam cõiuncta sunt: id eo vt plurimũ quæ similia sunt, ac genere cõiuncta, iucunda sunt, vt homo homini, equus equo, adolescens adolescenti. Hinc & prouerbis celebrata sunt, & *æqualis æqualẽ delectat: quòd & semper à simili simile amatur: & quòd belua belluam cognoscit: & & semper merula ad merulam, & cornix cornicem volat, & similia quæque similibus gaudent. Et quoniã quæ similia & eiusdẽ generis est, sibi ipsi iucũdum est, & sibi

*æqualium æquales.

sibi maxime vnusquisq; ad seipsum habet: necesse est omnes, alios plus, alios minus seipsos amare, nam omnia illa vnicuiq; ad seipsum maxime insunt. Quòd si omnes seipsos amant, sua quoque vnicuiq; iucunda esse necesse est: vt opera, orationes. Quare assentatorũ vt plurimum atque amatorũ amici sunt, ambitiosi quoque, ac liberorum amore victi, nam liberi opera sua sunt. Manca quoque supplere iucundũ: quoniam opus iam suum sit. Et quoniam principari iucundissimum est, ideo sapientem esse iucundum videtur, nam sapere principantis est, sapientia autẽ multarum ac mirabilium rerum scientia est. Præterea quoniam vt plurimum ambitiosi sunt, necesse est increpare quoque alios iucundum esse. Item in quo vnusquisque sibi optimus esse videtur, in eo versari: vt Euripides ait, In id adducitur magnam diei partem ei attribuens: vt ipse se ipso fruatur, cùm sit optimus. Insuper cùm ludus ac iocus ex iucundis sint: otium quoque omne, ac risus, & ridicula iucunda necessario sunt, & homines, & verba, & opera. Sed de ridiculis in iis quæ de arte Poetica dicta sunt determinatũ est. Verum de iucũdis hæc dicta sint. Dolorem autem inferentia, ex contrariis horum patent. Quorũ igitur Gratia iniuriantur, hæc sunt.

Quomodo se habentes, & quibus iniuriantur.

Cap. XII.

NVnc autem quomodo se habentes, & quibus exponamus. Ipsi erga tum rem geri possibilem arbitrantur, & sibi possibilem, siue celare ipserint, siue deprehensos non daturos pœnas: aut daturos quidem, sed minus sibi vel suis futurum supplicium quàm emolumentum. Verum quæ possibilia, quæque impossibilia videantur, postea

rius explanabitur: cõmunia enim sunt omnibus
Rhetoricæ partibus. Ipsi autem posse se absque
damno iniuriari arbitrantur, si orationis copiam
habeant, si actiui sint: si multis in certaminibus
experti: si amicis abundant: si diuites sunt, aut ipsi
maxime, aut saltem si huiuscemodi sibi amicos
aut ministri, aut socij sint, nam hæc propter &
celare, & facere, & non dare pœnas possunt. Præterea, si amici sunt iis qui iniuriam perpetiuntur,
aut iudicibus, nam & amici nec obseruant iniuriantes amicos, & reconciliari malunt, quàm accusare, & iudices iis gratificantur quos amant, &
aut omnino absoluunt, aut parui condemnant.
Celare autē facilius possunt, partim qui ad ipsi
crimina incõmodi sunt: vt si imbecillus pulsasse
hominē accusetur, aut inops, aut deformis adulterij. Et quæ in aperto & ante oculos posita sunt,
nam quæ nemo putat, nemo seruat: & quæ tot &
tanta sunt, vt ea nullus, nam & hæc minime obseruantur, omnes enim homines, quibus vsitatis
mæ iniuriæ sunt, ab eis cauent: veluti etiam a
morbis qui solent inuadere, quo autem nondum
aliquis laborauit, ab eo nemo cauet. Partim a
quibus inimicus nullus est, aut plurimi, alij enim
celaturos se putant, & non obseruenturi: alij quod
nõ videantur aggressuri fuisse, cùm obseruentur:
habentq; defensionem hanc, & non fuissent aggressuri. Partim quos vel mores, vel affectio, vel
locus cõmode celant. Partim ij qui si celare non
potuerint, propellere omnino iudicium possunt,
aut in lõgius prorogare, aut iudices corrumpere.
Partim ij qui si pecunia damnabuntur, vel solutioni supersedere possunt, aut in longius prodicere, vel ob inopiam nihil habeāt quod perdant.
Partim quibus emolumēta quidem aperte adue-

niunt, vel magna, vel de propinquo: damna vero
e contra, vel occulta, vel parua, vel de longe. Partim quibus maior est vtilitas, quàm vt par supplicium excogitari queat: quod tyrannis cõsequuta
videtur. Partim quibuscũq; iniuriæ lucra quidem
sunt cõdemnationes autem opprobria solum. Et
cõtra quibus iniuriæ quidem laudi quodāmodo
sunt vt si alicui simul cõtigerit parentem vlcisci,
velut Zenoni. Condēnationes vero, aut exilij, aut
pecuniæ, aut alterius huiusmodi. iniuriātur enim
vtrique ij, siue hoc siue illo se pacto habeant, sed
non vt iidem ipsi sunt, verũ vt oppositi in moribus. Partim qui sæpe aut celati, aut condemnati
non sunt. Itē quibus sæpius aggressis parum successit, sunt enim nõnulli tales in iuriando, quales in re bellica, qui iterũ atque iterũ pugnas inceptant. Præterea qui voluptatē aut lucrũ statim
assequuntur: dolorem aut damnũ postea: quales
incontinentes sunt, inest enim incõtinentia circa
omnia quæ appetuntur. Et contra qui dolorē aut
dānum statim perpetiuntur, voluptatē vero aut
emolumentũ postea, & tardius. cõtinentes enim
ac solertiores hęc persequũtur. Partim qui videri possunt vel fortuna, vel necessitudine, vel natura, vel consuetudine fecisse: & in summa errasse:
sed nõ iniuriatos fuisse. Partim qui ius suum haud
aliter obtinere possunt. Partim qui egerint, sunt
autem egentes dupliciter. nam aut necessariis, vt
inopes: aut superuacaneis, vt diuites. Partim qui
præclari aut infames sunt: alij quoniã non videbuntur, alij quoniã non magis videbũtur. Ac ipsi
quidē sic se habentes aggrediuntur. Iniuria vero
afficiuntur hoc, & in his Primũ habentes ea quibus ipsi egeant, vel vt necessitatē expleāt, vel vt
abundēt, vel fruātur. Deinde tam lõge absentes,

Quibus iniuria fiat.

quàm prope, ab aliis nanque cito auferunt, ab aliis tardius puniuntur: veluti qui Carthaginiensibus furantur. Præterea non obseruantes, neque cauētes, sed credulos, nam omnes hos celare facile. Ad hæc negligentes, nam vlcisci diligentis est. Verecundos etiam, non enim pugnant de lucro. Eos quoque qui affecti à multis iniuria, non curarunt de vltione, nam (vt trito prouerbio dicitur) Myforum ij præda sunt. Insuper eos quos nunquam, & quos sæpius, vtriq; enim incauti: illi quòd nunquam, ij quòd non amplius. Item eos qui aduersis rumoribus vel opprimūtur, vel facile possunt opprimi, nā ij nec volunt, cùm timeāt iudices: nec persuadere queunt: cuiusmodi sunt & quos multi oderunt, & quibus multi inuident. Item aduersus quos causam habuerunt vel ex ipsis, vel ex parentibus, vel ex amicis: qui male aut fecerunt, aut facturi erant vel sibi, vel parentibus, vel iis qui sibi curæ sunt, sicuti prouerbio fertur: Improbitas causam quærit. Item amicos atque inimicos, alios nanque facile, alios iucunde. Item eos qui amicos non habent. Itē eos qui nec ad dicēdum, nec ad faciendum multum valent, nam ij aut vlcisci negligunt, aut reconciliātur, aut non ad finem vsque persequuntur. Præterea quibus inutile est, dum iudicia & compēsationem expectāt, tempus consumere: quales sunt aduenæ ac opifices, qui iniuriātes sibi paruo absoluūt, & facile cessant. Præterea eos qui aut ipsi aliis sæpe iniuriam intulerunt, aut iniuria talia fecerunt qualia patiuntur, nā id non videtur ferè iniuria, cùm tale quid perpessus quispiam sit, quale ipse est solitus facere vt si quis cōtumeliam solitum verberauerit: vel eos qui male aut fecerunt, aut voluerunt, aut facturi sunt, nā & voluptatem. id & laudē habet: nec ferè iniuria esse videtur. Itē eos quorū iniuria vel amicis vel domi, vel in summa quib⁹ ipsi vtuūt, grata videtur. Itē eos à quibus sperant veniam se consecuturos. Præterea eos de quibus conquesti sunt, vt Calippus in Dionem fecit, hęc enim ad iniuriandū accedere videntur. Præterea eos quos etiam si ipsi dimitterent, ab aliis tamen opprimerentur: quasi nō sit amplius possibile cōsilium adhiberi: vt Aenesidemus ad Gelonem, cùm ab eo Cotabia oppidum depopulatū fuisset, scripsisse fertur: quòd scilicet eū vrbē illam depopulaturum paulo prēuenisset. Præterea eos, quibus iniuriati, potuerūt iusta agere multa quasi facile refarturi: vt Iason Thessalus dixit opus esse in quibusdam iniuriari, vt * iure quoq; multa facere possis. Itē ea facilius cōmittunt, quæ multi fecerunt, veniam enim se cōsecuturos in his putant. Itē ea quę celari vbiq; cōmodius possunt: qualia sunt quę vel cito cōsumuntur, vt edulia: vel facile figura, colore, cōplexione immutantur. Vel quæ celari vbiq; possunt, sit quæ facile portātur, & paruis in locis recondūntur. Item ea quorū similia multa iniurias possidebant: & quæ perpessum dicere pudet: vt vxorum adulteria, contumeliāq; sui, vel liberorū. Et in quibus qui accusat, litium studiosus videtur: qualia sunt parua, & in quibus venia dari solet. Ac quomodo se habentes iniuriantur, & quibus, & quomodo, & cur, hæc ferè sunt.

* iusta.

De Iniuria, iuréq; facta. Cap. XIII.

Sed iniuria, iuréq; facta omnia distinguamus: hinc primum incipientes. Determinantur itaque iusta atque iniusta primum duabus legibus:

deinde quibus fiũt, dupliciter. Legem autem dico, alterum propriam esse, alteram communem. Et propriam quidẽ, quæ singulis inter seipsos determinata est. & hanc aliam scriptam, aliam non. Communem vero quæ secundum naturã est. Est enim quoddam natura iustum & iniustum, quod omnes vaticinantur, etiam si nulla inter se societas aut pactio sit: quale Antigone apud Sophoclem dicere videtur, cùm iustum esse asserat, sepulturæ, Polynicem tradere. non enim, inquit, nunc aut nudiustertius, verum semper id viget, nemóq; scit ex quo ita cõstitutum est. Et vt Empedocles dicit de non interficiendis animatis. non enim id apud quosdam iustum, apud quosdam vero iniustum: sed apud omnes, inquit, legitimum, ac per æthera latum, terrásque iacentes constitutum est. Et vt Alcidamas etiam in Messeniaco dicit. Quibus autem determinata sunt, dupliciter determinata sunt, nam aut ad cõmunem societatem, aut ad vnum supremum societatis agenda, aut non agenda spectant: idcirco dupliciter etiam iure ac iniuria facere possumus. nam aut vnum ac certum, aut ciuitatem lædimus. qui enim adulteratur, aut hominem cædit, certum

non vult quendam lędit. qui vero * militiã deserit, ciuitatem. Cùm igitur quę iniuste fiũt, omnia ita bipartito distribuantur, si prius quid sit iniuriam pati repetierimus, cætera dicemus. Iniuriam pati ergo est, cùm à volentibus iniusta inferuntur, iniu-

uriam riari enim, voluntarium esse iam definitum est.
i quid. Verum quoniam necesse est eum qui iniuste patitur lædi, neque sponte lædi: læsionesque ex iis quæ iam diximus patent (bona enim & mala prius diuisa sunt, voluntaria etiam dictum est ea esse quæ scientes faciunt) necesse est peccata omnia

omnia vel ad ciuitatem, vel ad priuatos spectare. & hæc aut à nesciente, aut à nolente, aut à volente atque sciente fieri, & horum quædam electione, quędam affectu. Ac de his quidem in tractatu de affectibus explanabitur. Quæ vero eligunt, & quomodo se habentes, iam explanatum est. Verum quoniam sæpe concedentes fecisse, aut intentionem accusatoris negant, aut id de quo est intentio, vt cœpisse, sed nõ furatum fuisse: verberasse, sed non contumeliatum esse fuisse vnã, sed non adulteratum fuisse: aut furatũ esse, sed non commisisse sacrilegium: non enim rem diuinam attigisse, aut sustulisse, sed non publica: aut colloquutum cum hostibus fuisse, sed non prodidisse: propterea oportebit etiam quid furtum sit, quid contumelia, quid adulterium, determinare: vt siue esse, siue non esse iustam velimus ostendere, facere queamus: nam de omnibus his quæstio est, virum iniustus sit, & improbus, an non. Est enim in electione improbitas, atque iniuria: & huiusmodi nomina elegisse ostendunt, veluti contumelia, furtum. Nec enim si verberauit, statim contumelia affecit: sed si abcuius gratia, vt si aut vituperandi alium, aut voluptatis fuę. Nec si clam accepit, statim furatus est: sed si vt alteri damnum, sibi vtilitatem afferret, similterque de aliis. Quoniam vero duæ iustorum atque iniustorum partes erant (quędam enim scripta, quædam non scripta) de iis quidem de quibus leges scribunt, dictum est: ea vero quæ scripta non sunt, bipartito distribuimus. Nam alia sunt per excessum virtutis, aut vitij: in quib' vituperationes, honores, infamię, donationesque sunt veluti gratiam habere benemerito, paratum esse amicis, cæteráque huiusmodi. Alia legũ scri-

Duæ iustorum, atque iniustorum partes.

ptarum defectus, nã ęquũ & bonum iustum esse videtur. Aequũ autẽ & bonũ est, quod præter legem scriptam iustum est, idq; accidit partim volentibus, partim inuitis legumlatoribus, inuitis quidem, cùm se effugerit: volentibus autẽ & cum nequeat determinare, sed necesse sit vniuersaliter dicere quod non ita, sed vt plurimum. Et cùm determinatio propter infinitatem facilis non sit, vt si ferro percussit, quãto & quali quodam tempus enim deerit enumeranti. Si ergo de quo determinari nõ potest, de eo lex ferẽda est, necessario simpliciter dicendum. Quare, si cùm annullatus sit, manũ, extollat vel percutiat: lege quidem scripta reus est, & iniuriatus est: vere autem non est iniuriatus: & id est æquum ac bonum. Si ergo quod dictum est, ęquũ ac bonũ est, patet æquum etiam esse ne tanti errores fiant, quanti iniuriæ: nec quę aduersa fortuna eueniũt, tanti, quãti errores. Dicuntur autẽ aduersa fieri fortuna, quæcunq; cùm præter opinionẽ fiũt, non fiũt ex prauitate. Errore autem, cũ nec præter opinionẽ, nec ex prauitate. Iniuria vero, cùm nõ præter opinionẽ, & ex prauitate, nã quę cupiditate fiũt, ex prauitate fiũt. Aequum etiam est rebus humanis ignoscendum cõmoueri, & non legem, sed legislatorem: ac non verba, sed sententiam spectare: nec factum, sed voluntatẽ: nec partem, sed totum: nec quis nũc, sed quis semper, aut ferè semper fuerit, cõsiderare, & meminisse bonorum magis quæ in se collata sunt, quàm malorum, & eorum bonorum magis quæ recipit, quàm quæ fecit: & nõ iniquo animo iniuriam ferre: & orationem disceptare potius velle, quàm rem: & in arbitrio magis, quàm in forum velle descendere, nam arbiter ad æquum & bonum, iudex ad legem spectat.

Et hac de causa arbiter eligitur, vt æquum & bonum præualeat. Ac de ęquo & bono sic determinatum sit.

De maiore ac minore Iniuria. Cap. XIIII.

INiuria vero maior, quę à maiore proficiscitur iniquitate. Quocirca quę minima sunt crimina, maxima interdum videntur: vt Menalopum Callistratus accusabat, quòd templi custodes decepissent, triãq; vascula à sacris minimi ponderis furatus esset. Contra vero est in ipsa iustitia. Hæc autem ita sunt, quoniam viribus excedunt, nam qui sacra vascula parui ponderis furatus est, is quauis in re peccabit. Interdum igitur sic magna iniuria, interdum ex magnitudine damni æstimatur, vt illa cui nullum potest supplicium exęquari, sed omnis pœna minor inuenitur, & cui remedium afferri non potest: acerbum enim, atque inauditum. Et in qua non potest qui passus est, pœnam sumere: cùm res nullum remedium patiatur, nam vltio atque pœna remedium est. Et si qui perpessus est, turpitudinem ferre non potuit: maiore nanque supplicio, qui fecit, dignus est, vt Sophocles cùm Euctemonis causam ageret, ac ille non ferens cõtumeliam, seipsum interemisset: non æstimare se: contumeliam minoris inquit, quàm quanti qui passus est æstimauit. Et si solus, aut primus fecit, aut si pauci admodũ eo crimine cõtaminati sunt. Idẽ etiã sępius peccare, permagnũ. Similiter maxime is peccat, cuius causa quęratur ac excogitẽtur quę prohibeãt, vt supplicia, & cruciatus: sicut is propter quos carcer exędificatus est. Et apud Argiuos pecunia is mulctatur, propter quem lex posita est. Maius etiam est, quod

beluarum

Universidad de Deusto Biblioteca

belusrum magis est: & quod ex præmeditatione magis & quod qui audiunt, timent magis quàm misereantur. Amplificantia vero illa sunt, quòd multa iusta euertit, aut contempsit iusiurandum dextram dexteram, hospitium, fidem, affinitates multorum nãque criminum exaggeratio fit. At hęc non parum ibi peccare, vbi puniantur iniusti quod falsi testes faciunt. vbi enim non peccabũt qui vel apud iudices peccant? Præterea ea maiora, in quibus turpitudo maior. Summa etiam iniuria, si eum lædit, qui de se bene meritus est, plura nãque peccat, quòd non benefacit, & quòd male. Is etiam vituperandus, qui iustitiam secundum leges scriptas solummodo seruat, melior enim qui non coactus iustus est, scripta vero coacti seruant, sed non coacti minime. Alio etiam modo qui præter scripta facit, nam qui ea committit quæ leges prohibent, & de quibus supplicia sunt, is ea multò magis committet, de quibus nullum supplicium est. De iniuria igitur maiore vel minore dictum sit.

De inartificiali Fide. Cap. XV.

DE fide autem qnę inartificialis dicitur, deinceps dicendum: propria enim iudicialiũ causarũ. Sunt igitur quę fidẽ huiusmodi faciũt, quinque numero: leges, testes, pacta, quæstiones, iusiurandum. Primum autẽ de legibus, quo pacto fuadenti & dissuadẽti, & accusanti & defendenti vtendum sit, dicamus. Patet ergo, si lex scripta aduersus nos sit, cõmuni tunc lege vtendũ esse, & ęquo ac bono tanquã institioribus: & quòd optima sententia vti hoc est, ne vtaris scriptis in omnibus: & quòd ęquum & bonũ idem permaneat semper, & nunquam immutetur, sed nec cõmunis lex, cum secundum naturam fit: vtus vero scriptum sæpius. Vnde

De Legibus.

Vnde dictum est in Antigone Sophoclis, feciſſe se præter Creontis legẽ: sed nũ præter illam non scriptã, nõ enim nunc, aut nudiustertius, sed semper, hanc ergo ego nõ curabam hominis, verum nullius legẽ. Et quod iustum, verum quid est atq; vtile: sed non id quod videtur, quare quę scripta est, lex non est, cum legis opus nõ faciat. Et quòd index quasi * argẽti atq; auri cognitor est, vt verum iustũ ab adulterato discernat. Et quòd melioris est vir non scriptis potius quàm scriptis vti, & in eis permanere. Et si alij, quæ pbetur legi, aut sibi ipsi cõtraria est: veluti si altera esse iubeat firma quęcunq; inter se pacti sunt, cum altera vetet, ne aduersus leges pãgant. Et si ambigua, vt vertere, inspicereq; liceat, quam ad partẽ iustum, ad quã vtile accõmodabitur: ac ita demum ipsa vti. Et si res de quibus lex lata est, nõ similiter se habeãt, lex autem ita: tunc vero id ipsum significandum est, ostendendũmque sibiipſi eam repugnare. Sin vero lex scripta rebus conueniat, tũc optima sententia dicendũ non esse legem positam, vt præter leges iudices, sed ne ignorando quod leges volũt, peieres. Et quòd nemo eligit quod simpliciter bonũ est, sed omnes quod sibi. Et quod non differat, vel nullas esse leges, vel non vti. Et quòd etiam in morbis nõ conferat aduersus medicum cauillari, quamuis non tantum medici error officiat, quantum si obaudire principibus assuescimus. Et quòd probatę leges id maxime vetãt, ne quis se legibus prudentiorem velit ostendere. Ac de legibus quidem sic determinatum sit. Testes autem, alij veteres, alij iuniores. Et horum cum alius periculum commune est, alij omnino extra periculum sunt. Veteres igitur dico Poetas, cęteróſque claros, quorum sententię approbantur, sicuti

* ἀργυρο γνώμων mensarius

De Testibus.

ficiri Homero teste de Salamine Athenienses v
sunt. Tenedij quoque nuper aduersus Sigienſ
Periandro Corinthio,& Leophron in Critiam Sy
lonis vsus est elegis,vt offenderet iam ex prisc
temporibus domum eius impudicam fuisse. Nou
enim scripsisset Solon,Flauo Critiæ dicendū m
hi est,vt patri auscultet,Hi ergo testes de præte
ritis sunt,de futuris vero oraculorū etiam inter
pretes:vt Themistocles,quòd muri lignei,naual
vtendum esse pugna,moneant. Præterea prouerb
bium quoque(vt dictum est)testimonium quod
dam est:veluti si quis cùm consulat senē non es
in amicitia suscipiendum,prouerbium huic atti
stari dicat,quo fertur , Nunquam beneficium
senem collocandum. Cùm vero liberos cum pa
rentibus interficiendos , Patuus, qui patre ex
liberis peperit. Iuniorum etiam qui clari sunt
sententiæ litigantibus conferunt , sicuti Eubulu
in iudicio Platonicum quiddam aduersus Chæ
reta protulit,quod Plato in Archibium dixit,n
creuisse iam propter illum in ciuitate , vt praua
se omnes esse fateantur.Et quibuscunq; commu
ne periculum est,si mentiri viderentur. Verum
de huiusmodi solummodo testes sunt, factum ve
fit,an non,& vtrum fit,an non,de qualitate vero
minimè:vt puta,si iustum,si iniustū:vtile , an no
tile. Prisci autem etiam de qualitate , nam ea
corrumpi non possint , fide dignissimi sunt. Q
ergo testes non habet, iis præsidis vtetur, quo
ex probabilibus iudicandum sit.Id enim est opti
ma sententia iudicare , quòd pecunia corrumpi
probabilia non possint,quòd falsi nūquam testi
monij crimine accusentur.qui autem habet,ad
uersus non habentem his vtetur,quòd ad ferendā
dam sententiam probabilia non sufficiant: quā
testibus

testibus nunquam opus esset , si ratione res satis
cognosci posset.Sunt autem testimonia vel de no
bis,vel de aduersarijs: & alia de re,alia de mori
bus. Quare patet testimoniis conferētis inopiam
nunquam futuram:erit nanque de re quidem vel
pro nobis,vel contra aduersarios:de moribus au
tem , de bonitate nostra , vel de aduersariorum
nequitia.Cętera vero de testibus,amicis,aut ini
micis,aut neutris, vel probis , vel improbis , vel
neutris,ac de quibuscunque aliis huiusmodi te
stium differētiis,ex iis locis quærendum, ex qui
bus enthymemata etiam ipsa manant. De pactis
autem is orationis vsus est,vt augeas , aut exte
nues,& vel credibilia vel incredibilia ostendas,
nam si pro nobis sunt, credibilia & vera : sin pro
aduersarijs,cōtra. Qui ergo probabilia vel con
tra ostendere vult,ea considerabit,quæ de testi
bus diximus,nam ex qualitate eorum qui in pa
ctis cōscripti sunt, aut qui seruare ea debent,cre
dibilia,vel contra sunt.Cùm vero cōceditur pa
ctum sic intercessisse : si pro nobis est,amplifica
tione vtendum. Pactum enim lex quædam de
particulari est,ac leges quidem non approbātur
à pactis:pacta vero cùm legitima sint , à legibus
comprobātur.Et omnino lex ipsa pactum quod
dam est,quare qui non credit euertitqi pactū, le
ges euertit. Præterea commutationes rerū vltro
ac citro,similiter quæ voluntaris sunt , pactis vt
plurimum facimus , quare si quis pacta infirmat,
is vsum hominū inter se penitus euertit. Cętera
vero hāc ad rem accommodata , facilia intelle
ctu sunt.Sin autem pro aduersarijs sint: primum
omnia quæ in legem cōtrariam quispiam dicet,
accommodari possunt.Est enim absurdum, si le
gibus , cùm non recte, sed iniuste,ac dolo malo
latoris

De pactis

latoris posita cognouerimus, non stabimus
pactis necessario stabimus. Deinde si iudex
distributor est, non est considerandum quod
stum est, sed quod iustius. Et iustum quidem
deceptione, nec necessitate verti potest, quo
innatum sit: pacta vero & à deceptis, & a coa
fiunt. Ad hæc perspiciendũ si pacta alicui leg
vel scriptarum, vel non scriptarum, si iustis, si
nestis, ac demum si alij pacto priori vel poster
ri contradicunt, nam aut priora vera sunt, &
steriora falsa: aut recte se habent posteriora,
priora fefellerunt, itaque altero istorũ ex re
stra vtemur. Denique altius inspiciendum, si
quo modo iudicibus inutilia sunt: cæteráque
De quæstionibus. iusmodi, facilia nanque inuenta similiter
quæstiones autem testimonia quædam sunt,
dentúrque fidem facere, quoniam cogunt: q
non est difficile percipere, ac ea quæ hinc
niri dicique possunt, conspicere. Nam si pro
bis sunt, amplificatione vtẽdum est, quòd ex
stimoniis sola hæc vera sint. Sin vero aduer
nos, & pro aduersarius, dissoluemus, quæ
sunt, de vniuerso genere quæstionum differẽ
nam qui coguntur, non minus falsa dicunt
vera: & tum tolerantes vera occultant, tum
dicentes credunt se citius euasuros. Sed opor
hæc exemplis cõprobare, quæ ab ipsis iudicib
De iureiurando. non ignorentur. De iureiurando autem quad
partito distribuere possumus. Nam aut offert,
suscipit, aut neutrum, aut alterutrũd est, aut o
fert, sed non suscipit aut suscipit, sed non offer
Præterea de iis ipsis aliter si iam iuratum est,
sic vel ab hoc, vel ab illo. Non offerre igitur
dicet, quoniam homines cùm ab eis pecunia
stitur, facile peierant: & quoniam qui iurauit non
reddit

reddit: qui non iurauit, eum facilius condemna
ri putant: & quoniam minus periculum iudici
bus causam committere, cùm his credat, illi mi
nime. Non suscipit vero: quoniam pro pecunia
iusiurandum est. Et cùm sit melius aliqua de cau
sa prauum esse, quam de nulla: iurasset profecto
si paruus esset, nam iurando habebit, non iuran
do non habebit, quare non ne peieret, sed pro
pter virtutem non suscipit. Hic consentaneum
illud Xenophanis, non partem esse hanc prouo
cationem impio ad pium, sed similem, ac si robu
stus ad inferendum suscipiendúmque ictum im
becillem prouocaret, qui suscipit, non aduersa
rius, sed sibi ipsi asseuerabit. Illud quoque Xeno
phanis conuertendo, dicet par esse si impius of
ferat, & pius suscipiat. Graue esse repellere iura
tos, cùm iudices eadem de re velit sententiam
ferre. Qui offert, pium affirmabit esse, vt Dijs ve
lis committere: præterea non esse opus aduer
sario alijs iudicibus, cùm sibiipsi iudicium per
mittatur. Ad hæc iniquum esse iusiurandum re
pellere cùm eadem de re alios velit iurare. Quo
niam igitur per singula quid dicendum sit ape
ruimus, patet etiam in coniunctis: vt si suscipit,
& nolit offerre: aut si offert, & non suscipit: aut
si offert simul & suscipit: aut neutrum, nam cùm
hæc ex illis cõmungantur, horum etiam ratio
nes ex rationibus illorum communi necesse est.
Quòd si ab aduersario quispiam deceptus sit pa
tet id periurium non esse, iniuria enim ex volun
tarius est: & periurium iniuria est: cuncta vero
quæ vi, vel deceptione fiunt, inuoluntaria. Hinc
colligitur quid peierare sit, est enim mente, sed Peierare quid.
non ore. Quòd si iam ab aduersario iuratum sit,
omnia dicemus eum conuertere, qui non seruat

quæ iurauit, nam idcirco legibus etiam vtimur
prius iurantes. Iit cùm iudicet, dignum puta-
mus, vt vos iudicando ea seruetis quæ iura-
stis, ipsi non seruabimus? cæteráque huiusmodi quæ amplifi-
cando quispiam dicet. Verum de cõprobatione inartificiali tot dicta sint.

FINIS.

ARIS

ARISTOTELIS ARTIS RHETORICAE, LIBER. SECVNDVS.

SVMMA LIBRI.

De hominum Affectibus: ætatum, ac fortunæ Moribus. De Possibili ac impossibili, Amplificatione & Attenuatione, cunctis orationibus communibus. De probationum generibus, Exemplo scilicet ac Enthymemate: eoque tum vero, tum apparente: ac eiusdem solutionibus. De sententia item, tanquam ipsius parte.

Quòd auditores afficiendi sunt.

Cap. 1.

EX quibus igitur suadere ac dissuadere, vituperare ac laudare, accusare ac defendere oporteat, & quæ ad faciẽdam in eis fidem opiniones & propositiones cõducunt, hæc sunt, de his enim & ex his, vt seorsum de vnoquoque genere orationis tractemus, enthymemata ducũtur. Verum quoniam iudicij causa Rhetorica est: nam & in deliberationibus iudicant, & in foro iudicij est: necesse est non solum dare operam vt ratio

hæc digna, demõstratiuáque sit: sed vt ipse quo-
que, ac iudex, qualis quidam efficiatur. Nam
in cõsiliis præcipuè, deinde & in iudiciis ad
dem faciendam plurimum pertinet, vt qual
quidam videatur qui dicit, putetúrque ab aud
toribus affectus quodammodo erga ipsos esse
hæc, vt & ipsi auditores affecti quodammod
sint. Verum suadenti magis confert, vt ipse qua
lis quidam esse videatur. Auditoris autem af
ctus litiganti vtilior, non enim eadem iudica
videntur, cùm diligant & cùm oderint, nec ir
tis & quietis: sed vel omnia diuersa, vel magni
dine diuersa. Nam reus aut nullam aut parua
fecisse iniuriam amanti videtur? contra vero
qui oderit, cupienti autem, sperantique, si qu
dicitur futurum, iucundum sit, & fore, & bon
fore videtur contra vero ei videtur qui aspern
tur atque desperat. Vt igitur dicentes ipsi fide
gni videantur, tres causæ sunt. Tria enim sun
quæ præter demonstrationem fidē faciunt, pr
dentia, virtus, beneuolentia. Nam qui dicunt a
suadent, vel propter hæc omnia, vel propter a
quid horum fallunt. Aut enim propter stultitia
non recte opinantur aut recte sentiãtes, propt
improbitatem non dicunt vt sentiunt aut qua
uis recte sentiant virtuosíque sint tamen cum
neuoli non sint, facile creduntur spõte non ip
me suadere. Hæc igitur sunt quare fallũt, & pr
terea nihil, quare necesse est, si quis omnia h
videtur habere, fide dignum esse apud audito
Verũ vnde prudẽtes ac virtuosi videri poterun
ex iis quæ de virtutibus dicta sunt, sumendũ e
nam ex eisdem tam alium quàm seipsum hui
cemodi quispiam efficiet. De beneuolentia ver
& amore, ac vniuersaliter de affectibus nunc d
cendum.

Tria esse, quæ præter demonstrationem fidē faciunt.

Affectus igitur sunt, quibus homines commoti differẽter iudicant: quos quidẽ affectus voluptas, aut dolor cõsequitur: vt ita misericordia, timor, cæteráque huiusmodi, & his opposita. Sed oportet quæ circa vnũquemq; sunt, in tria diuidere: veluti quæ circa irã, quomodo affecti irascũtur, quibus irasci soleãt, qualibus in rebus, nam si vnum horum aut duo, & non omnia habeamus, non erit nobis possibile in irã audientes impellere. Similiterq; in aliis. Ac sicut in superioribus propositiones ipsas conscripsimus, sic in his quoque faciemus distribuentes, vt diximus.

De Ira. Cap. II.

Sit ergo ira apparentis vltionis appetitus cum dolore propter apparentem immerito vel in se vel in suos contẽptum. Quoniam igitur id ira est, necesse est cũ quis irascitur, cuidã semper ex singulis irasci, vt Cleoni, sed non hominiː & quoniam ei vel suorum alicui aliquid fecit, vel factu rus erat. Et ad omnẽ iram quandã sequi voluptatem propter spẽ vltionis, iucundũ enim est si quis putat ea se cõsequuturũ, quę expetit, nemo enim quæ sibi videtur impossibilia, expetit, quare iratus possibilia sibi expetit. Itaq; recte illud de ira dictũ est, quòd defluente melle dulcior in virorũ pectoribus gliscit. Consequitur enim voluptas etiã quædã & propter hæc quæ diximus, & quoniam in vlciscendi cogitatione immorãtur, quæ imaginatio voluptatẽ similẽ ei efficit, quæ in somnis accidit. Quoniam vero contẽptus est actus opinionis in id quod nihil dignum æstimatur (mala enim & bona, quæque ad ea tendunt, non paruifacimus, sed ea nihili pendimus, quæ aut nulla sunt aut minima) tres contemptus partes erunt, despectus, *detractio, contumelia. Nam &

Ira quid.

**calũnia.*

Universidad de Sevilla Biblioteca

desiciens contemnit: quæ enim nihili ducunt, hæc despiciunt, contemnũt autẽ rẽi digna nihilis. Et qui *detrahit contẽnere videtur, est enim detractio, cum alicuius volũtati quispiã impedimento est, non vt sibi quicquã, sed ne illi. Quoniam ergo nihil sibi quærit, ideo contẽnit, quod inde patet, quod sibi nec obfuturũ existimat: (si putaret, timeret, & non contemneret:) nec re de qua curandum sit, profuturum, daret enim operam, vt ab eo diligeretur. Et qui contumeliatur, similiter contemnit. Contumelia enim est omno atque dolore in iis afficere, in quibus turpe patienti est. Ideo vt aliud quoddam sibi fiat, quàm quod factum est: sed vt voluptate afficiatur, quæ enim par pari reddunt, non contumeliantur, sed vicissim ulciscuntur. Est autem voluptatis contumeliarum causa, quòd arbitrentur malefaciendo eis magis excellere, quapropter iuuenes & diuites cõtumeliatores sunt: longe namque putant contumeliando excellere. Contumeliæ autem victoriæ propria, contemnit enim qui vituperat, nam quod nullius rei dignum est, nullius est pretij, neq; boni, neque mali. Propterea iratus Achilles dicit: Nullius existimauit: meum namque honorem abstulit ipse: ac me priuauit, vt quendam nullius pretij exulẽ, quasi hæc propter iratus. Multi enim fieri se oportere arbitrantur, minoribus genere, potentia, virtute, ac omnino in quo nullum excellunt, vt diues in pecunia pauperem superat, & orator in oratione verborum inopem, & princeps subditum, & qui se principatu dignum putat dignum seruire. Vnde dictum est: Animus autem magnus est in regibus, diuit. Et illud: Sed iram etiam postea seruat, & viciscatur, molestè namque ferunt, quoniam ex-

cedunt

cedunt. Ad hæc à quibus oportebat gratiam referri, hi autem sunt, quibus aut benefecit ipse, vel suorum aliquis, vel propter ipsum, & aut vult, aut iam voluit. Ex his igitur patet, quomodo se habentes irascuntur, & quibus, & quas ob res. Nam ipsi quidem, quando dolent, nam qui dolet, aliquid expetit, huc in oppositum quis se obiiciat: veluti sitienti ne bibat, siue non. Ex opposito idem videtur facere: & siue contra faciat quispiam, siue non adiuuet, siue aliud quoddam perturbetiomnibus, cùm sic se habeat, irascatur. Quapropter ægrotantes, pauperes, amãtes, sitientes, ac vniuersaliter cupientes, & non assequentes iracunda sunt, ac facile incenduntur, primum quidem maxime aduersus eos qui propter præsentem fortunam se contemnunt: veluti ægrotus eos qui propter morbum, pauper eos qui propter pecuniam, militans eos qui propter militiam, amans eos qui propter amores, ac in cæteris similiter. Præparatur enim quilibet, vt vnicuique irascatur, à turbatione quæ in ipso est, deinde si forte opposita expectabatimationem enim infert dolorem, quod magnum est, & præter opinionem: quemadmodum etiam delectat, si præter opinionem factum sit quod optant. Hinc tempora quoque, ac dispositiones, & ætates patent, quænam aptiores ad iram sint, & qui facile mobiles ad iram, & quando, & vbi. Et quo in his magis sunt, eo etiam magis mobiles sunt. Ipsi ergo sic se habentes, facile mobiles ad iram sunt. Irascuntur autem deridentibus primum, & subsannantibus, atque conuiciantibus: omnes enim contemnunt. Deinde iis qui ita officiunt, vt contumeliæ causa facere videantur. Huiusmodi autem facta sunt, quæ neque alicuius rei gratia,

Quæ pati sint dispositi qui irascuntur.

Quibus irascuntur & quare

& inutilia sunt facientibus, hæc enim cõtumeliæ causa fieri videntur. Præterea maledicentibus aut vituperãtibus ea quibus ipsi maxime student vt qui Philosophia gloriãtur Philosophiam: qui forma, formam cõtenentibus: ac in cæteris similiter. Longe vero magis in his irascuntur, si suspicati fuerint non esse in eis vel penitus, vel non valde, vel opinione hominũ ea in quibus mereantur, cùm vero vehementer sibi ea inesse putarant, non perturbantur. An hæc amicis magis quàm inimicis, putant enim oportere magis ab illis sibi beneficri quàm non. Et assuetis honorare ac multifacere, si non similiter erga ipsos se habeant, parumpẽdi enim ab his arbitrãtur. Idem faciunt etiam, si qui non remunerant, nec æqualia reddunt. Et opposita facientibus, si minores sunt, nam ij omnes contemnere videntur, hi quidem quasi minores, illi vero quasi à minoribus. Et iis maxime, qui nullius opinionis sunt, si contemnunt, nam & suppositum est iram esse, cùm quis immerito cõtemnitur. Et par est ne à minoribus maiores contemnantur. Amicis autem si non benedicunt, aut faciunt: ac multo magis si cõtra vel dicunt, vel faciunt: & si non animaduertunt egere ipsos: sicuti & Plexippus Antiphontis Meleagro. nam cùm quæ nobis curæ sunt, nõ latent, contemptus signum est non animaduertere. Et iis qui in aduersa sua fortuna gestiant, aut omnino * cõtenti esse videantur, nam vel inimicitiarum vel cõtemptus: id signum est. Et iis qui non curant, si dolorem intulerunt: quæ de re malorum nuntiis etiam irascuntur. Et iis qui vel audiunt, vel oculis mala eorum cernunt: quippe cùm aut contemnentibus, aut inimicis simillimi videãtur, amici enim cõdolẽt, ac omnes qui

* *Hi'arnema.*

qui sua mala considerant, dolent. Præterea iis qui apud hos quandoque cõtemnunt, apud quos honorari cupiunt, quos admirantur, quibus mirabiles videri cupiunt, quos verentur, & demum apud illos qui eos verentur, apud hos homines, si quis contemnat, ei valde irascuntur. Et iis qui eos cõtemnunt, quibus nisi succurrant, turpe est: vt parentes, liberos, vxores, subditos. Et ingratis, contemnunt enim qui non agunt vt par est. Et illudentibus studia sua apud studiosos, nempe illusio ex contemptu proficiscitur. Et iis qui in cæteros liberales sunt erga se non sunt, contemni enim videtur, cùm solus indignus iudicatus sit. Ad hæc omnia, oblimo quoque iram efficit, veluti & nominum, quamuis res minima sit: quippe cùm ipsa quoque signum esse contemptus videatur, proficiscitur enim ex negligentia: negligentia vero contemptus est. Quibus igitur irascuntur, qualiterque se habentes, & quas ob res, dictum est. Patet autem opus esse, vt oratione tales orator præparando efficiat, quales sunt qui ad irascendum sunt apti: aduersariósque iis rebus reos, propter quas irascuntur, ac tales, quales quibus irascuntur.

De Mansuetudine. Cap. III.

VErum quoniã irasci & mansuetũ esse contraria sunt, & ira mansuetudini contrariũ: dicẽdũ nunc est quomodo se habẽtes mansueti sunt, & quibus, & quas ob res. Sit igitur * mansuetudo, depressio iræ, atq; sedatio. Si ergo contemnentibus irascuntur, contẽptúsq; voluntarius est: manifestum est iis qui nihil horũ faciunt, aut inuiti faciũt, aut huiusmodi vidẽtur, mansuetos ac mites esse, & iis qui cõtra vellent, quàm fecerint: & omnibus qui in seipsos etiã huiusmodi sunt: cùm

Mansuetus & quid.

* *mansuetudo.*

nemo seipsum contemnere videatur: & iis quæ
pœnitet, & fatentur, nam quasi pœnas sumpserint, quòd dolent factum cessant ab ira. Hujus
gnum in punitione seruorum sumere possumus.
negantes enim atque contradicentes multò ma
gis punimus: cùm vero iure se puniri fateantur,
cessamus ab ira. Cuius causa est, quoniam mani
festa negare, impudentia est: impudentia ve
ro contentio est atque despectus, quare quos vi
de despicimus, eos non veremur. Præterea eos
qui humiliter se gerunt, neque cõtradicunt ira
tis, videntur enim minores se fateriminores ve
ro metuunt: & metuens nullus cõtemnit. Quòd
autem humilitate ira sedatur, canes quoq; osten
dunt, qui sedentes non mordẽt. Et iis qui studio
si erga studiosos sunt, non enim contemni, sed
multifieri videtur. Et iis qui maiora largiti sunt
& rogantibus atque deprecantibus, humiliores
enim. Et iis qui nec contumeliatores, nec fal
sannatores, nec contemptores, aut nullius, aut
non bonorum, aut non talium quales ipsi. Ver
sualiter vero ex contrariis mitigantia considera
randa sunt. Præterea iis quos timent, & quos ve
rentur, nam quandiu sic se habent, non irascun
tur, impossibile enim est timere simul atq; irasci.
Ad hæc iis qui ira concitati fecerunt aut nõ ira
scuntur, aut minus irascuntur, non enim videtur
contemptu fecisse: quippe cum nullus iratus
contemnat, est enim contemptus absque dolore,
ira vero non sine dolore. His etiam qui ipsos ve
recundãtur. Præterea qui modo se cõtrario ha
bẽt, quã qui irascũtur, eos patet mites esse veluti
in ludo, in ioco, in die festo, in felicitate, in suc
cessu, in consummatione, ac in totum in non do
lendo, & in laudabili voluptate, ac spe honesta.

Insuper eos, qui iam diu est ex quo perturbati fue
runt, sedat enim iram tẽpus, sedat autẽ etiã maio
rem hominis irã, sumptũ ab alio prius supplicium.
Quocirca recte Philocrates cùm ei quidã dixis
set, Cur te iratę plebi nõ purgas, nondum, inquit,
opportunum. Quando igitur, cùm alium, inquit,
eũdemnatũ videro. Mansuescũt enim cum iram
in alios effuderint: quod Ergophilo cõtigit: quem,
quamuis magis in eum furerent, quàm in Calli
sthenem, quoniã tamen pridie Callisthenẽ mor
te dãnarant, facile absoluerunt. Si præterea maio
ra incõmoda passi sunt qui deliquerũt, quàm ira
ti eos affecissent. Quasi enim supplicium sumpsisse
arbitrantur. Ad hæc si intulisse ipsi putãt iniuriã,
ac ideo non iniuria vexari, non enim ex iure fac
to aut dicto ira profecisse itor. Cùm ergo immeri
to vexari arbitrantur (quod ira erat) oratione ca
stigandi sunt, quare vel ferum sic castigati minus
molestè ferũt, cùm punimur. Item si ignoratos
putant quòd propter ipsos, atque pro iis quę pas
si sunt, vt enim ex definitione patet, ira in singu
los est. Quare recte dictũ est à poeta, Vlyssem die
rbium expugnatorem, quasi non virtus, nisi & à
quo, & quamobrẽ cognouisset. Quare nec cęteris
qui non sentiunt, irascuntur nec defunctis, quasi
ea extrema passi, nec dolituri, nec cogniturí sint,
quod irati cupiũt. Quapropter probe poeta cùm
Achillis iram sedare vellet, quam in Hectorem
iam mortuum gerebat, dixit:

Surdam enim terram iratus vexas.

Iam ergo patet, si sedare iram volumus, ex his
locis ita discendum esse, vt & auditores huiusmodi faciamus: & quibus irascuntur, eos aut timendos, aut verendos, aut rogatos, aut inuitos
fecisse, aut factum dolentes ostendamus.

De

De Amicitia, & Amore, & eorum contrarijs.
Cap. IIII.

QVos autem amant, aut oderūt & propter quid amicitiam, & amare ipsum prius determinemus dicamus. Sit igitur amare, velle alicui quę bona putat, illius, non sui gratia: eorumq; actiuum esse inquantum potest. Amicus autē est qui amat, & redamatur, itaque amicos se putant qui sic se admirē habere putāt. His ita suppositis, eum qui & in bonis congratulatur. & in dolore condolet, non alia de causa nisi illius, amicum esse necesse est, omnes enim gaudent, si vt volunt fit: si contra, dolent, quare dolores ac voluptates, voluntatis signum sunt. Præterea quibus iam eadē bona ac mala sunt, & qui eisdem amici, & qui eisdem inimici: nam his eadem velle necesse est, qui vero eadem sibi ac alij vult, hæ ipsa de causa illi amicus esse videtur, amant etiā eos, qui vel benefecerunt aut ipsis, aut iis qui sibi curæ sunt: præsertim si magna, si libenter, si temporibus huiusmodi suique gratia: vel quoscunq; benefaciendi voluntatē habere opinantur. Insuper amicorū amicos, & amātes quos ipsi amant: & amatos ab iis qui à seipsis amantur, & eisdem inimicos, & eos qui oderunt quos ipsi odio habent, & inimicos inimicorū, nam his omnibus eadem esse bona & sibi videtur: quare bona ipsis volunt, quod erat amici. Ad hęc beneficos in pecunia & salute, quocirca liberales ac fortes colunt: iustos quoque, tales autē esse putant eos qui non aliunde viuunt, quales qui ab operando, horūmq; qui ab agricultura, aliorum vero opifices maxime. Modestos etiam, quoniam non intuitii. Et propterea etiam non curiosos. Et eos quibus amici esse volunt, si velle videntur: quales sunt qui

qui virtute excellūt, & clari vel apud omnes, vel apud optimos, vel apud eos quos ipsi admirantur, & in us in quibus ipsos admirantur. Præterea iucundos* in consuetudine diurna, quales sunt faciles, & neque peccata redarguentes, neque contentiosi, neq; pertinaces, omnes enim hi pugnaces sunt: pugnantes vero nō eadem, sed opposita velle videntur. Ad hęc tam illudere quàm sufferre apti, ad eadem enim vtriq; tendunt amici, cùm & illudi & illudere apte possint. Item eos qui præsentia bona laudant. & ea maxime, quæ ipsi timent amittere. Mundos quoque facie, veste, tota vita, & nō exprobrantes nec errores, nec beneficia: vtriq; enim arguēdi cupidi. Item eos qui maleficia obliniscuntur, quoniam crimina memoria non teneant, sed facile reconciliantur, nam quales erga cęteros esse putamus, tales etiam in nos futuros arbitramur. Item non maledicos, & tam alioru quàm sua mala ignorantes: sed non bona. id enim agere, boni est. Præterea nō contradicentes irascentibus, aut studiosę quicquā agentibus, pugnaces enim qui sic faciūt. Et eos qui erga nos sic affecti sunt, vt nos admirentur, virtuosōsque putent, nobisq; gaudent, ac ita maxime iis in rebus affecti sunt, in quibus magnopere volumus studiosi. admirationeq; digni, ac iucundi videri. Præterea simules, eademque profitentes, nisi turbent, & nisi eadem ex re vitę subsidia consequantur, hoc enim pacto illud fieret, Figulus figulo. Eadem etiā cupientes, si possibilia sint, simul ipsos participare, quod si non, idem Hesiodicum similiter sequitur. Hos præterea, erga quos ita se habent, vt nō vereantur, si non ea contemnant quæ ad gloriam pertinēt. Et eos apud quos ea verentur, quę ad veritatem. Et eos, apud quos iactabū-

di

disunt. Et eos, quos æmulatores sed non inuidos habere veilent, aut amatos, aut illis amici esse volent. Et quibus bona cooperantur, ne sibi ipsis maiora eueniant mala. Item eos qui absentes pariter atque præsentes diligunt, quocirca qui defunctos huiusmodi sunt, hos cuncti amant. Et vniuersaliter studiosos nimiū in amicos, neque derelinquētes, nam ex omnibus bonis, boni amici summopere diliguntur. Et eos qui nihil eis singunt, neque dissimulant, cuiusmodi sunt qui vera mala sua nobis aperiunt: dictum enim est nō veteri homines, si apud amicos, quæ ad gloriam: & ergo qui veretur, nō amat: qui nō veretur, amanti similis est. Præterea non timendos, & quibus confidimus, nullos enim amat quem metuit. Sunt autem amicitiæ species, sodalitium, familiaritas, propinquitas, & quęcunq; huiusmodi. Amicitiam vero efficiunt gratia, & si feceris non rogatus, & non significaris cum feceris, sic enim ipsius causa videris, & non ob aliud feciſſe. De inimicitia autem & odiſſe patet ex cōtrariis esse perſpicendum. Huius efficientia sunt, ira, detractio calumnia. Sed ira ex iis est quę ad seipsum pertinētium: micitia vero etiam sine illis, nam si talem esse suſpicabimur, odimus. Præterea ira semper in singulos, vt Socratem, Callian: odium vero etiā in genera, omnes namque calumniantem atque furem oderunt, & alterū tempore sanabile, alterum non. Ad hęc ira dolorem inferre cupit: odium vero affligere potius, nam qui irascitur, cognosci vult: hic vero nō curat. Sunt autē cuncta quę dolorem faciunt, sensibilia, quæ vero maxime vitiosa sunt, ea minime sunt sensibilia, veluti iniuſtitia & amentia, non enim infert dolorem præsentia vitij. Itaq; alterum cum dolore est, alterū absque dol

Inimicitia & odium. Differre inimicitia, odium ira.

dolore. dolet enim qui irascitur: qui odit, nō dolet, & ille multis modis miserebitur, hic nullo pacto, nam ille inuicem dolere ipsum vult, cui irascitur: hic vero non esse, quem odit. Ex his igitur patet, quòd sit possibile inimicos atque amicos, & cum sint ostendere, & cum nō sint facere, & cum se esse significant, dissoluere, & vel propter iram, vel propter inimicitiā *dubios, vtram in partem velis impellere. Quare autē timeant, & quę quomodòq; habentes, nunc erit manifestum.

contendentes.

De timore, & eius contrario. Cap. V.

Timor quid.

Sit ergo timor, ex imaginatione futuri mali corruptiui, aut dolorem inferentis, perturbatio quædā, aut dolor. Non enim cuncta timemus mala: vt si erit iniustus, aut tardus: sed quæcunq; vel magnos dolores vel corruptiones adducunt. Et ea quæ non longe absunt, sed prope videntur, vt iam impendeant, remota namq; nimium, non timent, omnes enim sciunt se morituros: verum quoniam non prope, idcirco non curant. Si ergo id timor est, necesse est ea terribilia timendáque esse, quæcunque ingentes videntur habere vires corrumpendi, aut ita nocendi, vt nocumentum ad ingentem tendat dolorem. Quare signa quoque istorum timenda: propeq; amque ostendūt esse quod timetur, id vero periculum est, est enim periculum, timendæ rei appropinquatio. Talia vero sunt inimicitia & ira potentium quippiam facere, nam cum non lateat velle ac posse ipsos, prope iam ad faciendum sunt. Item iniustitia vires habens, eo enim quòd velit iniustus, iniustus est. Virtus quoque si contumelijs afficitur, vires q; habeat, patet enim quòd vult, cum semper improperetur. Potest enim nūc & timor potentium quicquam facere, nam in

præpar

præparatione quoque huiusmodi homines
necesse est. At quoniam plures lucro seruimus
mendique in periculis sunt, idcirco in potestate
alterius esse timorem inferre, vt plurimū natu
est, quare conscij quempiam perperam fecisse, ti
mentur, ne aut dicant, aut deferant. Præterea po
tētes semper iniuriari, illis terribiles qui possu
iniuriis affici, homines nāque vt plurimum cu
possint, iniuriātur. Ad hæc qui passi iniuriā sunt
aut pati se putant, semper enim opportunitatem
expectāt. Qui etiam iniuriam intulerunt, si vin
habeant, terribiles, timentes ne contra referatu
quod terribile ac timendum esse suppositū est.
Et qui de eisdem certant, cùm vtrisque simul ea
dem esse nō possint, hi enim semper pugnant. Et
qui à maioribus timentur, ij etiam à minoribus
cùm possint minoribus magis quàm maioribus
obesse. Et quos maiores timent: & qui maiores
interemerunt: & qui minores quàm ipsi sunt ag
grediuntur, eadem de causa, nam aut iam terri
les, aut cùm creuerint. Præterea ex affectis ini
ria, & inimicis ac aduersariis, non qui acutæ in
sunt, atq; minaces, sed trāquilli, dissimulatores
versuti, latent enim qui propeque nūquam ti
mendū quod procul. Cuncta vero quæ timorem
inferre possint terribiliora sunt, si cùm errauer
rint, nō possint corrigi: verū aut omnino impos
sibilia sit correctio, aut non in se ipsis, sed in ad
uersarijs. Item ea in quibus auxilia non sunt, aut
nō facile sunt. Ac (vt simpliciter dicam) terribilia
timendāq; sunt, quæ eū in alios fiant, aut immi
neant, miserabilia sunt. Terribilia igitur, & quæ
timemus, hæc ferè maxima sunt. Quomodo vero
affecti timemus, nunc dicamus. Si ergo timor est
cum expectatione corruptiuæ passionis, manifestum

sum ode effecti timeamus.

est, neminem timere cum arbitretur nihil
se passurum: nec ea quæ nō putat patinec eos a
quibus nō putat patinec tunc quando nō putat. Qua
re necessariū est eos timere, qui se aliquid passu
ros arbitrantur, & ab iis, & hęc tunc. Non putant
autem quicquam posse pati, nec qui ampla in for
tuna sunt: qui idcirco contumeliatores, contem
ptores ac audaces sunt, tales vero efficiunt diui
tiæ vires, potentia, amicorum multitudo. Nec qui
iam perpessos omnia se grauia putant, quorum
spes extincta: veluti qui iam in supplicio sunt,
sed opus est salutis subesse spem, pro quo perhor
rescunt, cuius signum, & timor ad consulendum
inducit, nemo enim de re consulit, de qua nulla
spes apparet. Quare opus est, quando melius sit
auditores in timorem inducere, tales ipsos red
dere, vt credant se pati posse, cùm & alij maio
res passi similes quoque aut pati, aut passos esse
demus, & ab his a quibus non putabant. & hęc, &
tunc cùm non putabant. Ac quoniam patet quid
timor sit, & quid timendū, & quomodo se haben
tes singuli timeant, ex his etiam manifestum est
quid confidere sit, & in quibus homines confi
dant, & quo pacto fidentes affecti sunt. Vt enim
fiducia timori contrarium est, sic id quo confidi
mus, ei quod timemus. Quare spes est simul cum
imaginatione rerum salutarium, & prope adsint,
cùm terribilia vel non sint, vel longe absint. Sunt
autem in quibus confidendū est, & pericula, cùm
longe absunt: & secunda, cùm prope adsint. Cor
rectiones quoq; si sunt, & præsidia vel multa, vel
magna, vel vtrunque. Item si neq; affecerint, neq;
affecti inimici sint, si aduersarij omnino nō sint,
aut non habeant potentiam: aut si habeant, ami
ci sint, vel benemeriti de nobis, vel de quibus nos

De confidentia.

bene merenti. Item confert si plures in eisdem sunt aut meliores, aut vtrunq; Ipsi vero fidentes sunt si ita se habeat, vt multa gessisse se putent: & non peregisse, si sæpius in pericula deuenerint, & male rint Dupliciter enim impassibiles homines solent fieri, aut quòd experti non sunt, aut quod auxilium habeant, veluti in periculis marinis, qui inexperti tempestatem sunt, confidunt de portis: & qui opitulari sibi possunt, quoniam experti Præterea si non terribile paribus sit, aut minoribus, & quibus meliores se putant. Putant autem iis se meliores, quos ipsos vel eorum parentes aut etiam meliores superarunt. Si plura & maiora sibi inesse arbitrantur, quibus cum excedant timendi sunt, ea sunt pecuniæ magnitudo, eorum vires, opes regionis & amicorum, apparatus quoque bellici, aut omnes, aut maximi. Si neminem iniuris affecerunt, aut non multos, aut non tales quales metuerēt. Et vniuersaliter si pij in Deos sunt: & tam ad cætera quæ Dijs attribuuntur, bene se habeant, quàm ad omnia & omnia, nam ira eiusmodi est, vt ea considere possint, non afficere autē iniuris: sed affici, iræ effectuum est. Porrò Deus iniuria vexatis opitulari creditur. Ad hęc cum prævenientes, vel nihil passuros, vel perfecturos arbitrantur. Vnde de terribilibus, & de iis quibus confidunt, dictum est.

Qui sint fiduciæ.

De Verecundia, & Impudentia. Cap. VI.

Verecundia & impudentia.

QVę autē verecundentur, & quę non, & quo & quomodo se habentes, hinc planum erit.

Sit igitur verecundia, dolor quidam atque perturbatio ex malis au præsentibus, aut præteritis, aut futuris, quæ infamiam inferant. Impudentia vero, contemptus quidam eorum atque impassibilitas. Si ergo id verecūdia est, pro-

cesse est in iis malis erubescere, quæ vel ipsis, vel iis qui sibi curæ sunt, dedecori esse videntur: qualia sunt, quæ à vitio proficiscuntur, vt scelum admittere, aut fugere: quoniam è metu: negare depositum, quoniam ex iniustitia. Commiscri quibus non oportet, vel vbi nō oportet, vel quando non oportet: quoniam ex libidine. Præterea lucra ex parvis assequi, aut à turpibus, aut ab impotentibus, veluti à pauperibus, vel defunctis. Vnde proverbium quoque illud est: Vel mortuo auferre, quoniam ab auaritia & illiberalitate. Ad hæc nō opitulari pecunia cum possis, an minus quàm possis, & iuuari ab iis quibus minor facultas est. Et mutuo accipere, cum petere videaris, & petere cū exigere, & exigere cum petere, & laudare vt petas, nec minus his petere, & non consequi, hæc enim omnia illiberalitatis indicia sunt: præsentem autem laudare adulationis. Item si bona animis laudes, & prava delinias. Ad hæc si vehementius [illegible] condoles, cæteraque huiusmodi, cuncta etiam adulationis sunt signa. Ad hæc si labores non feras, quos aut seniores, aut qui in delicijs viuunt, aut qui maiore sunt in potestate, ac vniuersaliter imbecilliores, omnia enim mollicies hæc signa. Præterea ab alio beneficia suscipere, & sæpius quæ tu benefeceris, exprobrare, hæc enim omnia pusillanimitatis detectionisque signa sunt. De se quoque multa dicere ac polliceri, & aliena sua esse prædicare: arrogantis enim. Eodemq; modo in cæteris morum vitijs, opera, signa, comparia, turpia enim sunt, & effectiua verecundiæ. Ad hæc eorum esse honorum expertem, de quibus omnes, aut pares omnes, aut plurimi participant. Pares vero dico eiusdem gentis, ciuitatis, ætatis, propinquitatis:

Quæ verecundentur.

& vniuersaliter in æqualitate constitutos Typ
namque si non participes, veluti de disciplina, &
in tantum, si militèrq; aliis, quæ omnia maiorem
inferunt ignominiam. si eorum in causa sis, siue
præteritorum, siue præsentium, siue futurorũ. Pu-
tientes autem, aut passi, aut passuri quæ cumq;
ingominiam atque opprobria ducunt, verecun-
danturq; quæ sunt quę ad ministeria pertinent
corporis, vel operũ turpium, quæ vituperationi
pariunt: & quæ quidẽ ad libidinem pertinent, &
volentes, & inuiti, quæ vero ad vim inuiti, igno-
uiæ enim timiditatisque. sufferre ac perpeti, &
non se defendere. Quæ igitur verecũdantur, hæc
atque alia talia sunt. Verũ quoniam verecundia
imaginatio est de ignominia, & de hac sui gra-
tia, sed nõ propter euentus. nemõq; de opinione
curat, nisi propter opinantes: eos verecũdari ne-
cesse est, quos multi faciunt. Multi autem faciunt
admirantes, & quos admirantur, aut de
admirari vellent, & à quibus honorari cupiunt,
& quorum opinionem non contemnunt, neque
de se hos volunt. Mirantur autẽ eos qui aut bo-
norum honorabilium quicquam habent, aut ea-
rum rerũ domini sunt, quas ipsi vehementer ex-
piunt, vt amantes ad pares quidẽ gloriantur, pro-
dentes vero tanquam veraces magnificiũt. Qua-
les sunt senes, aut docti. Verecundantur præterea
tam quæ oculis cernunt, quàm quæ patent. Vnde
prouerbiũ quoque fertur: Verecundia est in ocu-
lis. Idcirco semper assuturos magis verecundan-
tur & obseruantes ipsos: quoniam vtriq; præ oc-
lis. Et eos qui eidem turpitudini non sunt obno-
xij, persuadent enim sibi errantes contraria illis
videri. Et eos qui non facile ignoscunt, non enim
indignamur, cũm alij ea faciunt quæ nos ipsos

Qui verecundantur.

quare

quare si non faciunt patet quòd indignamur. Et
eos qui ad multos libenter efferre solet quę per-
ceperunt, nihil enim interest inter non videri, &
non efferri. Huiusmodi autẽ sunt & iniurijs op-
pressi, quoniã obseruant: & maledici: nã si etiam
innocẽtibus, multò magis nocentibus. Et eos qui
vitã in peccatis aliorum agere videntur: quales
sunt qui omnia irridere solẽt, vt Satyrici, & Co-
mœdi, maledici enim, ac libenter efferentes. Ad
hæc, quos nihil vnquam frustra rogarunt, quasi
enim admiratione sui affectos illos putãt. Idcir-
co eos quoque qui nunc primũ aliquid rogarũt,
verecundantur: quoniam nondum quicquam ab
ipsis petierunt: quales sunt & qui modo volunt
amorem alicuius sibi conciliare, quæ enim opti-
ma sunt, perspexerũt. Ideo probe Syracusanis re-
spondit Euripides: Et veteres familiares, * si nul-
lius rei conscij sunt. Pudet igitur homines nõ di-
sparũ solummodo rerũ sed etiam signorũ: vt non
solum rem veneream agentes, verũ etiam vene-
rea signa: nec solum turpiter facientes, sed dicẽ-
tes quoque. Similiter non solum prædictos vere-
cundantur, sed eis etiam significaturos, vt seruos
atque amicos eorum. Omnino autẽ nõ pudet nec
eorum, de quibus cõmunis opinio est, quòd vere
non dicant. Vnde neminem bestiarũ puerorũm-
que pudet, nec notorum hominum nec ignoto-
rum, quamuis non in eisdem. Sed notorum in iis
quę ad veritatẽ pertinere videtur, ignotorũ ve-
ro in iis quę ad legem. Ipsi autẽ sic affecti erube-
scunt. Primum siquidem tales ad eos sunt, quales
esse diximus, quos verecundantur. Erant autẽ i),
aut quos admirantur, aut qui de seipsis admiran-
tur, aut quos vellent de se admirari, aut quorum
in re aliqua egent, quam non assequentur si erũt

** a. l. qui.*

Qui verecundantur.

infames, aut illi vel oculi videntes: sicuti Cydæ de Samiorum diuisione agrorum ad populum exit. Rogabat enim Athenienses, vt circumstantes Græcos omnes fingerent, nec quasi audituros illum, verumetiam iam videntes decretum suum. Vel si prope illi sunt, vel si sensuri sunt: Idcirco cùm in aduersa fortuna sunt, nunquam vellet ab æmulis videri: admirari enim de æmulis solent. Præterea cùm res gestas habeant quas contemnare videntur, aut suas, aut maiorum, ac aliorum quibus eum nõnulla sic ipsis necessitudo, & omnino pro quibus ipsos puderet: quales sunt, quas iam significauimus: & qui ab eis instituti sunt, quorum doctores aut consiliarij fuerunt, & qui alij huiusmodi sunt, quos sibi honorificos putant. multa enim cùm propter illos pudeat, & faciant, & non faciunt. Item cùm visum iri necesse sit, in aperto que versari, verecũdi magis propter conscientiam sunt. Hinc poëta quoque Autiphon * ad supplicii à Dionysio missus, cùm eos vidisset, qui secum morituri erant, capita velasse portas exeuntes, quid ita facitis (inquit) occultatis? anne eras quispiam horum vos videat? Ac de pudore quidem hæc. De impudentia vero patet ex contrariis esse inuestigandum.

* μήτοτε ἄμεινον ἐξιέναι σε.

De Gratia. Cap. VII.

GRatiam autẽ, quibus habent, & de quibus, & qualiter se habẽtes, si gratiã quid si definiamus, manifestũ erit. Sit igitur gratia, per quã dicuntur rogãti gratis aliquid facere nõ pro re aliqua, nec vt sibi quicquã qui faciũt subueniãt, sed vt cui faciũt. Magna vero erit, aut quia rogantes egeant nimiũ, aut quia magna & difficilia rogãt, aut quia in tẽporibus huiusmodi, aut quia solus, aut quia primus, aut quia maxime. Rogationes autem

Gratia quid.

autem appetitiones sunt harũmq; maxime, quæ sunt cũ dolore * aliter factæ, quales sunt cupiditates, vt amores, & in afflictionibus corporis, & in periculis: periclitãs enim cupit similiter & dolẽs. Quare ob res qui in paupertate ac in exilio affuerunt, etiã si parua fecerũt, tamẽ propter petitionis magnitudinem atque tempora grati fuerunt: ille qui in Lyco fiscellam dedit, oportet igitur in iis maxime fuisse habuisse, quod si non, at in æqualibus, vel maioribus. Quare si manifestum est quando, & in quibus gratia sit, & qualiter habeatibus: patet hinc esse demonstrandum alios vel esse vel fuisse in huiusmodi inopia & dolore, alios in ea inopia succurrisse, tale quid faciẽtes. Patet etiam hinc quibus locis tollere gratiam possumus, ac non gratificatos ostẽdere. Nam aut quoniam sui causã faciunt, aut fecerunt quod gratia non erat, aut quoniam forte incidit vt facerent, aut quoniam coacti fecerunt, aut quoniam reddiderunt, non desiderunt, siue scierunt, siue non, vtraque eorum modo quid pro quo, quare nec sic vlia erit gratia. Considerandum autem per prædicamẽta omnia, gratia enim est vel quia hoc, vel quia tãtum, vel tale, vel quando, vel vbi. Si ignum vero, si minus non fecit, & si inimicis, vel hæc, vel æqualia, vel maiora, patet enim nec ista nostri causã facta esse. Aut si prauæ cognouerit: nemo enim rogare de prauis fatetur. Ac de gratia quidẽ quo pacto fiat, vel non facta sit, dictum sit.

* ἀλίγων δ.

De Commiseratione. Cap. VIII.

QVæ vero miserabilia sint, & quorum misereatur, & qualiter ipsi se habentes modo dicamus. Sit ergo commiseratio dolor quidam ex apparente malo corruptiuo, ac dolorem inferente in non dignum pati, quod ipse putabit se pati,

Commiseratio quid.

Universidad de Deusto Biblioteca

Qui misereantur.

ueſtiorum aliquem idqi ſic, vt propinquum videatur. Nam enim ſi miſeraturus ſit, eũ huiuſmodi eſſe oportet, vt putare poſsit aut ſe, aut ſuorum aliquem mali quicquam habiturũ, malúmqi huiuſmodi, quale definiendo, diximus, aut idem aut ſimile. Quapropter nec omnino perditi miſerentur, nihil enim de amplius paſſuros arbitrantur, vltima iam paſſi. Nec qui ſe fœlices eſſe credunt, ſed cõtumeliantur: nam ſi omnia ſibi bona adeſſe opinentur, niſi ſe mali pati poſſe profecto exiſtimant: cùm id quoqi ex bonis ſit. Sic autem ſe habent, vt ſe poſſe pati putent, qui iã pertulerunt, ac euaſerunt. Senes etiam, tum quia prudentes ſunt, tum quia experti, & imbecilliores, ac timidiores. Docti quoque: nam recte ratiocinãtur. Præterea qui parentes habent, aut liberos, aut vxores, ſua enim hæc, & poſsibilia pati propter ea quæ dicta ſunt. Item qui non ſunt in fortitudinis affectu, vtputa in ira, vel fiducia: non enim timent hi de futuro rationem. Similiter qui in contumeliandi affectu non ſunt, nam & hi nihil ſe paſſuros arbitrãtur: ſemper ergo inter hos medii. Sed nec rurſus qui valde timent, non enim miſerentur qui perterriti ſunt, eũ perturbatione propria moueantur. Præterea qui putant probos quodã eſſe, nam qui neminem probum eſſe dicit, omnes malo dignos exiſtimauit. Ac vniuerſaliter cùm ſic ſe habet, vt poſsit taba vel recordari aut ſibi aut ſuis acciditſſe, vel timere futura ſibi, aut ſuis, qualiter igitur ſe habentes miſerentur dictum eſt. Miſerabilia vero quæ ſunt, patet ex definitione. Sunt enim quæcunque ex iis quæ dolorem inferunt, corruptiua ſunt, & quæcunqi poſſunt interimere. Similiter omnia mala, quorum fortuna eſt cauſa, ſi magnitudinem habeãt.

Miſerabilia ſunt quæ ſint

Sunt

Sunt autem corruptiua doloriſqi effectiua, mortes, verbera, corporis afflictiones, ſenectus, morbi, cibi inopia. Mala vero, quorum fortuna eſt cauſa hæc ſunt: ſi neminem habeas amicum, aut quàm pauciſſimos: quare diuelli quoque à ſociis atque amicis miſerabile eſt. Præterea turpitudo, imbecillitas, mancum eſſe, & ſi inde oriebatur bonum quippiam contigiſſe, inde malũ accidere rit, ſi ſæpius tale: & ſi cùm iam paſſus ſit, bonum quoddam collatum eſt, vt quæ Diopithi à rege miſſa ſunt, quæ ipſo iã mortuo delata ſunt. Et ſi nullum bonum contigerunt ſi contigerit, nulla eius fruitio quod adſit. Miſerabilia igitur hæc atque huiuſmodi ſunt. Miſerantur autem non tos, niſi valde propinqui atque ſui ſint, nam erga hos ſic ſe habent, quemadmodum & in ſe ipſos. Quare Amaſis quoque cùm ad mortem filius duceretur, non effudit lachrymas, vt fertur: at cùm amicum mendicare aſpexiſſet, effudit, eſt enim hoc miſerabile, illud terribile. Terribile enim aliud à miſerabili eſt, & ipſius commiſerationis expulſiuum, ac ideo aduerſario ſæpius vtile. Præterea miſeratur cùm terribile appropinquat. Similatum quoque miſeretur ſecundum ætates, & morbum ſecundum habitus, & dignitatũ ſecundum genera. In omnibus enim his ſibi quoqi futurum maxime videtur: illud enim oportet vniuerſaliter ſumere, quod quæcunque ſibi ipſis timeant, his, cùm in alios fiant, in miſeratione impelluntur. Quoniam vero afflictiones tunc miſerabiles ſunt, cùm oculis cernuntur: quæ autem mille annis antea fuerũt, vel futuræ ſunt, etiam ſi timeant, aut memoriæ habeant, vel omnino non miſerantur, vel non ſimiliter: neceſſe eſt, qui mota corporis, voce, velle, ac vniuerſim actione

Quorũ miſerentur.

Universidad de Sevilla Biblioteca

simulata talia consequuntur, eos esse miserabiles res, efficiuntur enim hi, vt ante oculos esse mala videantur, siue quasi futurum, siue quasi præteritum. Ad hæc quę nuper facta sunt aut cito futura, hęc eadem de causa miserabilia sunt signa quoque ac facta, vt vestes eorum qui pœnis sunt cæteraque huiusmodi, & verba cum iam morerentur, ac maxime si magno in his temporibus animo fuerunt. Nam hæc omnia quoniam propinquiora videntur, ac ante oculos calamitates ponunt, similque indignos fuisse ostendunt, miserationem mouent.

De Indignatione. Cap. IX.

Misserationi autem maxime id opponitur quod indignari nuncupant. Dolere namque propter res aduersas quę indigne illatæ sint alij quodammodo est oppositum, ab eisdemq; proficiscitur moribus, quod est rebus secundis indigne collatis dolere, sintque perturbationes ex bonorum ambitionem. Oportet enim condolere, cùm qui indigne vexetur, similiterque propter illos indignari: nã quod præter dignitatem fit, iniustum est. Ac ideireo Dijs quoque ipsis indignatio attribuitur. Sed inuidia etiam eodẽ misserationi opponi modo videri poterit, quasi proximum idemque sit cum indignatione. Sed aliud est nam & inuidia dolor perturbans est propter res secundas, sed non indigni, verum æqualis atque similis. Oportet autem ne quid ipsi accidat aliud, sed propter ipsum proximũ æqualiter omnibus inesse. Nam si propterea dolor atque perturbatio inest, quoniã ab alterius felicitate malũ quicquam sibi futurum sit, non erit amplius hoc indignatio, illud inuidia, sed timor. Perspicuum autem est cõtrarias ad hæc sequi affectiones.

nes. Nam qui dolet, quoniam nõ digni vexentur, is voluptate afficietur, aut certe nõ dolebit, cùm illis contrarij vexentur: veluti cùm parricidæ ac scelesti puniuntur, nemo probus dolebit: cùm oporteat eorũ gaudere supplicio. Similiter quoque si secunda ei contingunt qui dignus est, iusta enim vtraq; ac probis gaudium afferunt, cùm necesse sit vt sperent sibi quoque posse contingere, quæ similibus. Proficiscũtur igitur omnia hęc ex eadem animi constitutione: horum vero contraria ex contrariis, idem enim est qui peruersè gaudet, atq; inuidus: nam quo quispiã dolet si fiat & sit, hũc necesse est priuatione eius atq; corruptione gaudere. Quapropter omnia hæc miserationis prohibitiua sunt, quę quãuis propter expositas iam causas inter se differant, eodem tamen omnia modo ad ejciendã misserationem conferant. Primũ igitur de indignatione, quibus indignantur, & in quibus, & qualiter ipsã se habẽtes, deinde de reliquis dicamus. Patet autẽ ex dictis. Nam si indignari est dolere, quòd cuidam secũdã indigne contingãt, primo perspicuum est non esse possibile de bonis omnibus indignari, nemo enim indignatur, si iusti, si fortes, vel si omnino virtutem aliquã habeãt. Misserationes enim non sunt in horum contrariis, sed indignantur diuitiis potentijs, & huiusmodi, quibus (vt simpliciter dicam) bonis indigni sunt. Deinde si quæ secundum naturam bona sunt, habeãt veluti nobilitatem, formam, cæteraq; huiusmodi. Et quoniã vetus, aut quę secundũ naturã sunt propinquũ videtur, necessariũ est, si qui bonũ id habeãt, nuperq; adepti sint, ac ideo beati putẽtur, illis magis indignari, magis enim perturbant qui modo diuitias assequuti sunt, quam qui olim & à genere receperunt.

Quæ res sint indignatio, & quibus

runt. Similiter principes, potētes, gratiosi, bonos habentes liberos, ac huiusmodi alia. Et si propter hæc aliud quoddam bonum ipsis contingat, simul ēternam his indignantur magis qui nuper ditati sunt, cum propter diuitias principentur, quàm qui diuites ex maioribus fuerunt. Eodēmque pacto in aliis. Eius causa est, quoniā alij sua posse dere videntur, alij minime: nam quod semper sibi se habere videtur, verum esse videtur. Quamobrē non videntur illi sua possidere: ac quoniam nō quilibet vnoquoq; bono dignus est, sed proportio quædam, atque quid idoneum consideretur vt arma pulcherrima nō iusto sed forti consentanea, & excellentes nuptiæ nō nuper ditatis, sed nobilibus. Si ergo cùm probus sit, quæ congruunt, non consequitur, indigna res est: & si peior cum meliore contendat: ac maxime si in eodem. Vnde id quoque dictum est. Sed Aiacis Telamonidæ vitabat congressum: Iupiter nāque eb quòd virò cū fortiore pugnaret, indignatus est. Si vero nō, etiā si qualitercūq; peior cū meliore, veluti si musicꝰ cū iusto, nā iustitia melior quàm musica est. Quibus igitur indignentur, & quæ obres ex his adpertum est, hæc enim & huiusmodi sunt. Ipsi autem indignatiui sunt primum, si maximis digni sunt bonis, eáq; possidentes: nō enim iustum est vt non similis similia consequantur. Deinde si cùm boni sint, studiosi quoque sint, aut dicāt nāq; probe, oderūti quod iniustū est. Præterea si ambitiosi, quarūdāmq; operationū appetentes, ac maxime si in iis ambitiosi sunt, quæ & alij cū sint indigni, tamē assequuntur. Et vniuersim qui seipsos quibusdā rebus dignos putāt, quibus alios putāt indignos, illis indignātur, & horū causa. Quocirca seruiles, * praui, & honoré cōtē-

Qui indignantur.

Vlci.

nentes, indignatiui non sunt, cùm nihil huiusmodi sit, vt eo se dignos arbitrentur. Ex his patet quibus in rebus si aduersa vtuntur fortuna, & assequuntur, aut non consequuntur, gaudere, aut absque dolore esse congruit: nam ex dictis, quæ sint opposita, patet. Quare si & iudices ita oratio præparabit, & petentes vt sui misereatur, & quibus in rebus indignos quod volunt assequi ostendet, quia condigni vt nihil consequantur, impossibile erit misereri.

De Inuidia. *Cap.* X.

PAtet etiam quibus inuident, & quibus in rebus, & quomodo se habentes. Siquidem inuidia est dolor quidā, quoniā similes boni aliquid adepti videantur, nō vt quicquā sibi, sed propter illos, hi enim inuidebūt quibꝰ aut sunt quidā aut videntur similes. Similes autē dico genere, propinquitate, ætate, habitu, gloria, diuitiis. Itē si, quibus parū deest, ne omnia teneāt: quocirca maxima gerentes, & feliciter, inuidi sunt: cùm putent sua ab omnibus auferri. Et qui valde in aliqua re honorantur, ac maxime in sapientia & felicitate. Et ambitiosi magis inuidēt, quàm non ambitiosi. Et qui se sapientes videri putāt: ambitiosi namq; in sapientia. Et vniuersaliter qui ex re aliqua gloriā quærūt, de illa sunt inuidi: & pusillanimi, quonā eis magna omnia videātur. De quibus igitur inuident boni, iā dictū est. De quibuscunq; enim operibus honoré atq; gloriā quærūt, & quarū rerū gloriā cōcupiscūt, ac de quibuscunq; feliciter agunt de omnibus ferè inuidia est, præsertim si, aut appetūt ipsi, aut putāt ea se habere oportere, aut si earū rerū possessione ipsi parū superēt, vel parū deficiāt. Patet autē & quibus inuident.

Inuidia quid.

Qui inuideātur, & de quibus

Quibus homines inuideant.

simul

bitual enim dictū est. Nā qui proximi sunt tēporis loco, ætate, gloria, iis inuident, vnde illud dictum est. Propinquitas inuidere solet. Et quibuscunque de honore cōtendunt, contendunt autē quibus cū diximus, cūm iis vero qui antea mille annis fuerunt, & cum mortuis nemo contendit, nec cum iis qui apud Herculis columnas habitant, nec cum iis à quibus vel suo vel aliorum iudicio multum putāt deficere, nec cum iis quos nō parum excedere, similiter nec cum iis, & de talibus. Verum quoniam cum aduersariis & inualibus, & vniuersaliter cum iis qui eadem copiunt, contendunt, necesse est ut maxime inuidere, vnde dictum est: Figulus figulo inuidet, faberq; fabro. Et iis qui cito obtinuerūt qui aut vix, aut nequaquā cōsecuti sunt, inuidēt. Præterea ut q si possideāt

Bene rem agam aut si * perficiāt, ipsis opprobriū esse nā & hi propē similes sunt, patet enim eorum causa bonum ipsis nō cōsequuntq; res cūm dolorē inferat, inuidiam mouet. Iis etiā qui ea possident, aut habent quæ ipsos oportuit, vel quę ipsi aliquando possidebant, quapropter iunioribus seniores inuidūt. Ad hæc qui multa, iis qui pauca eadē pro re consumpserunt. Perspicuū etiam est quibus isti rebus gaudeāt & quibus hominibus, qualitērque se habentes, nam quemadmodum non habentes deleant in contrarium si sic se habeant, voluptate afficientur. Quare si & ipsi vt ita se habeant, præparentur, & qui vt sui misereantur, vel vt boni aliquid consequantur, rogant, tales sint quales iam dicti, palam est quòd non consequentur.

De Æmulatione. Cap. XI.

Æmulatio quid. QVomodo autem se habeant æmulantes, & in quibus, & quibus, hinc erit manifestum. Nam æmulatio est dolor quidam, quoniam bonis & honorabilia quæ ipse quoq; assequi posset, natura similibus ad esse videantur, nō quoniā aliis sunt, sed quoniam nō ipsi quoq;. Ideo & probum quiddam æmulatio est, & proborū: inuidia vero improborum, & improbū, alteri enim vt ad consequenda bona se præparēt, æmulatione cōcitant, alteri propter inuidiam proximis impedimēto sunt. Necesse est ergo eos esse æmulatiuos, qui se iis bonis dignos arbitrantur, quæ non habeāt, nullius autem se dignum putat impossibilibus, si fic apparēt. Idcirco iuuenes atq; magnanimi huiusmodi sunt: & qui ea bona possidēt, quibus præclari viri digni sunt, quæ sunt diuitiæ, multorum gratia, principatus, & huiusce modi, quasi enim suum sic bonos esse, quoniā hæc bona, bonorum sunt æmulātur in ipsis. Præterea i) quos cæteri dignos arbitrantur, & quorum maiores, aut cognati, aut domestici, aut gens, aut patria, præclaribi de iis æmulatiui sunt, sua enim hæc putant, & se iis esse dignos. Quòd si honorabilia bona æmulabilia sunt, necesse est virtutes huiusmodi esse, ac quæcunque aliis vtilia, & ad benefaciendum apta, benefacientes enim atque probos similiter honorant. Insuper ea bona quibus fruuntur, vt diuitiæ ac forma, magis quàm sanitas. Hinc etiam patet, qui sunt apti vt eos æmulentur, sunt enim qui hæc taliaq; possident, veluti fortitudinem, sapientiam, principatum, nam principes multis benefacere possunt, vt duces, rectores, omnesque qui talia possunt. Præterea i) quibus multi vellēt æmiles esse, aut quibus sunt noti aut amici multi, aut quos multi admirātur, aut quos ipsi. Ad hæc, quorū laudes vel à poetis vel à scriptoribus decātātur. Hos igitur æmulātur, cōtrarios vero cōtēnūt. Cōtēptus enim æmulatiōi cōtrariū est. Æmulari

Æmulatiui qui.

Quæ æmulantur.

Quibus æmulentur.

tari quoque atque contemnere cõtraria sunt. Est autem necessarium qui sic se habent, vt nõnulli æmulentur, aut ipsos alij, hos aptos esse ad eos contemnendos, qui ea mala habeant, quæ bonorum æmulabilium contraria sunt, quapropter sæpenumero contemnunt fortunatos, cùm alij honorabilibus bonis adest eis fortuna. Quibus igitur rebus affectus mouentur, & quibus disponuuntur, & vnde fit fides: dictum est. Quales vero quidam moribus, affectibus, habitibus, ætatibus ac deniq; fortunis sint, deinceps scribamus. Affectus autem dico, iram cupiditatem, cæteraq; huiusmodi de quibus iam diximus. Habitus vero, virtutes ac vitia, de quibus etiam dictum est. Et ad hæc, quæ singuli eligunt, quorúmque actui sunt. Aetates vero sunt, iuuentus, virilitas, senectus. Fortunam autem appello, nobilitatem, diuitias, potentiam, & horum contraria, & vniuersaliter secundam & aduersam fortunam.

Affectus.

Habitus.

Aetas.

Fortuna.

De moribus Iuuenum. Cap. XII.

IVuenes ergo huiusmodi morib⁹ sunt, vt appetitiui ad cupiẽdum sint, potentésq; facere quæcunque cupiant. Maxime autem ex cupiditatibus eius sequaces sunt, quę ex rebus venereis est, & in hac meõtinẽtes. Mutabiles vero sunt in cupiditatibus, citóque fastidientes. Et vehementer quidem cupiunt, cessant autẽ cito, voluntates enim acutas habent, & non magnas, veluti ægrotantium sitis aut fames. Ad hæc, ad iracundum apti sunt, & acutæ iræ, potentésq; appetitiones sequuntur autem ira, quoniam ex ambitione cõtẽni non patiuntur, sed & moleste ferũt, cũ putant iniuriã sibi fieri. Ambitiosi etiam sunt, imo contentiosi, excedere namque inuẽtus cupit: & victoria excessus quidam est. Sunt autẽ horũ duorum magis

magis quàm pecuniarum studiosi: pecuniarum studiosi minime, non enim adhuc inopię periculum fecerunt, sicut* elogiũ Pittaci in Amphiraũ continet. Nec malitiosi, sed simplices, nondum enim versutias multas inspexerũt. Creduli etiam sunt quoniã nõdũ in multis decepti.* Spei quoque bonæ, sic enim à natura percalidi iuuenes sunt, quẽadmodum qui vino pleni sunt, & simul quoniã nondum in multis aberrarũt, viuum igitur maxime spe. Spes enim futuri est, memoria vero præteriti, ac iuuenibus futurum quidẽ multum restat, præteritũ autẽ breue est, nam primo die nihil meminisse putant, sperare vero cuncta. Qua de causa vt facile quoq; decipiãtur, idonei sunt, quoniã facile sperant. Fortiores etiã quoniã facile irascuntur, & bene sperant, quorũ alterum ne timeant, alterũ vt confidant facit, nam neque cùm irascitur quispiã, timet: & cùm boni aliquid sperat, cõfidit. Præterea verecundi, nondũ enim alia esse honesta existimant, sed legibus solũ castigati. Magnanimi quoq; nam nec vnquam vita ipsos* dejecit, sed periculorum expertes sunt, & dignum se magis putare, magnanimitas est, id vero bene sperantis. In agendo autem honesta *dat.* potius eligunt quàm vtilia, moribus enim viuunt magis quã ratiocinatione, ratiocinatio autẽ vtilium est virtus vero honesti. Amicorum quoque studiosi sunt atq; sodaliũ, multo magis quàm cæteræ ætates, gaudẽt nanq; in cõuiuẽdo, nondũm que ad vtilitatẽ aliquid iudicant: quare nec amicos. Omnia etiam nimis, vehementiúsq; peccant, contra Chilonis dictũ, nimis enim agũt in omnibus, nimis amant nimis oderũt, cætera omnia similiter. Scire quoq; omnia putant, atq; affirmãt: quod etiã causa est vt omnia nimis. Iniurias etiã

ἀνάρθρως.

τὸ ἐλπικὸν ἀεί.

sperabundi.

humiliter sentire erga

Universidad de Deusto
Biblioteca

in contumeliam faciunt, non in malignitatem. Ad commiserationem quoque parati, quoniam probos ac bonos omnes arbitrantur, suæ enim simplicitate cæteros metiuntur, itaque indigna ipsos pati facile credunt. Risui etiam studentes ideirco & dicaces sunt, dicacitas enim castigata contumelia est. Iuuenum igitur mores tales sunt.

De moribus Senum. *Cap.* XIII.

SEniores autē, ac ætate proiecti horū ferē contrarios mores vt plurimū habent. Nam quoniam multos iam annos vixerunt & erruerūt in pluribus, deceptiq; fuerūt, ac insuper quoniā rerum plurimæ vitiosæ sunt neque affirmant quicquam, & multo minoris cuncta existimāt, quam oporteat. Sciūt autē nihil, sed ambigētes, semper forsan ac fortasis addunt, & sic omnia dicunt, firmiter vero nihil. Malitiosi quoq; sunt, malitia vero est in peiorem cuncta partem suspicari. Suspitiosi nanq; sunt, quoniam increduli, increduli vero, quoniā experti. Quapropter neq; amāt, neque oderunt nimiū, sed secundum Biantis præceptum, & amant vt osuri, & oderunt vt amaturi. Præterea pusillanimi sunt, * vitæq; ductu deiecti, nullum enim magnū, neque supernacaneum, sed quæ ad vitam necessaria sunt, cupiūt. Illiberales etiam sunt, quoniā substantia vnū ex necessarijs est, simulq; quoniā experti non ignorāt difficultatem quidē esse acquisitionē, tasturam vero facilē. Ad hæc timidi sunt, & ad pertimescendū cuncta parati, cōtrario enim modo quam iuuenes dispositi sunt, sunt enim frigidi: cum illi calidi sint. Vita senectus vīā timori præparauit, timor enim frigiditas quædā est. Vitæ quoq; cupidi, sunt, ac maxime in extremo die, cupiditas enim rei absentis

* *quædā vitia sint edoctis hominibus de se sentire.*

est, & eius egent, id summopere cupiūt.* Accusandi quoq; studiosi magis quàm oporteat, nam id etiam pusillanimitas quædā est. Viuūntque ad vtile, non ad honestū, magis quàm oporteat, quoniam seipsos maxime amant, vtile nanque sibi, honestum vero simpliciter bonū est. Inuerecūdi quoque magis quàm verecundi, nam quoniā nō æmulatur de honesto atque vtili curant, existimationem cōtemnunt. Malæ quoque spei sunt, tum propter experientiā, quoniam plurimę rerū vitio fit sunt, multæq; ad penis tandem deueniūt, tum propter timiditatem. Viuūntque memoria magis quàm spe, nam futurum vitæ breue sibi est, præteritum multum, spes autem futurorum est, memoria vero præteritorum. Quod causam etiam loquacitatis sibi affert.* perseuerāt enim præterita narrantes: quoniam recordantes voluptate afficiuntur. Ita vero acuta quidem est, sed infirma. Cupiditates quoq; aliæ defecerūt, aliæ infirmæ sunt, quare neq; cupidi sunt, neque secūdum cupiditates, sed secundum lucrum actiui, idcirco ad modestiam quoque apti grandes natu videntur, nam & cupiditates deserbuerūt, & ipsi lucro seruiunt. Viuūntque magis ratiocinatione, quàm moribus, nam ratiocinatio vtilitatis est, mores autem virtutis. Iniurias vero non in contumeliā, sed ad iniuriandū faciūt. Ad cōmiserationē præteres parati sunt, sed nō ea de causa qua iuuenes, nam iuuenes ex humanitate, senes autē ex imbecillitate, omnia enim impēdere sibi putant, propeque esse vt patiantur, id vero aptitudo ad cōmiserationem erat. Vnde queruli sunt, non dicaces, neq; faceti, cōtrarij enim sunt querelæ atq; facetiæ. Iuuenum igitur ac senum mores huiusmodi sunt. Quare cum omnes orationem probēt

* *quare sint a mœsti.*

* *narrant.*

quàm moribus suis accommodetur, atque eis similis sit, non latet quomodo vsus oratione tam ipse quàm oratio huiusmodi videbitur.

De moribus ætatis mediæ Cap. XIIII.

CONstãtis* vero mores ætatis inter hos versãtur, vtrorumq; fugiẽtes excessum, & neque valde confidentes, quod ferocitatis est: neq; timentes valde, sed bene se habẽtes ad vtrumq; Nec increduli omnibus sunt, sed secundũ solum modo veritatem iudicant. Nec parci, nec prodigi, sed accommodati rebus sunt. Similiter se habent quoque ac cupiditatem habent. Sũtq; modesti cum fortitudine, & fortes cum modestia. Nam hæc in iuuenibus atq; senibus diuiũcta sunt. Iuuenes enim fortes ac immodesti sunt, seniores vero modesti ac timidi. Verum (vt vniuersaliter dicam) quæcunque iuuentus atq; senectus sortitur ex vtilibus habẽt, hæc & viri habent. In quibuscunque vero illi excedunt, aut deficiunt, hæc in viris cũmode ac mediocriter sunt. Viget autem corpus quidẽ à trigesimo ætatis anno ad trigesimumquintũ: anima vero vsq; ad vnde quinquagintа. De iuuentute igitur, & senectute, ac vita ætate, quorũ morũ vnaquæq; sit, hæc dicta sunt.

De moribus Nobilium. Cap. XV.

DE moribus autem qui fortunæ bonis quadam efficiantur deinceps dicamus. Nobilitatis igitur mores sunt, vt ambitiosior fit qui nobilior est, nam omnes cùm quid adfit, ad id valent coacernare. Nobilitas vero quædam maiorum claritas est. Præterea nobiles ad contẽtionẽ dos maiorũ suorum similes parati sunt, nam ea quæ iam diu gesta sunt, honorabiliora, iustiq; dationẽmq; aptiora, quàm quæ nuper facta. Is autẽ nobile secundũ virtutẽ generis. Generosus vero

Nobile quid.

Generosus.

vero secundũ quod non recedit à natura: quod non cõtingit vt plurimũ nobilibus, sed multi humiles atq; deiecti sunt. Est autẽ etiã in virorũ generibus fertilitas quædã, sicut in agris aliquãdo: ac interdũ si genus bonũ fuerit, viri præstãtes generantur. Rursũmq; genus deiicitur,* deueniunt autẽ ingeniosa quidẽ genera in mores furiosos magis, vt qui ab Alcibiade, quisque à superiore Dionysio sunt, quieta vero in segnitiem, veluti qui à Cimone, Pericle, ac Socrate sunt.

degenerãt

De moribus Diuitum. Cap. XVI.

MOres autem qui diuitias comitantur, facile omnes perspicere possunt. Cõtumeliatores nãque sunt ac superbi, qui possessione opum perturbãtur, nam quasi omnia bona possideant, sic afficiuntur. Sunt enim quasi pretiũ aliorũ, diuitiæ, quibus eorũ dignitas æstimatur: ac ideireo cuncta videtur emi posse diuitiis. Delicati etiã sunt, sibiq; plurimũ arrogãtes, illud propter deliciας, ac felicitatis ostẽtationẽ: hoc quoniã omnes in eo versari soliti sunt, quod ipsi amant ac admirãtur: & quoniã quæ ipsi, ea cæteros quoq; putent æmulari. Nec iniuria sic affecti sunt, cũ multi sint qui habẽtũ auxilio egeant. Vnde à Simonide quoq; de diuitibus ac sapientibus ad Hieronis vxorem dictum est, cùm interrogasset vtrum melius, esse diuitem an sapientem. Sapiẽtẽ enim inquit, in diuitum ianuis video. Ad hęc quoniam digneos se arbitrãtur principatu, ea enim habent, quorum gratia dignum putant se cæteris dominari. Ac (vt in summa dicam) diuitiarum mores, amantis simul atq; felicis mores sunt. Sed inter eũ est inter locupletatorum nuper mores, & iandiu diuitum, magis enim mala omnia insunt nuper locupletatis, peioráque in ipsis sunt, nam nuper

*est veluti imperitus rerū diuitiarū ostentatus

citatus *veluti nō castigatas habet diuitias. Prauę rerea iniuriæ non ex malignitate, sed alias ex contumelia, alias ex intemperantia faciunt, veluti virgis cædere, & adulterari.

De moribus Potentium & Fortunatorum.

Cap. XVII

SImiliter autem potentiæ quoque omnes pene mores in aperto sunt partim enim eosdem habent quos diuitiæ, partim etiam meliores. Sunt enim potentes secundū mores ambitiosi, ac viri liores quàm diuites, eo q operationes eas expectant, quas ipsis propter potentiam gerere hor. Diligentes quoq; magis, nam coacti quę potentię sunt cōsiderare, in cura sunt. Honestiores et quàm morosiores, moderantur enim sibi, et propter honores coram alijs viuant, est autem honestas mollis compositáque morositas. Et iniuriātur, non in paruis sed in magnis iniuriantur. Secunda vero fortuna dictorū morum habitus secundum partes, ad hanc enim tendunt, quę secunda videntur fortuna contingere, & ad hęc proborum liberorum procreationem, corporis quoque bona secunda cōtingunt fortuna. Superbi ergo magis & minus rationales propter secundam fortunā sunt quamuis mos melior hanc fortunā vnus sequitur, sunt enim eiga Deū pij, adiuuantúrque quodāmodo ad ipsam propter bona quę sibi à fortuna præbētur, *credētes. De moribus igitur ætatum, & fortunę dictū est. Cōtrarij enim horum ex contrariis manifesta sunt, veluti pauperis, infortunati, ac impotentis mores.

*Vtilis fidentes.

Quod sint quædam omnibus generibus communia.

Cap. XVIII.

VErum quoniam probabilis orationis vis ad iudicium spectat, (nam quæ iam scimus ad

iudicauimus, nulla egent amplius oratione) ac quoniam etsi quis cùm suadeat ad vnum, oratione vtatur, vt admonentes aut hortantes faciunt, nihilominus ille vnus iudex est: Nam cui persuadendum est, is (vt simpliciter dicam) iudex est, & siue ad litigantes, siue ad causam quispiam dicat, similiter: vti nanque oratione necesse est, & contraria euertere, ad quæ tanquam in aduersarium orationem facit. Eodémque modo in demonstratiuis: nam ad spectantem quasi ad inuicem oratio componitur, ac vniuersaliter solus est vt simpliciter iudex, qui in ciuili certamine quæsita iudicat, nam & de quibus litigant, & de quibus consultant, omnia quomodo se habeant, inquiruntur. Quoniámque de ciuitatū moribus dictum iam prius est in deliberatiuo: fit vt determinatum iam sit quo pacto & quibus moratam orationē faciemus. Et quoniā alius quidem in vnoquoque orationis genere finis erat, ac de omnibus opiniones propositionesq; sumptę sunt ex quibus dehiberantes, demonstrantes, litigātes fidem faciunt, & ad hęc quoniam ex quibus moratam affectámo; orationem facere possibile sit, determinatū est: restat iam vt de cōmunibus tractemus. In oratione igitur omnibus necessarium est, vt possibili atque impossibili vtantur, aliisq; quod fuit, aliisque quod erit, conentur ostēdere. Magnitudo quoque omni orationi communis est. Omnes enim siue suadeant aut dissuadeant, siue laudent aut vituperēt, siue accusent aut defendant: amplificatione atque attenuatione vtūtur. Quibus determinatis, de enthymematibus cōmuniter atque exemplis conabimur dicere: vt quæ restant apponentes, quod ab initio intendimus, consequamur. Est autem ex communibus

amplificatio demonstratiuo accommodatissima, præteritum vero iudiciali, possibile autem & futurum deliberatiuo: vt dictum est.

De Possibili & impossibili. Cap. XIX.

PRimum igitur de possibilibus & impossibilibus dicamus. Si ergo cõtrarium vel fieri possibile sit, contrarium quoque possibile profecto esse videbitur, vt si sanari hominem possibile est, erit etiam ægrotare, ex enim cõtrariorum potentia est, quæ est cõtraria. Itẽ si simile possibile erit & dissimile. Præterea si quod difficilius est, possibile est, & quod facilius etiam. Insuper si studiosum aut pulchrũ fieri possibile, omnino quæque fieri possibile, nam difficilius est pulchrã fieri domũ, quàm domũ. Itẽ cuius principium fieri possibile, huius & finis possibilis, nihil enim eorum fit, neque incipit fieri, quæ impossibilia sunt: vt commensurabilem esse diametrum, nec fieri vnquam incipiet, nec iam fit. Et conuersim cuius finis, huius etiam principium, cuncta enim ex principio sunt. Ad hæc, si quod substantiæ posterius est, aut generatione, id fieri possibile, & prius quoque, velut si virum fieri possibile, & puerũ quoque, hoc nanque fit prius, quòd si puerum, & virum etiã: principium enim illud. Præterea quorum amor aut cupido secundum naturam est, nemo enim amat impossibilia, nec ea cupit vt plurimum. Insuper ea quorum est ars aut scientia, & esse & fieri possibile est. Item ea quorum generationis principium in iis est, quos vel cogere possumus, vel persuadere, vi vero iunt quibus aut meliores sumus, aut domini, aut amici. Ad hæc quorum partes possibiles, & totum. Et quorum totum, partes quoque vt plurimũ. nam & lacinia & manicæ, cæteræque partes fieri possunt

sunt, & vestis quoque tota, & si tota vestis, lacinia quoque atqi manicæ. Præterea si vniuersum genus ex possibilibus, species quoque fieri possibilis. Et si species, genus quoqi; vt si nauẽ fieri possibile, triremem etiã, & si triremem nauem quoque. Præterea si alterum eorũ quæ nata sunt adinuicem referri, alterum quoque, vt si duplũ, medium etiã & si mediũ, duplum quoque. Præterea si absque arte ac præparatione possibile quippiã fieri, id multo magis arte ac cura fieri possibile. Hinc apud Agathonẽ dictum est: Atqui quæ vos fortuna facitis hęc nobis arte necessitatęq; sunt. Et quod pejoribus aut minoribus aut imprudentioribus possibile id contrariis horũ multo magis, vt Socrates dixit graue esse, si quod Euthymius didicit, ipse nõ poterit inuenire. De impossibilibus autẽ palàm, quòd ex contrariis istorum sunt. Si vero factum sit, aut non, ex his considerandum primum, si quod minus fieri natum est, id factum est: & quod magis natum, id quoq; factum. Deinde si quod posterius fieri solet, factum est, & quod prius: vt si oblitus est, didicit aliquando. Præterea si & volebat, & poterat, fecit, nam omnes si possunt, cùm voluerint, agũt, nihil enim impedimento est. Si volebat etiam, & extraneorum nihil impediebat. Et si poterat, & cupiebat. Et si poterat, & delectabatur, nam quibus delectantur, ea vt plurimum si possunt, efficiunt: improbi quidem ex intemperãtia, probi vero quoniam proba desiderat. Et si facturus erat, & fecit, probabile nanque fecisse ipsum quod facturus erat. Et si facta sunt quęcunque nata sunt ante aliquid fieri, aut illius gratia: vt si coruscauit, tonuit. Et si tentauit, etiam fecit. Ad hæc si facta sunt quæcunque posterius nata sunt, vel id cuius

Quæ facilia sint audiant.

gratia fuerit prius quoque, & hoc cuius gratia ante hoc factum est, vt si tonuit, etiam corusc-
uit, & si fecit, etiam tentauit. Horum autem om-
nium alia necessaria sunt, alia vt plurimum
se habent. Ex contrariis autem illorum patet
factum nō sit. De futuro quoque manifestum
eisdem est. Nam & quod in potestate & volunta-
te est, erit: Et quod in cupiditate, ira, cogitatio-
neque est simul cum potestate. Propter hæc fer-
liter præterea si est in appetitione faciendi, v
cura, nam vt plurimum sæpius fiunt quæ cura
sunt, quàm quæ non sunt. Et si iam facta sunt qu
prius fieri nata sunt: vt si nubibus cœlum obtegi
tur, verisimile est vt pluat. Et si quod huius gra
tia factum est, verisimile vt hoc quoque fa
fundamenta iacta sunt, fiet domus.

*Quæ futu-
rum osten-
dunt.*

De Amplificatione & Attenuatione.

Cap. XX.

*In magnitu-
dine & exi-
guitate.*

DE amplificatione autem, ac attenuatione re-
rum, maioris q; atq; minoris, & omnino ma-
gnarum atq; paruarum, ex iis quæ iam dixim
manifestū. Dictum est enim in deliberatiuo &
bonorum magnitudine, & de maiore simplicite
atque minore, quare si vnoquoque casu fa
nere bonum est finis, vt puta vtile, honestum
iustum: perspicuum est horum omnibus amp
cationes esse sumēdas. Quærere vero præter hæ
quicquam de magnitudine simpliciter ac exer
su, id est verba incassum effundere, singula
enim ad vsum præstantiora vniuersalibus
Ac de possibili quidem ac impossibili, & facti
ne sit, an non, & erit, an nō erit, præterea de
plificatione & attenuatione rerū hæc dicta sint.

**magnitu-
dine ac exi-
guitate.*

De Exemplo. Cap. XXI.

RESTAT autem de fide cōmuniter dicere q
niam de propriis iam dictum est. Est autem com-
munis fides genere duplex: exemplum, & enthy-
mema, nam sententia pars enthymematis est. Pri
mum igitur de exemplo dicamus: quoniam in-
ductioni simile est, inductio autem principium.
Exemplorum ergo species duæ sunt. Altera, si res
præteritas dicis, altera si ipse fingis. Et huius
aliud similitudo, aliud apologi, sicut Aesopi, &
Libyci. Exemplum igitur tale quid est, vt si quis-
piam ducat oportere apparatū aduersus regem
fieri, qui faciat ne potiatur Aegypto. Nam si Da-
rius non prius traiecit, quàm Aegyptum cepit, &
cum cepisset, statim traiectus quoque si ceperit,
traiecit, quare nō est ipsi permittēda Aegyptus.
Similitudo vero Socratica est, vt si quis dicat non
oportere magistratus sortiri, simile namque esse
si quis athletas sortiatur, nō eos qui certare pos-
sint, sed qui forte euenerint: aut si è nautis forte
gubernatorem cōstituat. Quasi vero sorte potius
quàm scientia cōstituendus sit. Apologus talis est
Stesichori ad Phalarim, & Aesopi pro Demego-
ro. Nam Stesichorus, cùm Himeræi Phalarim
Imperatorem constituissent, custodesq; corporis
datos essent, postquam alia disseruit, apologum
eis dixit. Equus, inquit, prata solus obtinebat: quo
rum cùm cervus aduenisset, pascua deuastasset, de
vltione cerui equus hominē consuluit. Si vnà se-
cum pœnas posset ex ceruo sumere. At ille, facile,
inquit, si frænum patieris, & ego in te hastam
tenens ascendero. Accipit equus conditionem:
ascendit ad ipsum homo, ita pro vltione homini
equus seruiuit. Quamobrē & vos (inquit) cauere
ne cùm velitis hostem vlcisci, idem quod equus
patiamini, frænū iam recepistis, & imperatorem
dictatorem cōstituistis. Si vero custodiam quoq;
deder

dederitis, ac ascendere permiseritis, seruietis præfecto Phalaridi. Aesopus autē cùm in Samo prætorem quendā populi capitis accersitum descenderet, dixit vulpem, cùm fluuium transiret, in foueam decidisse, eiq; longo ibi tēpore, cùm exire non posset, afflictæ multas caninas muscas insedisse, eam transiens aspexit hericius, miserātúsque rogauit, si vellet vt ab ea caninas muscas euelleret: cúmque ipsa negasset, causam miratus quærebat, tunc illa, iam, inquit, hæ saturatæ parum sanguinis trahunt, q; si has tu excuties, famescentes venient aliæ: quæ quod mihi sanguinis restat, totum ebibent. Sic igitur, dixit, vobis quoq; viri Samij nihil iam iste locupletatus officit, si vero hūc interimetis, pauperes alij locū eius occupabunt, qui ciuitatis pecuniā facile furando consument. Huiusmodi ergo apologi ad populū maxime accommodati sunt, habēntq; hanc præstantiā, cùm difficile sit res præteritas similes inuenire, apologos facillimum est fingere, namque opus est hoc modo inuenire, vt & similitudines, modo positis quod simile est perspicere, quod Philosophiæ facile præstat. Non est igitur difficile apologos inuenire. Verum ad consultationē res gestæ multo vtiliores sunt, nam vt plurimū futura prætereitis similia sunt. Exemplis igitur, siquidē non habeas enthymemata, quasi demōstrationibus vtendum: si vero habeas, quasi testimoniis post enthymemata in perorationibus. Cùm enim præponūtur, similia inductionibus sunt inductio autē oratoriæ, præterquàm in paucis, nō est idonea. Postposita vero testimonijs assimilātur, testis autem vbique ad fidem vtilis. Præterea prçponenti multa dicere necesse est: postponenti autē vnum etiam sufficit, nam testis probus vel vnus satisfacit.

cit. Quot igitur species exemplorum sunt, & quo pacto, & quando ipsis vtendum, dictum est.

De Sententia. Cap. XXII.

DE sententiis autem adhibēdis, si quid sententia sit dixerimus facile patebit quibus de rebus, & quando, & quibus consentaneū est in oratione sententiis vti. Sententia igitur est nō de singularibus, vt qualis quidem Iphicrates sit, sed de vniuersali enuntiatio, nec de omnibus vniuersalibus, vt rectū obliquo contrariū esse, sed de quibuscunq; operationes sunt. quę ad agendum eligenda vel fugiēda sunt. Quare quomā enthymemata syllogismi de istis sunt, tam conclusiones enthymematum quàm principia, syllogismo semoto, sententię ferè sunt illud, Oportet prudentem virū non nimium in sapientia liberos erudire. ad igitur sententia est, cui si causa quamobrem accesserit, totum enthymema erit, nam ad otium quod habēt, permitiosam etiam sibi hominum inuidiam attrahunt. Et illud, Non est qui felix omnibus in rebus sit, & Nullus hominum liber est, nam aut pecuniæ, aut fortunæ seruit. Si ergò sententia est quod diximus: quatuor sentētię species esse necesse est. Nam aut cum ratione erit, aut sine ratione. Quæ igitur egēt demōstratione, cùm ratione sunt, quæcunq; vero nihil mirum continent, absq; ratione. Quarū aliæ necessario, quoniam ratione præsciantur, nō egent: vt illud: Bene valere præstantissimum hominibus est, vt nobis videtur, id enim ita iam multis videtur. Aliæ simul cùm dicantur, patent perspicient: vt illud, Nemo amator est, qui non semper amet. Earum vero quæ cum ratione sunt, aliæ pars enthymematis sunt: vt, Oportet prudentem virum esse, Aliæ enthymematicę quidem sunt, enthymematis

Sententia quid.

Sētētia ꝑ cie) quę tuer.

tis autem pars non sunt: quę maxime probantur. Huiusmodi autē sunt, in quibuscunq; causa inest, vt in illo, Iram immortalem, cùm sis mortalis, non seruas, nam quòd ira seruāda semper non sit, sententia est: adiectum vero, cùm sis mortalis, quamobrem significat, cui simile est, Mortalis mortalem, nō immortalia curare oportet. Perspicuum igitur est, quot sint sentētię species, & quibus vnaquęq; rebus accommodetur. Rebus enim ambiguis, aut nouis, & pręter opinionem accommodabitur: sed aut ratione præposita sententiæ vtemur concludendo: vt si quis dicat, Ego igitur quoniam nec inuidiosum nec otiosum esse conducit, nō oportere doceri assero, aut hoc pręposito reliqua posponemus. Quę vero etsi pręter opinionem non videantur, sunt tamen incerta; et rotundissime dicentur si quamobrem prępositis: quibus etiam Laconica dicta accommodantur, & ænigmata: vt si quis dicat, quod Stesichorus apud Locros dixit, Nō oportere contumeliatores esse, ne cicadæ humi canant. Sententias autem dicere ætate prouectis maxime congruit, & rebus inquam, quarum quis vsum habet, nam qui tantus non est, eum dedecet sententias dicere, sicuti fabulas, qui autem de iis quorum vsum non habet, iis ineptus atque indoctus est, signum huius sufficiens, quòd agrestes maxime sententiarum fictores sunt, facileq; enunciant. Vniuersaliter autem proferre quod vniuersale non est, conquestioni ac amplificationi conuenit, & in his aut cùm incipias, aut cùm iam demonstrauer is. Verū perualgatis etiam sententiis atque communibus vtendum est, si vtiles sunt. Nam quoniam cōmunes sunt, quasi omnes ita concedunt recte se habere videntur vt hortanti ad subeunda

Quibus sententia ac immodestur quamo t listatem ſarant.

da pericula, mansipato. Vna est auis optima, pro patria pugnare, cùmque pauciores sint, Martem esse cōmunem. Et ad occidendos mimicorum liberos nihil iniuriantes. Stolidus, qui cùm patrem occiderit, liberis pepercit, propterea prouerbiorū nonnullæ sentētiæ quoque sunt, & quasi testimonia, sicut, Atticus aduena. Oportet autem sententias tunc vel cōtra peruulgata dicere. Peruulgata vero dico, vt, Cognosce te ipsum. &, Nihil nimis. Cùm aut meliores poterunt mores videri, aut ex perturbatione dicetur. Ex perturbatione quidē, si quis iratus dicat falsum esse quòd oporteat sefipsum cognoscere, nam hic si seipsum cognouisset, nunquam magistratum petisset. Mores vero meliores, quòd non oporteat sic amare, vt fertur, quasi osurus sis sed potius odisse quasi amaturus. Opus est autem, vt cùm habitu voluntatē ostendas. Si vero non, ratio statim afferenda est, vt si aut hoc pacto dicas, quòd amare oporteat nō vt fertur, sed quasi semper amatorum, insidiatoris enim illud est. Aut sic: Non enim probatur mihi quod fertur, nam amicum verū sic oportet amare, quasi semper amaturus sis. Sed neque illud, Nihil nimis: cum oporteat nimis odisse saltem improbos. Afferunt autem orationi vires magnas sententiæ, partim quia maxime per eas auditores capiuntur, gaudent enim si quis vniuersaliter dicens, in eas opiniones forte deueniat, quas ille particulariter habent. Quod autē dico, hinc erit manifestū, & simul quo pacto ipsas vesani cōueniat, nam sententia, vt dictū est, vniuersalis enuntiatio est. Gaudent autē cum id vniuersaliter dicitur, quod particulariter ipsi opinantur: vel si quis vicinos aut liberos prauos habeat, grati profecto illud sibi videbitur, Nihil vicino

molest

molestius: vel, Nihil procreatione liberorum cultius. Quare coniectura primũ sequendum est quòd præopinentur: deinde in vniuersum de quo dicendum. Hic igitur vnus sententiæ vsus est. Alter, & melior, quòd moratam facit orationẽ. Acta enim oratio est, qua dicentis voluntas apparet, quod omnis sententia ideo facit, quoniam quid eam dicit, vniuersaliter de eligibilibus enuntiat. Quare si sententiæ probę sunt, faciũt, vt probus qui dicit morũ videatur. Verum de sententia & quid est, & quot eius species, & quando his vtendum, quámq; vtilitatem afferat, hæc dicta sint.

De Enthymemate. Cap. XXIII.

NVnc vero de enthymematibus primum vniuersaliter quo pacto quærendũ sit dicamus deinde locos exponemus, alia enim vtriusq; horum species est. Quòd igitur enthymema syllogismus quidam sit, dictum est prius, & quemodo syllogismus, & in quo à dialecticis differat. Non enim de lõge, nec omnia sumentẽ oportet colligere, nam alterũ propter prolixitate obscuritatem est: alterũ quoniã manifesta dicũtur, nugationem. Et hæc causa est vt apud vulgus probabilium indocti sint: velati etiã poętę siũt, cũcinnius rem des in vulgo dicere, cõmunia enim asserũt atq; vniuersalia, illi vero ex quibus sciunt, & prona. Non ergo ex omnibus quæ videntur, dicendum. sed ex certis aut ipsis iudicibus aut iis quos multi faciunt, idque quoniã sic aut omnibus aut plurimis perspicuum esse videatur. Nec solum ex necessarijs colligendum, sed etiam ex iis quæ vt plurimum sunt. Primũ ergo id nobis sumendum est, quòd de quo generetur, dicere atque ratiocinari oportet, siue syllogismo ciuili, siue quocunq; alio necessarium est, quæ in eo sunt vel cuiusq;

vel saltem aliqua tenere, nam si nihil habet, vnde colligas nõ habebis. Quo enim pacto, bellandũmne sit an non, Athenienſibus suadere poteris, nisi quæ sint ipsorum copiæ teneas, vtrum nauales, an pedestres; an vtrunque, & quantę: vectigalia etiam quæ sint, aut socij, aut hostes, & ad hęc quæ bella gesserũt, & quomodo, cęteraq; huiusmodi? Laudare quoque quomodo poteris, nisi habeas naualem apud Salamina pugnam, & prœlium apud Marathona, vel quæ pro Herculis nepotibus gesta sunt, vel alia huiusmodi? Omnes enim ex iis bonis quę alicui adsunt, vel adesse videntur, laudant, similiter etiã vituperant ex cõtrarijs, perspiciẽtes si quid tale in ipsis est, aut esse videatur, vtputa, quoniã Græcos in seruitutẽ redegerunt, & Æginetas & Potideatas, qui cum eis aduersus Barbarũ pugnarunt, præclareq; se gesserunt, sibi subiecerũt, & si quid huiusmodi erratũ in ipsis est. Eodẽmodo accusantes quoque ac defendentes, ex iis quæ sunt & accusant, & defendunt. Nihil autẽ differt de Athenienſibus, aut de Lacedæmonijs, & vel de homine vel de Deo idipsum agere. Nam si Achilli suaderes, aut si eum laudares, vel vituperares vel defenderes, quæ sunt aut quæ videtur esse sumeres, vt ex eis diceres laudans aut vituperans, si quid honestum aut turpe sibi gestum est: accusans vero aut defendẽs, si quid iustum aut iniustum: suadens autem, si quid vtile inesse aut noxium. Similiter iis de quaeunq; re alia, vt de iustitia, vtrum bonũ an non, ex his quę in iustitia sunt, aut in bono, verũ quoniam & ita omnes ostendere videmus, siue recte siue minus recte syllogismo vtantur: nõ enim ex omnibus, sed ex iis quæ in vnoquoque sunt sumunt: & ratione perspicuum, quòd impossibile sit

aliter demõstrare. Patet igitur necessarium esse, sicut in Topicis primũ, vt electa de possibilibus atque oportunissimis circa vnumquodque habeantur, vt proxime facta eodem pacto quæramus, respiciẽtes non in indefinita, sed in ea quæ in illis sunt, de quibus habetur oratio: vt præterea plurima & proxima rebus circunscribenda sint. Nam quãto plura eorum quæ in re sunt tenemus, tanto facilius demonstrabis. Et quanto propriora, tanto propria magis, ac minus communia. Communia verò dicemus, vt si Achillem laudes, quoniam homo, quoniam semideus, quoniam ad Troiano traiecit, hæc enim aliis multis insunt. quare non Achillem magis quàm Diomedem laudas. Propria verò, quæ nemini præter quàm Achilli contingerũt, vt quoniã Hectora, qui Troianorũ erat fortissimus, interfecit, & Cygnum, qui cùm esset innumerabilis, omnes ne desecrederet inhibebat. & quoniam adolescens, nec inuocatus ad bellum militauit, cæteraq; huiusmodi. Vtile igitur eligendus modus: primúsque is locus est. Nunc vero enthymematũ elementa dicamus, quæ co. Sed prius de iis dicemus, de quib⁹ necesse est prius dicere. Sunt enim enthymematum species duæ. Nam quædã sit, vel non sit, approbationes sunt: quædam ἀναγκαῖα Græcè appellantur, Latine dicere possumus redarguendi potestatem habentia, differũt: sicut in dialecticis syllogismus & elenchus. Est autem approbationum quidem enthymema, cùm ex concessis colligitur. Elenthicum verò, cùm repugnantia colligunt. Ferè igitur nobis in vnoquoq; genere vtilia necessario loci dicti sunt. Quare quibus enthymemata ex locis eliciẽda sunt, de bono aut

Enthymematis species duæ.

honesto, aut turpi, iusto aut iniusto, de ꝓprijs etiam affectibus, eodem modo sumpti sunt nobis iam prius loci. ex quibus. Verum nunc alio modo de omnibus communiter sumamus, atque dicamus qui approbatiui, quíq; elẽctici sunt, annotantes eos etiam qui sunt apparentium enthymematum, quæ tamen non sunt enthymemata, quoniam nec syllogismi, quibus explicatis, de obiectionibus solutionibúsq; dicemus, vnde enthymemata elicienda sunt.

De locis Enthymematum. Cap XXIIII.

VNos igitur approbatiuorum locus ex contrarijs est. Nam inspicere oportet si contrario contrarium confirmanti quidẽ ineſt, confutanti autem si non ineſt: vt temperantiam bonum esse, quoniam intemperantia malum: vt in Messenaca, nam si bellum horum malorum causa est, per pacem hæc emendabimus. Item quòd si non iis qui iniuriã obtulerunt, irasci par est: nec iis qui cuasi profiterunt, gratia est habenda. Item quòd si multa etsi hominibus credibilia sint, falsa tamen sunt: contrarium quoque credendum est, multa quamis mortalibus incredibilia sint, vera tamen esse. Alius ex similibus casibus. Similiter namque esse & non esse oportet: vtũ dicas non esse id bene esse: nunc vero iniuste mori, nõ est appetibile. Alius ex iis quæ adinuicem: nam si alteri iuste ac bene agere ineſt, alteri pati inerit, & si imperasse, et ã fecisse: vt de publicanis Dionedon Publicanorũ princeps. Nam si vobis locare turpe nõ est, nec nobis cõducere. Nam si qui passus est, iuste ac bene id passus est: ergo & qui fecit, & si qui fecit, ergo & qui passus est. Sed potest in hoc cauillatio fieri. Nam si iniuste occisus est

Locus ex contrarijs.

Ex similibus.

Ex iis quæ ad inuicem, conductis & segregatis.

Universidad de Deusto Biblioteca

iuste passus sed forte non abs te. Quare seorsum perspiciendum si pati dignus fuit qui passus est, & facere qui fecit, deinde vtendum quomodocunq; congruit, nam interdū id dissonat, nihilo prohibet: veluti & Alemæoni apud Theodectem. Matrem vero tuam nemo mortalium oderat. At autem respondens. Sed distinguentes considerare oportet. Interrogante vero Alphesiboea cur iam quidem morte dignam iudicarunt, se vero iniuria interfeciſſe. Et veluti iudicium de Demosthene, & eorum qui Nicanora interemerūt. nam quoniā iure interfeciſſe iudicati sunt, iure ex- iudicatus est. Et vt de interfecto Thebis, de quo iudiciū fieri volebat, si occidi dignus erat, quæ

Ex eo q magis & minus.

non sit contra ius eum occidere, qui iure ex- est. Alius ex eo quod magis & minus, vt ne Di- quidē omnes sciunt, quoniā pacto homines enim est, si cui magis inesse deberet nō inesset, cui minus. Illud vero, vicinos ab eo verberari, quo vel pater ipse, ex eo quod si minus est, & non iust est, vtrunq; ostēdere opus fit, siue quod sit, ne quod nō. Præterea si neque magis, neque minus. Vnde dictū est. tuus pater cū liberos amiserit, miserabilis est. Oeneus vero non est, qui filium amisit totius Græciq; præclarissimū? Et si Thesei iniuriatus nō est, neque Alexander, & si nec Tyndaridæ, nec Alexander; & Patroclum Hectore, & Achillem Alexander, & si cæteri artifices præstantes non sunt, nec Philosophi. Et si duces præstantes sunt, quia sæpe superātur, nec sophistæ. Et si oportet priuatos existimationis vestræ curā habere, & vos Græcorum existimationis. Alius à tempore

Ex tempore.

rationis consideratione, vt Iphicrates pro Harmodio. Et si statuam petenti antequam faceret dedistis, nunc cùm fecerit, non dabitis? Num igitur accepturi quidem pollicemini: cùm vero accepe-

ritis, tunc aufertis? Et rursus ad illud, an Thebani Philippum in Atticam patientur pertransire, si antequam auxilium eis aduersus Phocenses tuleris, petiisset, spōnderēt profecto. Incredibile igitur, si quia prodidit ac credidit, idcirco transitū ei esse negaturos. Alius ex iis quæ quispiam di- *Ex diſſi-*
xit, in seipsum reiectis. Sed modus differt, vt Iphicrates in Teucro aduersus Aristophōta fecit, *ab aliquo in ſe retorta.*
nam cum Aristophon, si proderet naues pecunia, rogatus, negasset, intulit deinde: Tu qui Aristophon es, non prodidisses: ego vero, qui sum Iphicrates, prodidissem? Oportet autem vt magis ille facturus videatur, nam aliter ridiculum videbitur: vt si aduersus Aristidem accusantem id quispiam dixerit. Verum ad detrahendum accusatori fidem, omnino enim accusator defensore melior esse vult. Ad id igitur vniuersaliter reprobandum is locus est, quòd alius quispiam facere reprehendat quæ ipse vel non facit, vel non faceret: aut facere hortetur quæ vel non facit ipse, vel non faceret. Alius ex definitione, vt si dicas, *Ex deſini-*
dæmonium nihil est aliud, nisi Deus, aut Dei opus; atqui si quis putat Dei opus esse, huc putare necesse est Deos quoque esse, & sicut Iphicrates dixit generosissimum eum esse, qui optimus est, nihil enim Harmodio & Aristogitoni generosius erat, antequam geperose gesserant. Et quod propinquior ipse, nam gesta mea Harmodij atque Aristogitonis gestis propinquiora sunt, quàm tua. Et vt in Alexandro, omnes profecto concederemus non vnius fruitionem corporis impudentes cupere. Id etiam quod Socrates dixit, nolle ad Archelaum proficisci, turpe nanque similiter esse, si beneficio affectus non posſis re-

ferre, quemadmodum si maleficio, omnes enim isti cùm definierint, acceperintque quid sit, tum de quo dicant, ratiocinantur. Alius ex eo quod multipliciter: vt in Topicis de eo quod recte. Alius ex partitione, vtputa si omnes triù causa iurant, aut huius, aut illius, aut illius rei gratia & propter hæc quidè impossibile, propter tertia autem neque ipsi dicant. Alius ex inductione, vt ex Peparethia, quòd mulieres vbique de liberis vere discernũt. Nam tum Athenis Mantiæ oratori ambigenti de filio mater asseruit: tum Thebis Ismenia & Stilbone ambigẽtibus. Ismeniæ filium esse Dodonis confirmauit, ac idcirco Thebanum eum Ismeniæ filium putarunt. Rursus ex Theodectis lege. Qui de alienis equis paruam curam habuerunt, iis suos non tradunt, neque is qui res alienas exerterunt, aliquis tradit suas. Si ergo id ita in omnibus sit, is etiam qui aliorum filiorum neglexerunt, in custodiam sui vtendum non est. Et vt Alcidamas: Omnes, inquit, quomodocunque sapientes honorant. Nam Parij Archilochum, quanquã * eos vituperasset, honorarunt. Et Chij Homerum, quanquam eius suus non esset. Et Mitylenæi Sappho, quamuis fœmina fuerit. Et Lacedæmonij, quanquàm minime Philosophorum studiosi sunt, Chilonẽ tamen è * senibus fecerunt. Itali quoque Pythagoram. Lampacenos vero Anaxagoram, & si peregrinus esset, magnifice tamen sepelierunt, & ad hunc vsque diẽ venerantur. Athenienses etiam quousque Solonis legibus vtebantur: beati fuerunt, & Lacedæmonij Lycurgi legibus vsi. Thebis quoque qui præfuerunt, Philosophi erant, & ciuitas erat in felicitate. Alius ex iudicato, aut eodem, aut simili, aut cõtrario, præsertim si omnes & semper, aut si

x eo quod multipliciter.

x partitione.

x inductione.

Maledictum

Senatoribus.

x iudicato.

tem plurimi, aut sapientes, & ij vel omnes, vel clariores, aut etiam si ipsi iudices. vel qui ipsi grati sunt, vel ij aduersus quos iudicare turpe sit, vt domini: vel aduersus quos iudicare turpe sit, vt dij, pater, doctor: veluti Autocles dixit in Mixidemidam: Si furiis, quæ sunt Deæ, sufficit pœnas in Areopago dare, Mixidemidæ vero minime. Aut sicuti Sappho, Malum esse mortem. Dij nanque, nisi sic iudicassent, morerentur. Aut sicut Aristippus ad Platonem acerbius, vt putabat: Atqui scitalis noster, inquit, nihil tale, de Socrate dicis. Hegesippus quoque oraculo prius in Olympo vius, Delphis postea quærebat ab Apolline, si quæ patri, tradè quoque sibi videantur, quasi turpe sit contradicere. Isocrates etiam de Helena scribit pulcherrimam fuisse: siquidem Theseus ita iudicauit. Et de Alexandro, quem Dij præposuerunt. Euagoram quoque virtute præclarũ fuisse; quòd Conon cùm in calamitatem incidisset, relictis cæteris, Euagoram solum petiit. Alius à partibus, sicut in Topicis, qualis nã motus animæ hæc, aut illa. Exemplũmq; hoc sit ex Socrate Theodectis, Quod ille sacrũ non pie coluit? quos Deos despexit, quos ciuitas deos esse arbitretur? Alius quoniã in pluribus accidat vt bonum quid aut malũ inde cõsequatur, à cõsequentibus, suadere vel dissuadere, accusare vel defendere, laudare vel vituperare, vt eruditionem inuidia malum consequitur, sapientia bonũ. Quare nõ oportet eruditi, ne habeamus inuidos, aut oportet sapientem eam esse oportet. Hic locus totum Calippi artificium est, si possibile, cæteráq; vt dictũ est, addideris. Alius, cum de duobus oppositis suadendum vel dissuadendum sit, hoc modo de vtrisque dicere, quomodo exposuimus. Differt au-

à partibus.

Ab oppositu.

rem, quoniam ibi quæ forte oblata sunt, oppo-
nuntur, hic vero contraria. Vt sacerdos quædam
filium vetabat ad populum orationem habere:
nam si iniusta suades (inquit) dij: si vero iusta,
homines te odio habebunt. Imò vero habenda
est ad populum oratio. nam si iniusta homines,
sin vero iusta dicam, Dij me amabunt. Hoc au-
tem idem est illi proverbio quo fertur oleum ac
salem emi oportere. Et commutatio quidem est,
cùm ad vtrumque duorum contrariorum bonum
ac malum consequantur, alterum alteri contra-
rium. Alius, quoniam non eadem occulte atque
aperte laudãt, sed aperte quidem quæ iusta sunt
atque honesta maxime, occulte autem maluos
quæ conferunt danda opera, vt ex his alterũ col-
ligatur. nam hic locus, eorum quę præter opi-
nem sunt, principalissimus est. Alius quoniam ita
ex proportione conueniat: vt Iphicrates cum ex-
sores filium eius puerum adhuc ætate, quoniam
statura longus erat, ciuitatis onera ferre cogeret,
si longos ex pueris inquit, viros putabunt, breues
ex viris pueros esse profecto censebunt. Et Thra-
dextes in lege, cũ * tributa pendentes, veluti Stro-
baca & Charidemum, propter prohibitarem ciues
faciatis, non expelletis eos ex ciuitate, qui in mer-
cenarijs nefanda commiserunt? Alius à conse-
quenti si idem sit, quod & à quibus consequitur,
eadem sint. vt Xenophanes dicebat similiter eos
impios esse, qui Deos asserant factos, quemadmo-
dum eos qui morituros affirmant, cùm vtrinque
accidat Deos aliquando non esse, omnino autem
quod ex vtroque accidit, quasi semper idem ex-
piatur. Indicaturi autem estis, nõ de Socrate, sed
de professione, an philosophandum sit. Et quod
dare terram, & aquam, id seruire sit. Et commu-

Ex duplici consensu.

Ex proportione.

Mercenarius meretrix.

A consequenti.

nis esse participem pacis, id est iussa facere. Su-
mendum autem alterutrum quod accommoda-
tius est. Alius ex eo quod non idem ab eisdem
semper eligitur, sed oppositũ prius aut posterius,
veluti hoc enthymema. Si exulantes pugnaba-
mus, vt reduceremur: reducti sponte exulabimus,
ne pugnemus? Aliquãdo enim pugnare, vt domi
essent eligebant: aliquando non esse domi, ne pu-
gnarent. Alius si cuius gratia id factum non sit,
huius gratia esse, aut factum fuisse dicere, vt si
quis afferat cuipiam aliquid, vt cùm abstulerit
doleat. Vnde illud dictum est: Multis non ex be-
nevolentia Deus ingentes præstat prosperitates,
verum vt nobiliores suæ fiant calamitates. Et il-
lud Antiphontis ex Meleagro: Non vt feram oc-
iderẽt, sed vt de virtute testes Meleagro ad Græ-
ciam essent vniuersam. Et Theodectis ex Aiace,
quòd Diomedes non vt honoraret elegit Vlys-
sem, sed vt minor esset, ac sequeretur. possibile
namque est huius gratia fecisse. Alius litigantibus
& suadentibus communis, vt suasoria & dissua-
soria consideres, & ea quorum gratia vel agunt,
vel fugiũt, hæc enim sunt quę si insunt, agendum
est: vt puta si possibile, si vtile, si facile aut sibi, aut
amicis, vel si nocuum damnique illatium inimi-
cis, aut si iactura minor est emolumento, ex his
enim suadent, ex contrariis autem dissuadent. ex
his etiam ipsis & accusant & defendunt: & defen-
dunt quidẽ ex dissuasoriis, accusant vero ex sua-
soriis. Est autem hic locus Pamphili atque Ca-
lippi ars vniuersa. Alius ex iis quæ fieri quidem
videntur, incredibilia vero sunt, quoniam non
crederentur, nisi aut essent, aut prope essent, &
quam maxime, nam aut quæ sunt, aut quæ proba-
bilia sunt, creduntur. Si ergo credibilia, & non pro-

Ex electione non eundem semper.

A causa non vera.

Ex suasoriis & dissuasoriis.

Ex iis quæ sunt, at incredibilia sunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

habilia, vera profecto sunt, non enim quoniam probabilia, ideo credibilia sic videntur. Vt Androcli Pytheo leges reprehendenti exhibuerunt quoniam dixit lege opus esse legibus, quæ ipsæ corrigat nam & sale piscibus, nō enim probabile nec credibile videtur, eum in mari enutriantum salis egere, oliuaceis quoque oleo: quamuis non credibile oleo ea agere, ex quibus oleum gignitur. Alius elencticus, quo repugnantia confiderantur, partim in aduersario, si quid tempore, factis, oratione repugnat, hoc pacto: Deinde dicit vos amare, qui cum triginta viris coniurauit? Partim in seipso, sic: Deinde litigiosum me ait, literas vero vllam me vnquam suscepisse non potest ostendere. Partim & in seipso & in aduersario, hoc modo: Et ille quidem nihil vnquam mutuo dedit: ego autem pro multis etiam vestrum solui. Alius cùm res aut homines suspecti sunt, vel videantur causam eius afferre, quod suspitionem facit, est enim aliquid, quare ita videtur. Vt cum reprehenderetur quædam de filio, nam quoniam osculabatur adolescentem impudica esse videbatur, causa dicta soluit suspicionem. Et vt in Aiace apud Theodectē aduersus Aiacem Vlysses dixit quòd cùm sit Aiace fortior, tamen non videatur. Alius à causa si est quod sit, si non est quod non sit, simul enim causa, & id cuius causa, & abiqua causa nihil est. vt Leodamas se defendens accusante Thrasybulo dixit, quòd in arce quidem constitutus esset, sed erumpere triginta virorum tempore mutile fuisset, sibi enim magis propter odium in plebem suscepturn triginta viri crederent. Alius cōsiderare si possibile erat, aut est necne, quod suadet, aut facit, aut fecit. perspicuum nanq; si sic se habent, quod non facit eum necesse

Elenchicus De repugnantibus.

Ex eluenda suspitione.

A causa ad id cuius causa.

Ex malori

volens ac sciens mala eligat. Quod quidem falsum nonnunquam est, nam sæpe manifestatur postea melius aliter fuisse, quod prius nō erat manifestum. Alius, considerare si quid factit contrarium facturi sint, vt Xenophanes lugentibus Eleatis, ac rogantibus an Matutæ sacrificarent, suadebat, si Deam putabant, ne ingerent: sin hominem, ne ipsi sacrificarēt. Alius à perperam factis accusare vel defendere, vt in Medea Caremi, hi quidē accusant, quòd filios Medea interemerit, quo nisi non apparent errauit enim Medea * emisso filiorū. hæc autē se defendit, quòd non filios sed Iasonē * interfecerit, id nanque nisi fecisset, peccasset, siquidē & alterum fecisset. Hic autem locus ac enthymematis species tota Theodori prior ars est. Alius à nomine, vt Sophocles, aperte * Sidero nomēq; ipsum ferens. Et vt in Deorū consuetudine laudibus dicere. Et vt Conō Thrasybulum appellabat. Herodicus quoq; in Thrasymachū dicit. Semper tu Thrasymachus es. Et in Polum: Semper Polus es. Et de Draconе legumlatore, quòd leges illæ non hominis essent, sed Draconis, erant enim durę. Et apud Euripidē Hecubam in Venerem: Nomen quoq; tibi recte inditū, hæc enim es audentię præfecta. Et Chæremō Pētheus à futura calamitate appellatus. Laudantur autē ex enthymematibus elenctica magis quàm demonstratiua. Nam & breuis contrariorū collectio est enthymema elencticū, & auditori quæ inter se conferuntur, lucidiora sunt. Ex omnibus vero enthymematibus tam ad demonstrandum quàm ad redarguendum accommodatis, ea maxime plaudunt, quæ & acuta sunt, & audientes statim cùm incœperis percipiunt, ipsi enim secum gaudent quòd præuiderint, & quæ ita consequuntur,

Ex contrariis factis.

A perperā factis.

* *in emandandis filiis.*

* *interfectura iniuste.*

A nomine.

* *mulier ferret uenenum.*

Enthymemata quæ maxime laudata.

sequuntur, vt non nisi postea quàm dicta sunt intelligantur.

De apparentium Enthymematum locis.

CAP. XXV.

VErum quoniam possibile est aliũ esse syllogisimum, alium non esse, sed videri: necesse est vt enthymema quoque, aliud enthymema sit aliud non sit, sed videatur: siquidem enthymema syllogismus quidam est. loci autem enthymematum quæ non sunt, sed videntur, hi sunt. Primus

Pœnes dictionis figuram.

pœnes dictionẽ, & huius quidem vna pars, vt in dialecticis, est, cùm non ratiocinatus conclusionem tandem infert Non est, hoc, & hoc est ergo necesse hoc, atque hoc esse. nam quod in enthymematibus conuolutum atq; per oppositum dictum est, id videtur enthymema. dictio enim huiusmodi capax enthymematis est, videturque esse pœnes figuram dictionis. Est autem vtile ad dicendum dictione syllogistica multorum syllogismorum capita dicere, hoc pacto: Qui illos seruauit, seruat

** aliorum seruatus vltus est.*

* qui nostros vltus est, qui Græcos liberauit. quorũ, vnumquodque ex alis demonstratum est, sed simul collecta aliquid facere videtur. Alter vero pœnes æquiuocationẽ, vt si μὴς laudandus diceretur, quoniam mysteria inde dicantur, quæ sacrorum omnium maxime sunt venerabilia, vel initium optimum esse, vnde initiati appellantur. Aut si quis cum canem laudet, de cœlestibus simul dicat. aut de Pane: quoniam Pindarus ait, ô felix quoniam magnum Dei canem atque virum cœlestes appellant. Aut si nullũ esse canem decori est, canem esse dedecori est. Et si dicat Mercurium omnium Deorũ esse liberalissimum, cùm solus communis Mercurius vocitetur. Ex ea existimatione optimum esse dicas, quia vir bo-

Pœnes æquiuocationem.

bi non pecunia digni, sed existimatione digni sunt. nam existimatione digni sunt, nam existimatione digunm non simpliciter dicitur. Alius si quæ seiuncta sunt, coniunctim: aut quæ coniuncta, seiunctim dicis, nam quoniam idem esse videntur, cùm sæpe idem non sit: vtrum vtilis, id sæpenumero est. Est autem hæc Euthydemi præceptio vt scire quia triremis in Pyræo sit, quilibet enim id nouit. Et quòd qui elementa scit, carmen quoque sciat, idem enim est. Et quoniam si duplum valetudinarium nec simplex salubre, nam si duo bona sunt, quomodo eorum alterum malum? Quod ita dictum elencticũ est, sic vero demonstratiuum. Non enim possibile est duo esse bona, quorum vnum malum sit, omnino autem hic locus exuilatorius est. Rursum quod in Thracia filiolam Polycrates dixit, quod triginta tyrannos depositi, coniungit enim. Vel quod in Oreste Theodectis est ex seiunctione, iustum, eam quæ maritum occiderit, mori: & patris vltionem à filio fieri par est, ergo hæc facta sunt: quæ si coniunxeris, non forte amplius iustum, id autẽ etiam ex defectu esse potest, nõ enim dixit à quo. Alius amplificatione cõfirmare aut refutare. Quod si, si antequã demonstraueris quod feceris, rẽ amplifices, efficit enim vt videatur, vel quod nõ fecerit, quando qui causam dicit, amplificat: vel quod fecerit, quando accusator indignatur. Quare enthymema non est, falso enim colligit auditor factum ab eo esse, aut non esse, cum demonstratum non sit. Alius ex signo. nam id nihil colligit. Vt si quis dicit amores cuitatibus conducere, nam Harmodij & Aristogitonis amores Hipparchi destruxerunt tyrannidem. Aut ficturatur Dionysius, prauus enim est, nihil enim colligit, cum

Ex eiusdem & seiunctis.

Ex amplificatione.

Ex signo.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ex accidentis.

cum non sit omnis prauus fur, sed omnis fur prauus. Alius per accidens, sicuti Polycrates de maritimis dicit quòd auxilium tulissent arcuum claudas rodentes. Aut si quis dicat optimum esse in cœnam vocari, nam Achilles cum apud Troiam vocatus non esset, fuit iratus Achiuis. Constat autem illum quasi neglectum concitatum fuisse: quod inde accidit, quòd vocatus non fuit. Alius pœnes consequens, hoc pacto Alexander magnanimus fuit, despexit enim multorum consuetudinem, & apud Idam secum conuersatur, nam quia tales magnanimi sunt, magnanimus etiam is videbitur. Itē exornat se debeant, noctuque circumerrat: adulter ergo. His similiter quòd in templis inopes & cantant, & saltant, & quod exulibus licet, vbicunque volunt habitare, nam cùm iis qui fœlices esse videtur, hæc adsunt, & ij quibus adsunt, fœlices putabūtur. Sed in hoc differunt, quapropter etiam in defectum incidunt. Alius pœnes nō causam vt causam, hæc post hoc. Quia simul aut post hoc factum est, cuppiens enim post hoc, quam propter hoc, & maxime qui rempub. gerunt, vt Demades Demosthenis administrationem omnium malorum causam esse dicebat, quoniam post illam bellum euenerit. Alius pœnes defectū ens, quod est quando, & quomodo, hoc pacto. Non iniuria Helenam abstulit Alexander, Optione Helenæ data est à patre non enim semper, sed semel, ad hoc enim vsq; in potestate patris erat. Vel sic, Ingēs cōtumelia est liberos homines pulsare, non enim omnino, sed cùm non inceperint, manus inferre. At hæc, sicut in contentiosis pœnes simpliciter, & non simpliciter, sed quoddam sit apparens syllogismus. Vt in dialecticis, quòd non ens, ens est: nam non ens

Pœnes consequens.

Pœnes nō causam vt causam.

Ex defectu ipsius quādo & quomodo.

Pœnes simpliciter & non simpliciter.

ens, est non ens. Sit quòd scitur ignotum, scitur enim ignotum quòd ignotum sit. Sic etiam in rhetoricis apparens est enthymema pœnes probabile, nō simpliciter, sed probabile quoddam. Id vero est non vniuersaliter, vt Agathon quoque dicit: Fortè quis illud probabile putet, multa mortalibus esse non probabilia, sit enim hoc præter probabile: quare id etiā probabile, quod est præter probabile, si vero sic, erit probabile, quod est non probabile. Verum vt in contentiosis secundum quid, aut ad aliquid, aut quomodo, non ad dictum deceptionem facit, ita & hic, quoniā probabile sit non simpliciter, sed quoddam: quo ex loco ars Coracis composita est. Nam siue suspectus non sit, vt si pulsationis imbellis homo accusetur, non enim probabile id esse suspectus, quoniam robustus: nec id etiam probabile, quoniam probabile videri poterat, & similiter in aliis nam vel suspectus, vel non suspectus erit necessario, vtraque profectò probabilia videntur: sed alterum probabile est, alterum non simpliciter, sed vt dictum est. Inferiorem quoque rationem superiorem facere hoc ipsum est. Hinc iure homines Protagoræ professionem non ferebant, falsum enim profitebatur, non verum. Sed apparēs professionem, nec in arte vlla, sed in Rhetorica, & contentiosa. Sed de enthymematibus tam de iis quæ sant, quam de apparentibus, dictum est. Nunc de solutionibus dicendum videtur.

De Enthymematum solutionibus.

Cap. XXVI.

SOluimus autem vel aliud enthymema contra opponentes, vel obiectionem inferentes. Cum igitur aliud opponimus, patet q̄ ex eisdem

idem possumus ducere locis. Syllogismi enim ex probabilibus sunt: probabilia vero multa inter se contraria sunt. Obiectiones autem, sicut in Topicis, quatuor ex locis inueniuntur. Sunt enim aut ex eodem, aut ex simili, aut ex contrario, aut ex iudicatis. Ex eodē, vt si enthymema esset de amore, quoniam bonus obiectio duplex est: nam vel vniuersaliter dices omnem indigentiam malum esse, vel secundum partem, quòd neque optimi neque pessimi amores dicerentur, nisi etiam mali essent amores. Ex contrario autē obiectio dicitur: vt si cum enthymema esset, probum virum amicis benefacere at nec improbos male, responderes. Ex simili vero hoc pacto fit enthymema. Maleficio affecti semper oderunt. At inquies, beneficio affecti non semper amant. Iudicata vero ea dicimus, quæ clarissimorum virorum iudicio comprobata sunt. Sit enthymema, quòd oporteat ebrios ignoscere, cùm ignorantes peccent. Obiectio, Non ergo Pittacus laude dignus esset qui maiores pœnas in legibus sumi de illis scripsit qui vino peccent. Verum quoniam ex iis quatuor omnia enthymemata fluunt, probabili exemplo, argumento, signo: & sunt ex Probabilibus quædem, quæ colligūtur ex iis quæ vt plurimum aut sunt, aut esse videntur: ab Exemplo autem, quæ per inductionem ex vno vel pluribus similibus cum vniuersale ceperis, & particularia ratiocinatione collegeris: ex Argumento autem, sunt quæ ex iis inferuntur, quæ necessario indicio sunt. Ex Signo vero, cùm p vniuersale aut singulare, fiat sit, siue non collegeris: quoniam igitur probabile non semper, sed vt plurimum verum est, peripecuum est possibile semper esse huiusmodi enthymemata soluere obiectione allata. Quæ quidem non

Ex eodem obiectio.

Ex contrario.

Ex simili.

Ex iudicatis.

Ex quatuor omnia fluere enthymemata.

non semper vera, sed apparens solutio est: nam qui obiecit, non dissolut verisimilitudinem, sed non esse necessariam probat. Quare semper contingit defendentem magis quàm accusantem * abundare propter hanc deceptionē. Nam cùm accusator per probabilia confirmet, sempérque quod vt plurimum est obiectionem habeat: non enim esset probabile, sed semper ac necessarium: non est eadem solutio, quòd non sit probabile, & quòd non sit necessarium. Itaque index deceptus putat, si ita solutum est, aut probabile non esse, aut sibi non iudicandum, vt dicebamus. Sed non ex necessariis tantum iudicandum est, verumetiā ex probabilibus: id enim est optima sententia iudicare. Quare non satisfacit cùm soluat, probétque non esse necessarium: sed soluendum est quod nō probabile: quod eueniet, si obiectio magis vt plurimum est. Dupliciter autem potest huiusmodi esse: aut tempore, aut rebus ipsis: firmissima vero est si verisque, nam quod sępius fit, id magis probabile est. Refutantur autē & signa, & quæ ex signis sunt enthymemata, etiā si vera sunt, vt prius dictum est. nullum enim signum * syllogismo colligit, vt nobis ex Analyticis patuit, contra exempla vero eadem quæ contra probabilia est dissolutio, nam si quid habemus, nec si solutum est, sed quod non sit necessarium, & aut plura, aut sępius, alteriūs vero & plura & sępius, & propagandū, aut non esse simile id de quo agitur, aut non similiter, quandámque inesse differentiam. Argumenta vero, & quæ ex argumentis sunt enthymemata, non possunt solui, quod syllogismo non colligant: quod etiā ex Resolutivis patuit: quare restat probare quòd ita sit vt dicitur. Quod si patet ita esse, & argumētum esse, in-

** superiori esse.*

** συλλογισμῷ γάρ.*

Universidad de Deusto Biblioteca

solubile iam id redditur, cum omnia per demonstrationem facta sint certiora.

Amplificationem & Attenuationem non esse enthymemata locum, nec refutativa & affirmativa enthymemata diuersas esse species.

cap XXVII.

AMplificatio autem & attenuatio non est enthymematis elementum, idem enim elementum dico, & locum. Nam elementum ac locus est, in quem multa incidunt enthymemata, amplificatio autem & attenuatio enthymemata sunt, ad ostendendum magnum esse vel parvum, quemadmodum bonum quoque ac malum, iustum ac iniustum, & aliorum quodlibet, hæc vero sunt omnia, de quibus syllogismi aut enthymemata fiunt, quare si nihil horum locus enthymematis est, nec amplificatio, ac attenuatio. Verum nec refutativa enthymemata species quædam est alia, quàm affirmativa sunt, patet namque quòd refutat aut obiectionem inferens aut probans. Probant autem quod oppositum est, vt factum vnus esse ostendit, alter factum non esse, quòd si factum non esse ille, factū esse hic ostendet, quamobrem non erit hæc differentia, cum eisdem vtrique vtantur, enthymemata autem afferunt quòd sit, aut non sit. Obiectio etiam una est enthymema, sed, sicut in Topicis opinionem quandam dicere, vnde perspicuum fiat, vel quòd non colligit syllogismo, vel quòd falsum quiddam assumpsit. Sed de exemplo, de sententia, de enthymematibus, ac omnino de rebus vnde inueniemus, & quomodo inuentas disponemus, hæc nobis dicta sint.

FINIS.

ARIST

ARISTOTELIS ARTIS RHETORICAE, LIBER TERTIVS.

SVMMA LIBRI.

De iis quæ ad Dictionem, Eloquutionemque pertinent. De partium ordine in ipsa Oratione.

De partibus Rhetoricæ. Cap. I.

VErum quoniã tria in oratione requiruntur: primum vnde fides, alterũ de eloquutione, tertium de ordine partium orationis: de fide iam dictum est, ex quibus, & ex quot, quòd ex tribus, & cur tot solum: aut quia ipsa quis iudicat, quodammodo affecti sunt, aut quia quales quosdam eos qui dicunt arbitrantur, aut quia quod demonstratum est, omnibus persuadetur: & ad hæc explanatum vnde enthymemata inueniantur: sunt enim species enthymematum & loci: sequitur nunc vt de eloquutione dicamus. Non enim sufficit si habeas quæ dicenda sint, sed necesse est ea, vt oportet dicere: quod plurimum confert vt oratio qualis quædam esse videatur. Primum igitur quæritum est, quod natura primum est, vnde res ipsæ credibilitatem habeant: deinde quo pacto in dictio-

ne ponēdæ sunt: tertio, quod vires quidem habet
ab agono magentes, sed nondū * explicatū, quomodo pro-
& tetadū. nunciandū nam vel in tragœdiam atque cōmœ-
diam tardius accesit: ipsi enim poetæ tragœ-
diæ olim pronuntiabāt: quare manifestum est i
etiam in Rhetorica ita esse, quemadmodum in re
Poëtica: quod & alij quidam tractarunt, & Glau-
cus Teius. Est autē pronunciatio in voce, quo p
cto ipsa in singulis affectibus vtendum sit; velut
quando magna, quando parua, quādo mediocr
& accētibus quomodo, sicut acuto, graui, media
cri. Et quibus in vnoquoque numeris, tria exa
sunt quæ considerant, magnitudo, harmonia, &
merus. Præmia ergo ex certaminibus ij pēdē
runt. Verum sicut in poëticis certaminibus pl
quam ipsi poëtæ possunt qui agunt, sic & in ci
ibus propter ciuitatum deprauationē. Sed non
dum de ipsa arte composita est: nam & de eloqu
tione tardius acceptum: videtúrq; parum ho
stum esse, si bene examines: sed tamen cùm Rhe
torica, eiúsque præceptio ad opinionem spectat
non quòd recte se habeat, sed quia necessarium
non est negligendum. Instum enim est nihil pe
in oratione quærere, quàm ne aut dolore aut v
luptate afficiamur ita cū par sit ipsis rebus certar
cætera præter demōstrationes superuacanea
veruntamē nimiū faciunt, vt dictum est, propte
auditorum prauitatem. Verum eloquio ipsa ha
bet parum quid in dicendo semper necessarium
refert enim ad significandum sic aut sic dicere
quamuis non tantum. Verum hæc omnia imagi
nationis sunt, & ad auditorem: quapropter ad
Geometriam sic docet: illa igitur cùm accesser
id facit, quod & pronunciatio. Cœperunt autem
parum de ipsa quidam dicere, veluti Thrasym
chus

chus, de commiserationis pronunciatione: sed
est naturæ aptum esse & ad agendum, & minus
artificiosum quàm cætera, eloquutio autem ar-
tificiosa, quocirca quid facere possunt rhetores,
iis quoque sicut & pronunciantibus præmia po-
sita sunt, nam orationes scriptæ vehementiores
propter eloquutionem videntur, quàm propter
sententias. Cœperunt igitur, sicuti natura postu-
lat, id primo poëtæ mouere, nam ipsa nomina *Vox nobis*
imitationes sunt. Est autem & vox nobis ad imi- *ad imitan-*
tandum omnium particularū aptissima, quapro- *dum aptis-*
pter artes quoque constitutæ sunt, rhapsodia, & *sima.*
histrionica, & aliæ huiusmodi. Ac quoniam poë-
tę res friuolas dicentes, propter dictionem vide-
bantur gloriam consequuti, ideirco poëtica pri-
mo fuscepta est dictio, qualis est Gorgiæ, & ad
præsens vsq; multi minus docti hos optime dice
re arbitrantur; id vero ita non est, sed alia oratio
nis, alia poëtis dictio est. Quod inde etiam osten-
ditur, q nec ipsi qui tragœdias faciūt, illo modo
amplius vtuntur, verumsicut ex tetrametris ad
iambicum transgressi sunt, quoniam metrorum
omnium id orationi simillimum est: sic quæcun-
que nominum præter cōsuetudinem sunt, ea ne-
glexerunt: & quibus prisci exornabant, & in præ-
sentiarum etiam qui hexametra componūt, præ-
termiserunt. Quamobrē risu dignum est eos imi-
tari, qui non amplius illo modo vtuntur. Quare
perspicuum est, non omnia quæ de dictione dici
possunt, nobis esse examinanda, sed de ea qua di
cimus. De illa vero dictum est in iis quæ de arte
Poëtica tractauimus, ibi ergo perspiciatur.

De eloquutionis virtute Cap. II.

ELoquutionis igitur huius virtus diluciditate
definitur: quod ita esse illud sit est, quoniā

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi oratio significet, non habebit opus firmum. Et nec deiectam & humilem, nec rerum dignitatem excedere, sed accommodatam esse oportet: poeta enim forte non humilis, sed orationi non accommodata est. Dilucidam autem reddunt orationē, quæ propria sunt, siue nomina, siue verba: non deiectam vero, sed ornatam reliqua, de quibus in arte Poetica dicimus: nam inusitata grandiorem reddunt orationem: quod enim ad peregrinos atque aduenas patimur, id etiam ipsum ad dictionem sustinemus. Quocirca inusitatorum verborum vsu sunt adhibenda: hæc enim ex omnibus admirationem habent. admiratio autem omne iucundum est. In metro igitur multa id faciunt, & commodeque hic dicuntur: nam tam res quàm personæ, de quibus habetur oratio, excellentiores sunt: in oratione vero soluta, cum causa minor sit, multo pauciorib⁹ vtendū. Quare si seruus aut adolescēs ornatiora diceret, aut de paruis, indecorum esset. Sed est etiam in his imminutio & incrementum decori, quare oportet id facientes latere, ne fictè dicere videantur, sed innate, hoc enim verisimilem facit orationem, illud autem contrarium: nam tanquam insidiantia vituperantur, quemadmodum & vina mixta. Quod Theodori vox ad alienum habet histrionem: illa enim ipsius qui dicit esse videtur, hæc alienæ. Celantur autem facile, si quis ex consuetis eligens componat: quod Euripides facit, & primus monstrauit. Cùm autem nominibus atque verbis constet oratio, cumque nominum tot sint genera, quod in arte Poetica dicta sunt, ex iis priscis quibusdam, & compositis atque iteratis nominibus & peregrinis raro paucis in locis vtendum: sed vbi, dicemus postea, causa quoque dicta est, ad maiora enim

enim quàm decorum est, orationem extolluat. Propria vero & congrua, & translatio solutæ orationis elocutioni conueniunt: cuius signum est, quòd solis his omnes vtuntur omnes enim translationibus, & cōgruis, atque propriis colloquuntur. Quare patet, si quis hæc recte cōponat, quòd oratio & clara, & priscа videbitur: & cur priscа, latebit, quæ orationis oratoriæ virtus erat. Nominum vero quæ sunt æquiuoca, cauillatoriæ conferunt: æquiuocationibus enim fraudem parat. quæ vero synonyma sunt, poeticis. Dico autē propria & synonyma, vt proficisci ac ire: nam hæc ambo & propria & synonyma sunt adinicem. Quid autē vnumquodq; horum sit, & quot translationis genera sunt, & quòd plurimum tam in re poetica, quàm in soluta oratione trōslationes possint, in arte Poetica, vt diximus, dictum est. Tāto autem magis in ipsis oratori est elaborandum, quanto pauciora præsidia soluta oratio habet, quàm metrica. Sed dilucidū quoq; iucundum ac priscum maxime affert translatio: neque est accipere ipsum ab aliquo. Sunt autē epitheta, & trāslationes accōmodatæ ad inuicē dicēda: quod ex proportione fiet aliter indecorū videbitur, nam contraria simul collata maxime apparent. Considerandum igitur, vt iuueni purpureū, sic seni quid conueniat: non enim eadem vtrīsque decora est vestis. Ad hæc cum laudare velis, à melioribus cùm vituperare, à peioribus, eorum quæ in genere sunt, ducenda translatio est, veluti si quoniam in eodem genere contraria sunt, mēdicantem * vocare dicere, & vouentē mendicare: nam quoniam petitiones ambo sunt, licet quod diximus facere, sicut etiam Iphicrates dixit Callias * natragyrtem, sed non * dauchum: dixit enim

Quæ-dam enim ad peregrinos ex-traneos & ad-uenas sunt ad-hibenda. Ex-traneus & ad-uena sunt ali-enus.

De propriis & congruis, & translatione.

Cauillatio.

Vtrum poſſit.

Mendicare.

Tedifirū.

autem non fuisse ipsum initiatum, non enim mi-
tragyrtem ipsum appellasset, sed daduchū; nam
cùm vtraque in diuinis sint, alterum laudabile, al-
terum illaudabile est. Sic etiā *Dionysij adulato-
res, *magistros seipsos appellabant. Hæc autem
ambo methaphora, hæc quidem sordidantium,
hæc autem contrarium. Et prędones quidem se
ipsos acquisiteres vocant nunc, quapropter ine-
bit etiam dicere iniuriatum erraſſe, & errantem
iniuriari, furatum quoque & accepisse & rapu-
se. Quod vero Telephus apud Euripidē dicit, re-
gnare capulos, & in Mysiam delatus, indecorum
est: nam regnare cùm dignitatem rerū excedat,
non celatur. Fit autem in syllabis quoque error,
cùm suauem vocem non faciant, veluti Diony-
sius Chalceus in elegis Poēsim clamorem Ca-
liopes appellat. nam vtraque voces sunt, transla-
tio autem per non significātes voces frivola est.
Præterea non longe reperēda, sed à propinquis
& iis quæ eiusdem generis sunt: & innominata
per translationem ita nominare oportet, vt cog-
dicta sint, pateat esse propinqua, vt in illo *com-
probato ænigmatæ, Æreum vidi virum ignitum
viro conglutinatum: res enim innominata est,
sed ambo additio quædam sunt: conglutinatio-
nem igitur ipsius cucurbitæ adhæsionem dixit.
Et profecto in comprobatis ænigmatibus com-
modar possumus inuenire translationes, nā cum
ænigmaticæ orationi translationes congruant,
manifestum est probe, ac ex probis esse transla-
tum. Pulchritudo autem nominis (vt Lycimnius
ait) in somno, aut in significato, turpitudo quoque
similiter, & ad hæc tertium, quod cauillatorium
soluit rationem, non enim (vt dixit Bryson) ne-
mo turpiter loquitur, cùm hocce dixit, si quid

*Bacchi, artifices.

*celebri.

dicit, hocce significat, nam id falsum est, cùm
aliud alio magis proprium sit, & similius, & ap-
tius, vt rem ante oculos ponat. Præterea non si-
militer se habens, hoc & hoc significat: quare vel
sic aliud alio pulchrius & turpius existimandum:
nam vtraque honestum ac turpe significant, sed
non inquantum honestū, aut inquantū turpeant
hæc quidē sic, sed magis & minus. Translationes
vero à pulchris transferendæ aut voce, aut pote-
state, aut visu, aut alio quodam sensu: differt au-
tem, & melius dicitur aurora rosea, quàm phœ-
nicea, vel multo ineptius rubea. In epithetis etiā
adiectiones tam à malo vel turpi facere possu-
mus, vt matricida, quàm à meliore, vt vltor pa-
rentis: & Simonides cùm sibi non multum affere
bat qui mulabus vicit, nolebat carmen cōpone-
re, quasi molestè ferret in laudem mularū id fa-
cere. cùm vero multū attulit, componebat, æqua
rum salutes ventipedum filiæ: atqui asinorum
etiā filiæ erant. Ad hæc, id ipsum diminuere, est
autem diminutio quæ tam bonum quàm malum
minus ostendit, vt in Babyloniis Aristophanes
mordaciter dicit pro auro aurulū, pro veste ve-
sticula, pro conuitio cōuitiolum, pro ægrotatio-
ne ægrotiuncula. Cautum autem esse oportet, &
in vtrisque seruare mediocritatem.

De Frigida. Cap. III.

Frigida in cōpositis nominibus.

Frigida vero in dictione fiunt quadrupliciter. In nominibus cōpositis, vt Lycophron mul-
tifacies cœlos, magni seruicis terræ, littus angu-
stioportum. Et, vt Gorgias appellabat, mēdicimo-
rum adulatorem, & periuros, atq; probitatis. Et
Licta ignicolor: & prompti tudinem ipsorum pu-
tant fore fimiferam, & orationis vim fimiferam

constituit,& purpuro color Thessali pauimenti. nam omnia hæc propter compositionem poëtica videntur. Hæc quidem vna causa est. Altera pote scis nimium vti, vt Lycophron, Xerxes dico montis instar. & Schirō vir vastus. Et Alcidamas ludicrum Poësi, & ipsam naturæ stoliditatem, & ardenti mentis ita exacerbatum. Tertium in epithetis, cùm aut longis, aut alienis, aut frequentibus vtimur, in Poësi enim decet album hæc dicere: in Oratione vero soluta nonnulla indecora sunt, nonnulla si crebrius ponantur, arguunt & patefaciunt modū poëticum. Sed quoniam quæ est ipsis vti (tollūt enim quod vsitatissimum est & faciunt vt elocutio grauior videatur) habenda est mediocritatis cura, ne peius efficiāt, quàm si frustra dicerentur, nam male dicere illi efficiuntur, iis non bene. Idcirco quæ scripsit Alcidamas frigida videntur: non enim quasi bellatrix, aut quasi cibaris vtitur epithetis, valde crebris & patētibus, & amplioribus quàm res postulat: nam enim sudorem dicit, sed sudorem humidum: nec in Isthmia, sed in Isthmioram solennitatem: nec leges, sed ciuitatum leges: nec curribundus, sed impetu animi curibundum: nec auditorium, sed naturæ auditorium, & tristem solicitudinē animi, nec gratiæ, sed plebeiæ gratię conditor, & pulsator audientium voluptatis: nec ramis, sed syluæ ramis occuluit: nec corpus tegebat, sed pudenda corporis: & honorabilē animi cupiditatem: quæ simul & compositum & epitheton est. Sic igitur poema, & sic prauitatis adinuenerunt excessum. Nam poetæ propter indecorum ridicula & frigida confingunt atq; componunt: & ad hæc obscura propter nauigationem: qui enim quàm audiitor intelligat, tamen interpoīt dilucidiratem obscu-

In nimiū Brassic.

In Epithetis.

obscuritate dissoluit. Vtimur autem compositis, cùm & res innominata sit, & dictio ad compositionem apta, vt *immorari, parricida, quod etiam crebrius fit, omnino poëticum est. Quare composita dictio dithyrambicis est perutilis, inflati namque isti sunt. Prisca vero heroicis, dignitatē enim ac magnitudinem affert. Translatio autem iambicis, quibus nunc vtuntur, vt dictum est. Ad hæc in translationibus quarto frigiditas fit, cum non conueniant, aut quoniam ridicule, quibus Comici vtuntur, aut quoniam inflate nimis ac tragice, aut quoniam obscure, quia remotiores, vt Gorgias. *Virides res atque exangues, quas tu puer feminasti, & perperam messuisti, hoc enim valde poëticum est. Et vt etiam Alcidamas philosophiam vallum legum atque fossam appellat. Odysseam vero pulcherrimum humanæ vitæ speculum, nihilque tale poësi ludicrum afferens. Cuncta enim hæc parum credibilia, propter ea quę dicta sunt. Illud autē Gorgię in hirundinem, eam super eum volans stercus imiserit, optime ac tragice dictum est, dixit enim, Aui quidem philomenæ, si id fecerit, turpe nō est, virgini autem turpissimum. Recte igitur obiurgant, quoniam non quod est dixit, sed quod fuit.

De Imagine. Cap. IIII.

Imago etiam translatio est: parum enim à translatione differt. Nam cùm Achillem vt leonem ferocissimè poëta dicit. Imago est: cum vero leonem, Translatio; nam quoniam vterq; viribus excellit. Achillem traducendo leonē appellauit. Accommodantur autem imagines orationi etiā solutæ, sed rarius: poëticū enim id est, ducitur vero sicut translationes, non enim ab eis differunt, vt dictū est. Sunt igitur imagines in soluta oratione,

χλωρὰ καὶ ἐξαγῆ.

In translationibus.

negotia pallida & sanguinolenta.

vt

vt apud Androtionа in Idriea, similem ipsa
esse canibus modo solutis: nam illæ prouidenter
mordent, & Idriea ex vinculis solutum insellari
esse. Et vt Theodamas Archidamum Euxeni
Geometriam ignoranti conferebat, & ex pro-
portione. Erit enim Euxenus Archidamus geo-
metricus. Et in Republica Platonis: qui tan-
tos spoliant, eos canibus similes esse, quæ in-
pides mordent, & proicientes non tangunt. Et
vt Demosthenes in plebem, gubernatori simi-
lem ipsam esse, robusto quidem, sed surdo. Et
Illud quoque in carmina poëtarum, formæ
absque pulchritudine similia esse: nam & ea
cùm defloruerint, & hæc soluto numero long
alia quàm fuerint esse videntur. Et Pericles
Samios, similes ipsos esse pueris, qui panem
pinunt: sed plorantes. Et in Bœotios, quòd
bus similes essent, nam elices inter scipsas fr
atque dirumpi; & Bœotios aduersus scipsos
gnantes. Item Demosthenes in plebem, quòd
milis nausea laborantibus sit. Et Democrat
oratores nutricibus conferebat, quæ deglutien
tes cibum, saliua pueros inungunt. Antisthenes
enim Cephisodotum tenuem thuri patrem esse
dixit, quoniam contristum delectet. Nam hæc
omnia & vt imagines, & vt translationes dicere
licet. Quare quæcunque vt translationes dictæ
probantur, omnia etiam imagines erunt, & ima-
gines translationes erunt, ratione indigentes.
Verum oportet translationem quæ ex proportio-
ne ducitur, & ad vtramque partem, & in iis quæ
sunt eiusdem generis, reddere: vt si phiala Liberi
patris scutum est, cõmode quoque scutum ipsius
Martis phiala dicetur. Oratio igitur ex iis com-
ponitur.

De Latinitate. Cap. V.

LAtinum autẽ eloquutionis Latinitas est, quę in
quinque fundatur. Primũ in coniunctionibus,
cum sicuti flagitant prius aut posterius alteram
reddi ad alteram, sic collocanturr: veluti ad ipsam
Quidẽ, Vero, vel Autem consequitur. Oportet au-
tem ita eas collocare, vt facile memoria teneantur,
& neque longo interuallo redire, neque con-
iunctionẽ aliam prius quàm necessariam redde-
re: quod tamen, quamuis rarius, cõmode fit, hoc
pacto. Ego vero postea quàm mihi nunciatum
est (venit enim Cleo rogans atque orans) profe-
ctus sum, mecum eos accipiens, nam hic maltæ
ante redditionem interiectę sunt coniunctiones.
Quòd si longior interpositio fiat, obscura erit
oratio. Primum igitur coniunctiones bene dispo-
nantur. Deinde, propriis dicendum vocabulis, &
non per circuitiones. Tertio, non ambigue, nisi
consulto ita quispiam faciat: quod faciunt, qui
cum nihil habẽt dicere, aliquid tamen se dicere
simulant: vt in Poëti fit, & Empedocles facit. Deci-
pit enim circuitio, cum crebra fit, ac ita audito-
res afficiuntur: sicut multi cum ambigua oracula
audiant, annunt. Crœsus cum Halyo traiecerit,
magnum delebit principatum, & omnino quo-
niam minor cõmittitur error, idcirco rem in ge-
nere, qui vaticinantur, dicunt. Dicet enim forte
aliquis verũ magis in lude paria, vel imparia di-
cent, quam quot: & magis e hoc erit, quàm quã-
do, quotiens aruspices nõ determinant quando.
Hæc ergo omnia hisce similia fugienda, nisi quis
studio faciat. Quarto vt Protagoras nomina ge-
nerum distribuebat, masculina, fœminina, vascu-
la, nam hæc quoque recte oportet reddere. Sic pro-
gressa, collocutaque præcesit, Quinto, vt multa, &
pauca,

nauca, & vnum recte dicantur, vt, illi profecti hominem pulsarunt. Vniuersaliter autem oportet legibile esse quod scriptum est, & dictu facile, quod idem est. Id autem multæ coniunctiones non habent, nec ea quæ non facile distinguuntur: veluti quæ Heraclitus scripsit, quę quoniam nō patet priorine an posteriori quicquam accommodetur, distinguere arduum est, velut statim in ipso initio libri, ait enim verbi gratia est, semper, imprudentes homines sunt, dubium enim est vtri semper attribuendum sit. Præterea incongrua fit oratio, cùm non reddideris, aut coniunxeris vtriq; congruentia, vt sonum aut colorem videre quidem cōmune nō est, sentire vero. Obscurum autem etiam cùm dicis non apponendo sed multa interserendo, hoc pacto. Colloquutus enim, cum tecum hæc atque hęc & sic collocutus essem, profecisci, sed non hoc pacto, colloquutus enim proficisci, si hęc & sic collocutus essem.

De Amplitudine ac brevitate eloquutionis.
Cap. VI.

ELoquutionis vero amplitudinem hęc facito, si ratione nominis loco vtaris, veluti si non circulum, sed superficiem dicas, in qua medium ab extremis æqualiter vndique distat, cuius cōtrarium ad brevitatem cōfert, si pro ratione nomen. Similiter si turpe, aut indecorum, nam si rationis turpitudo inest, nomen si vero nominis, rationem dices. Si translationibus & epithetis significes, modo ne vt poëticum genus incidat. Si multa pro vno ponas, vt poëtæ faciunt, nam & si vnum velint, significare portum, dicunt tamen portus in Achiuos. Si nō connectendo dicis, vxoris nostræ, vxoris tuæ, econtra vero breviter, nostræ tuæq; vxoris. Item si cum coniunctione dicis,

Sin vero breviter absque coniunctione, sed non inconnexa, hoc pacto, & profectus, & alloquutus illum sum profectus, alloquutus illum sum. Præterea si quę nō sunt, ea dicis. Quod de Teumesso cōlue, in infinitum enim sic amplificatio fit tam in bonis, quam in malis. Est igitur in vtroq; conducibile, si quomodo non habet dicis. Qua ex re verba etiam poëtæ deducunt, vt illud, harmoniam insidem, & alyram, privatiua enim inferunt, quod maxime in translationibus quæ ex proportione sumuntur, probari solent: vt si quis tubam esse dicat cantum insidem.

De Decoro in eloquutione. *Cap. VII.*

DEcorum autem erit in eloquutione, si affecta erit, & morata, & rebus accommodata. Accommodata vero erit, si non sit humilis in rebus magnis, nec in paruis ampla, neque humili verbo insit ornatus, comica enim videtur, vt apud Cleophontem, venerabilis tu. Affecta vero, vt cum contumeliamur iratorum dicto, cum impia turpiáque dicuntur, molestę quasi & cauere dicere, cum laudabilia, cum admiratione: cum miserabilia, humiliter, & in aliis similiter, hæc enim accommodata dictio rem verisimilem reddit, nam cum auditores sic se habere homines in huiusmodi rebus considerent, decipiuntur, quare quanquam non ita sit vt orator dicit, putant tamen sic esse. Similiterq; semper audientes afficiuntur, ac illę qui affectus dicit, etiam si non vere dicat, quocirca multi clamantes terrent auditores. Verum comprobatio quoque à signis, morata est, sequitur enim si accommodata est, genera singula atque habitus. Dico autē genus, ætate, sexu, natione, vt puer, vir, senex, fœmina,

Accōmodata oratio.

Affecta.

Morata.

Lacæd

Lacedæmonius, Thessalus. Habitum autem, secundum quem qualis quidam in victu dō est, non enim secundum omnem habitū vita qualis quidam est. Si igitur habitui verba accōmodantur, nec eodem modo indoctus & doctus dicet. Verum auditores ea quoque re afficiuntur, quæ dictores nimiū vtuntur, quis nescit quę nemo ignorat? nam cum sic dicitur, quasi vereatur auditor ne solus ignarus eius rei sit quam omnes scire annuit. Opportune vero, aut econtra his vti, omnium generum cōmune est. Verum in omni excessu illud remedio est quod vulgo fertur, oportet enim vt quisque seipsum castiget. sic enim fit vt quod dicitur, verum esse videatur, nec tamen dicentem latebit quid sit quod hoc faciat. Præterea si omnibus simul congruentibus vtaris, si enim auditor decipitur, Dico autē veluti si aspera verba sint, voce ac vultu, ac cæteris sic vtendum, vt congruant, nam aliter vnumquodq; quale sit apparet. Si ergo aspere dicitur lenis, & aspera leniter, nullam habēt veri similitudinē. Composita vero verba, si plura sunt, & epitheta, & inusitata, ex affectu dicenti congruunt, Ignoscimus enim irato, si malum quid inauditum, incredibile, montisque instar dicat, & tunc maxime quando iam cōmouit auditores laude ac vituperatione, odio aut amore: quod Isocrates in Panegyrico facit circa finem. Fama vero, atque sententiæ si qui passi sunt, similia enim dicunt omnes commoti: quare similiter dispositi hæc libenter audiunt, idcirco Poesi quoque cōgruunt, communis enim poëtæ, quoniam furore aguntur. Aut ergo sic oportet, aut illudendo, sicuti Gorgias faciebat, & sicut se habent, quæ in Phædro sunt.

De Numero Cap. VIII.

Figura igitur orationis illa maxime probatur, quæ nec metrica est, nec sine numero. Alterū enim non verisimile sit, cùm factū esse videatur, & simul distrahit auditorem, cùm attendere faciat, quando rursus simile dicetur, sicut etiam præcones pueri præueniunt, illāque præoccupāt, quem procuratorem eligat, qui Cleonem manumittit. Alteram, quod sine numero est, interminatum est. Verū terminari quidem oportet oratione, sed non metro, infinitum enim nec intelligendum nec cognoscibile est, omnia vero numero terminantur. Numerus autem figuræ eloquutionis rhythmus est, cuius mensuræ decisiones sunt, quare numerum quidem habebit oratio, metrū vero nō habebit, ne poëma fit, numerum quoque non omnino exquisitum: quod erit si ad aliquid vsque insit. Numerorū autem heroicus, amplus, elegans, & egens harmoniæ. Iambicus vero ipsa oratio multorum est, ideireo ex omnibus metris iambica ex tempore maxime dicunt, sed opus est ampliorem orationem facere, ac vulgo alienam. Trochaicus autem tripudius aptior, quod ita esse tetrametra ostendunt. Restat etiam pæan, quo quasi secreto à Thrasymacho incipientes vtebantur, sed nesciebant dicere quis esset. Tertius autem est pæan, qui & ex prædictis constat, sunt enim tria ad duo, cùm alter illorum vnum ad vnum sit, alter duo ad vnum, his igitur proportionibus sesquitertia constat: & hæc est pæan. Reliqui igitur & propterea quæ dicta sunt quoniam metrici, omittantur. Pæan vero sumendus, in quo solo ex dictis numeris metrum non constat, quare maxime latet. Impræsentiarum itaque vno pæane incipientes etiam vtuntur. Sed oportet

exitum à principio differre, nam cum sint duo inter se opposita præcis genera, vnum in quo prima producta est, quam tres breues sequuntur: Pelopea Diana filia Iouis, principiis congruit sicut & vtuntur, alterum econtra, in quo tres precedunt breues vltima vero producitur: Post terras & aquas Oceanúmque rapit atra nox. Is igitur exitus facit incommodum, nam breuis cum imperfecta sit, manentem facit, si vltima est. Oportet igitur producta diseparare, vt finis manifestus sit, nō propter scriptorem, nec propter compositionem, sed propter numerum. Quòd igitur non sine numero, sed numerosam oportet esse orationem, & qui sonorum faciunt numerum, & quo pacto dispositi, dictum est.

Per dēs oratio quæ.

De Pendente oratione ac eius contraria. Cap. IX.

NEcessarium autē est, vel pendentem esse orationem, ipsāq; coniunctione vnam, vt quæ dithyrambicis ambitus sunt, vel conuolutam, priscorum poëtarum antistrophis similem. Pendens igitur compositio ac prisca Herodoti Thuri; qua priores quioē omnes, nunc vero multi vtuntur. Dico autē pendentem, quę nullum per se habet exitum: nisi res quæ dicitur, in exitum peruenerit, quæ iusuauis est, quoniam infesta, omnes enim finē conspicere volunt, quocirca etiam in calce expirant, ac resoluuntur, nō enim fatigantur, cum calcem prospiciant. Pendens igitur talis compositio est. Conuoluta vero, quæ circuitibus effertur. Circuitum autem, id est Graecè περίοδον, appello cōpositionem quæ ipsa per se ipsam principiū habeat & finē, magnitudinemq; mediocrem. Quę cōpositio suauis atque dilucida est. Suauis quidem, quoniam interminato contra-

Conuoluta Circuitus quid & eius species.

rius est, & quoniam semper aliquid se habere auditor putat cum sibi aliquid semper terminatum sit, nam cùm nihil præuideatur nec expediatur, insecunda cōpositio est. Dilucida vero, quoniam memoriæ facile retineatur quod habet, quoniam circuitus compositio numerosa est: quæ res omnium aptissima est, vt facile memoria teneatur. Quapropter carmina omnes melius recordātur, quam solutam orationē, numerū namq; habent, quo mensurantur. Oportet autē vt sensus quoq; in circuitu cōcludatur, nec incidatur, sicuti iambici Sophoclis versus, Calidon hæc est terra Peloponnesiacæ telluris, cōtrarium namq; cōtingit suspicari vt in eo quod modo diximus, Calidonem in Peloponneso esse. Circuitus autē alius ex membris constat, alius* supinus est. Ex membris cōstare dicitur, cum oratio absoluta sit & distincta, facilisq; respirationis, nō in ipso interuallo, vt qui modo dictus est circuitus, sed totus: membrum vero est altera eius particula. Supinū autē dicimus, qui vno membro constat. Verū oportet ne tam membra, quàm circuitus ipsi aut manci fiat, aut longi, parua enim quasi cespitare audito rem facit, nam necesse est, quādo ad longius & mediocritatē prospiciat, nec sibi terminū præfixerit cùm subito interuallo retrahatur, quasi cespitationē ex repulsione fieri. Longiora vero sic auditorē relinquunt, sicut qui calcem prætereūt, deambulantes relinquunt. Circuitus igitur longus omnino sit, quod Chius Democritus in Metampodem qui pro antistrophis suspensionem se est, mordaciter dixit: is vero malū alij struens, simplicē malū fabricatus est, longa enim suspensio faciēti pessima, quod cōmode in* longimembris quoq; dicere possumus. Qui vero breuimembres

simplex.

in eos qui iōgamembra efficiunt.

nimium sunt, circuitus nō sunt, præcipitem enim agunt auditorem. Dictio autem quæ in membro est, alia opposita est, alia nō opposita. Non opposita quidem, hoc pacto, Sæpenumero eos miratus sum, qui festos dies celebrant, & agones gymnicos instituerunt. Opposita vero, cùm in utroque membro aut contrarium ad contrarium refertur, aut idem contrariis adiungitur, hoc pacto. Vtrisque vtilitatem attulerūt, & iis qui remanserunt, & iis qui sequuti sunt, nam illis plura quam domi habebāt, conquisierunt, his sufficientia omnia reliquerunt. Contraria vera est remansio sequutioni, sufficiens pluribus: quare pecunia indigentibus, & absumere volentibus, absumptio acquisitioni opponitur. Item accidit etiam sæpius vt stolidi feliciter, prudentes infeliciter agant, quia illi mos quidem virtuosis dignificati sunt, non multo antē posterius principatum maris occeperunt. Item nauigauit per terras, pedibus per maria. Hellespontum enim coniunxit, Athos montem effodit. Item natura ciues, lege ciuitates priuantur, nam ipsorum alij misere interierunt, alij turpiter exularunt. Item turpe est cùm primum Barbaris in famulatu vtamur, multos seruorum ipsis publice seruientes negligere. Item aut viuos amplifices, aut mortuos derelinquas. Item quod ad Pitholaum aliquis dixit, & ad Lycophronem in prætorio: Isti nos domi quidem seruientes vendebant, postea autem quam venerunt ad nos empti sunt, in his enim omnibus quod dixi mus fit. Estque suauis huiusmodi dictio, vel quoniam contraria patent aperte, multōq; magis cùm ad se ipsa breui referuntur: vel quoniam oratio syllogismo similis videtur. Elenchus enim oppositorū collectio est: huiusmodi autem ora-

tio contentio dicitur. Compar vero, cùm membra æqualia sunt. Assimulatio autem est, cùm vltima vtrisque membris similia sunt, idque necessario, vel incipiendo, vel desinendo, & incipiendo quidem in nominibus semper sic: ager erat, qui ager esse dicebatur, desinendo vero in vltimis syllabis vel verbis, vel nominis, aut etiam in integra dictione. Ac in verbi quidem vltima syllaba quod similiter desinens dicitur, sic: Putarunt eum bene fecisse, & eum ipsum causam fuisse. In nominis autē quod similiter cadens appellatur, hoc modo: Erat in cogitatione maxima, & in spe minima. In verbo autem integro, quam conuersionem appellamus, hoc pacto: At tu & viuo dicebas male, & nunc in mortuum scribis male. Cōcurrunt autem in idem nonnunquam cōtentio, compar, & similiter desinens. Circuituum vero principia in Theodecticis enumerata ferè sunt. Sed contentiones falsæ quoq; inueniuntur, vt apud Epicharmum: Interdum quidem ego illorum eram, interdum vero apud illos ego.

De Verbanis. Cap. X.

VErum quoniam de his iam demonstratum est, nunc vnde vrbana ducantur, & ea maxime quæ probantur, dicendum est. Nam posse facere dicere, aut ingeniosi est, aut exercitati: docere autem, doctrinæ huius. Quare nobis dicenda enumerandæque sunt, id amitum sumentibus. Facilitèr discere ac intelligere, natura omnibus est suauia verba vero aliquid significant: quare quæcunque ex verbis facile nobis ingerunt disciplinam, hæc suauissima sunt. Prisca igitur ac aliarum gentium non intelliguntur: propria vero ac nostratia scimus. Translatio autem id maxime facit. Nam cum senectutem quis stipulam dixe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit, disciplinam per senectutem cognitionem que fecit: quoniam vtraque defloruerunt. Verum Poetarum etiam imagines idipsum faciunt. Vnde illis vti vrbanum esse videtur, cùm sit imago, vt ism dictum est, translatio additione differens quare minus suauis, quoniam longior: & non dicit hoc illud esse, quare nec animad id quærit. Necesse igitur est tam dictionem quàm enthymemata ea vrbana esse, quæ velocem nobis cognitionem faciunt. Idcirco nec quæ superficialia sunt, ex enthymematibus comprobantur, dicimus autem superficialia, quę cuilibet patent, nec quicquam habent quod in eis quærere oporteat. Nec quæcunque dicta ignorantur, sed quorum cunque cognitio vel simul dum dicitur fit, etiam si prius non erat, vel non multo post mens ea consequitur, sic enim quasi disciplinatio fit, illa autem modo neutrum. Verum hæc atque huiusmodi enthymemata propter sententiam comprobantur, propter dictionē autem dicendi quidem figura, si per oppositionem dicuntur, hoc modo: Quam communem aliis pacem, eam sua bellum putabant, opponitur enim bellum pacī. Verbis vero si translatio ineſt orationi, nec aliena, difficilis enim hæc intellectu est, nec superficialis, non enim monet. Præterea si præ oculis rem ponit quasi agatur, cernere enim magis possumus quę aguntur, quam futura. Et ad hæc tria considerandæ sunt, translatio, oppositio, principium. Cum autem quatuor translationes sint maxime quæ secundum proportionem sunt, comprobantur: vt Pericles de iuuenibus qui in bello perierunt, dixit sic iuuentutum è ciuitate ademtam, veluti si quis ver tollat ex anno. Et Leptines de Lacedæmoniis, non permissuras vt Græcia

translationes quæ maxime comprobantur.

lusca fiat. Et Cephisodotus cum Chares Olynthiaci belli rationem reddere festinaret, grauiter ferebat, dicens in laqueo ab eo plebem teneri: cui ratio reddenda est. Idem in Iubœam Athenienses exhortans, sumptis necessariis dixit oportere Miltiadæ * sententiam exire. Et Iphicrates cum indutias cum Epidaurensibus, & religionem matrimam Athenienses fecissent, molestè tulit, dixitque nervos belli ab ipsis esse incisos. Et Pericles Aeginam dixit tollendam Piræei pestem. Et Ephon, Græciam in Siciliam effudere, translatio enim id, & ante oculos. Item vt Græcia clamet: nam & id modo quodam ante oculos translatio est. Et Cephisodotus caucadum esse, ne consilia concurrus fiant. Et Isocrates in diem festum concurrentes. Et in funebri, quod dignum esset in sepultura eorum qui apud Salamina ceciderunt, Græciam crines incidere, quoniam vna cum virtute ipsorum libertas quoque sepulta esset. Nam si dixisset, dignum esse lacrymas effundere, cùm vna virtus quoque sepelitur, translatio esset, & ante oculos, sed quoniam vna cum virtute libertatem dixit, quendam habet oppositionem. Et Iphicrates. Via enim est mihi orationis per medias res gestas Charetis, translatio enim ex proportione est. Et illud, per medias, ante oculos ponit. Et qui dicit pericula ipsa exhortari vt in periculis succurramus, ante oculos transfert. Et quod Deus in anima lumen intellectus accendit, vtraque enim significanter dicta sunt. Nec bella diffoluimus, sed in posterum reiecimus, vtrumque enim futurum, & reiectio, & huiusmodi pax. Item conditiones pacis trophæa sunt multo clariora, quam quæ in pręlijs constituuntur, cùm hæc pro vno

* *suffragia*

prælio fœliciter gesto, illæ pro totius belli dispositione, nam vtraque signa victoriæ sunt. Item magnas vituperatione hominum parant ciuitates, pœna enim iustum quoddam damnum est. Dictum igitur est vrbanitates ex translatione per proportionem dici, cùm ante oculos ponant.

Quid sit ante oculos ponere.

Cap. XI.

hæc accepi. SEd nunc dicendum est quid est, quod dicimus ante oculos, & quid facientibus * emergat. Præ oculis igitur ponunt, quæcunque significanter geri aliquid ostendunt, nam si quis bonũ virum quadratum dicit, translationũ vsus est, vtrumque enim perfectum est. Sed hæc translatio nihil gerentem significat. Illa vero significat in florentissimo statu, vt illud: At Græci pedibus liberi irruerunt, nam irruere, & translatio & actio est, velocitatem enim ostendit. Et veluti Homerus sæpius facit, dum inanimata vt animata gerere dicat per translationem. In omnibus igitur si significanter aliquid geri ostendas, comprobatur, vt in istis: Ac rursus in campos lapis impudens ferebatur. Item, hastáque volabat. Item, volare ardebat. Item, fixóque in terra corpore, laturari cupiebant. Item, at mucro per pectus traiecit, nam in his omnibus quasi animata gerere aliquid videntur. Impudentia enim, & rapere, & cætera actiones sunt, quæ omnia per translationem ex proportione poëta commouit. Sic enim lapis se habet ad Sisyphum, vt impudens ad eum, quem impudenter vexat. Verum hæc in imaginibus etiam comprobatis de rebus inanimatis fiunt. Suspensos fluctus, mouere enim ac viuere cuncta ostendit, actio autem hæc mutatio est. Oportet autem vt iam dictum est, à propinquis & apertis transferre: quale in philosophia quoque simile est, quod vel in multo diuersis perspicere ingenioso est atque solertis. vt Archytas dixit idem esse prætorem, ac aram: quoniam ad vtrumque refugit qui iniuriam patitur. Aut si quis dicat anchoram & suspensorũ idem esse, sunt enim idem quid ambo, sed differunt in eo quod inferius atque desuper. Aut * exæquatas esse ciuitates, eadem enim in longe diuersis superficie ac viribus dicta æqualitas est. Sunt autem vrbanitates etiam per translationem ex deceptione. Manifestius autem fit quod dicitur, quoniam contra opinabatur, videturque animus dicere: Ita vere est, ego vero errabam. * Dicta etiam commoda ex eo quod non dicit, vrbana sunt, vt illud Stesichori, quod ei cicadę humi canent. Eademque de causa quę cõprobantur ænigmata, iucũda sunt: disciplinatio enim in est. Dicitur etiam translatio, vt Theodorus dicit, cùm noua dicuntur, quod sit cùm præter opinionem fit, nec vt ille dicit, si ad priorem opinionem cõferas: verum quemadmodũ in ridiculis quæ depraua ta sunt, & in fabbus, qui ex literarum quadam fiunt depraua tione, decipitur enim auditor, & in metris, cùm non consequatur oratio, vt auditor putabat. Ibat autem in pedibus habens viscera, auditor autem opinabatur calceos dicturum, simul enim hęc dum dicuntur, aperiri oportet. Quod vero depraua tione fit, aliud facit quàm dicit, vt illud Theodori aduersus citharœdum Nicomen, Turbat te, dissimulauit enim velle dicere, quòd te decipiat, id enim turbat significat, at ille quoniã ex Thracia ipsum esse sciebat, aliud dicebat: quocirca discenti iucundum. Sic & in vt

* inæqualia

De vrbanitatibus per translationem ex deceptione.

* ἀπροσδόκητα

banis atque facetis, veluti apud Isocratem principatum ciuitatis principium esse malorum: quod enim non putabatur dicturus, id dixit. Quæ omnia tunc probantur, cùm per æquationem vel translationem nomen afferatur, & commode si semper bit. Nec oportet peregrinum peregrinum semper esse. Et illud Anaxandridæ, quod in primis fertur. Bonum est mori ante quàm morte dignum quid faciat. Idem enim ac si dicas: Dignum est mori, ante quàm sis dignus mori. Genus igitur dictionis in eo idem est: verum quanto breuius, & per oppositionem dicta sunt, tanto magis probantur. Cuius rei causa est, quoniam maior disciplina, facilisque propter oppositionem sit, & quoniam paucis, ideo citius. Oportet autem semper ad quem dicitur, aut quod recte dicitur, significari, si quod dicitur, & verum est, & non superficiale. Separantur enim hæc nonnunquam hoc pacto: Mori oportet nihil peccantem: nam id non est vrbane dictum, nec ideo Dignum oportet dignam vxorem ducere, sed si vtraque simul habebit, hoc modo: Dignum enim tunc mori, cùm non sit dignus mori, quando autem plura continet, tanto vrbanius videtur: vt si & vocabula per translationem sint, & translatio huiusmodi, & si compositio comparitúsque insit, & si geri videatur. Imagines quoque, sicut & in superiore but dictum est, translationes quodammodo sunt & laudantur. Nam aut ex duobus constant sicut & translatio per proportionem: veluti dicimus clypeum Martis phialam, & arcum lyram insidem, sic igitur cùm dicimus, non simplex fit: cùm vero dicimus arcum lyram, aut clypeum phialam, simplex. Fingunt etiam imagines

Imagines in verbanis audari.

ginem sic, veluti simiæ * pulsanti, aut lupo ad calcar madefacto: vtraque enim colliguntur. Probe vero dicitur, cùm translatio insit, possumus enim clypeum phialæ Martis assimilare: & Niceratus, Philacteten esse à phratyos morsu laceratum, ita enim contulit Thrasymachus cùm à Peatye victum vidisset Niceratum, versus barbatum adhuc atque squalidum decantantem. In quibus maxime Poetæ errant, cùm non recte reddiderint, veluti Philamon cum Coryco contendens dixit, veluti apium * tortuosa crura gerit. Et sunt omnia hæc imagines, quas translationes esse eam sæpe dictum est. Proverbia quoque translationes ex specie in speciem sunt: Vt si quis vt boni aliquid consequatur, id adducat vnde damnum illatum sit: vt Carpathius inquit leporem. vtrisque enim quod dictum est accidit. Verum vade vrbana dicuntur, & cur, causa ferè dicta est. Sunt autem probatę quoque causę superlationes per translationem, vt in vlceribus plenum quidam dixit. Putaui enim ipsum plenum moris sicellam esse: nam vlcus rubrum quiddam est, imò valde rubrum. Cùm vero dicitur sicut hoc atque hoc, superlatio est, modo quodam dicendi differens: vt illud, Philamon Coryco pugnat, putaui autem ipsum Philamonem esse Coryco pugnantem. Veluti apium crura esse tortuosa, putauit enim non crura, sed apia eum gerere sic tortuosa. Sunt autem etiam superlationes pueriles, quo niam vehementiam significant, quocirca irati maxime ita dicunt: Nec si mihi tot daret, quot arena & pulvis. Item, Atridæ vero Agamemnonis filiam non ducam, etiam si aurea cum Venere de pulchritudine certaret. Vtuntur autem hoc modo maxime Attici oratores: sed seni sic dicere

* *similem tibicinem.*

* *lævia.*

Proverbia

Superlationes.

cere indecorum est.

De diuersis dicendi generibus. Cap. XII.

OPortet autem non ignorare, non eandem vnicuique generi eloquutionem congruere. Non enim eadem est historica, & concertatiua, nec deliberatiua, & iudicialis. Vtrunque autem necesse est scire, alterum vt Latinè dicere scias, alterum ne cum aliis significare velis, tacere congaris: quod patiuntur qui scribere nesciunt. Historica igitur dictio est, quę maxime propria est. *Historica eloquutio.* Concertatiua vero, quę maxime simulata est. Cuius duo genera sunt, nam altera morata est, altera affecta. Quapropter & histriones huiusmodi fabulas eligunt, poëtæ quoque hos, & tales. Sustinent vero legibiles, vt Chæremon, (est enim exquisitus vt historicus) & Lycimnius ex dithyrambicis. Cúmque conferuntur, historici quidem in certaminibus angusti, oratores autem bonis cùm legantur, agresles videntur, causa vero est, quoniam certaminis congruunt. Quam ob causam simulata hæc cum actione remota suam non reddant efficium, stolidiora videntur: veluti articuli, & ea quibus sæpius idem dicitur, recte in historia reprobantur. At vero in demonstratione oratores vtuntur, simulata enim sunt. Est autem necessarium commutare cùm idem dicimus id viam præbet actioni, hoc modo: Is est qui vestra furatus est, is qui vos decepit, is qui denique vos prodere conatus est, quod Philemon histrio faciebat in Anaxandridę gerontomania, quandocunque Khadamanthus, aut Palamedes introducitur. Et in præfatione Piorũ, ego ac ego sæpius repetit: nam si quis hæc non recte pronunciat, fit qui trabem portat. Et articulos similiter. Veni,

veni, offendi, supplicaui, opus enim est actione, nec vt vnum dicere, nec eodem modo, & eadem figura vocis dicere. Præterea articuli breuiásque dissolutæ proprium quiddam habent, in eodem enim tempore multa dicere videntur: nam cùm communio multa faciat vnũ, patet econtra quàm vnum erit multa, si tolletur. Quare amplificant: Veni, dixi, supplicaui: sed despexit quæ dixi, quæ approbaui. Id Homerus quoque facit in illo: Nireus ab Syme, Nireus Aglaię, Nireus qui formosissimus. Nam cùm de aliquo multa dicuntur, necesse est quoque multoties dici, quare si multoties, multa quoque videntur. Amplificauit igitur semel eius recordatus propter deceptionem, mentionémque nullibi amplius fecit, cùm & in enumeratione postremo eius meminerit. Deliberatiua vero elocutio adumbrationi atque picturę omnino similis est: nam quanto maior populus sit, tanto longius spectant, quapropter quæ exquisita sunt, superuacua magis, peioráq; in vtrisq; videntur. Iudicialis autem exquisitior, multóque magis si aput vnum iudicem, minimum nanque id est in rhetoricis. Nam quod ad rem pertinet, breuis est ialicea vero & concertatio absunt, quare iudicium purum est. Quapropter nec iidem in omnibus his comprobantur oratores: sed vbi actionis plurimum, ibi minimum est exquisitę eloquutionis, id vero vbi voce, ac maxime vbi magna opus est. Demonstratiua vero dictio, historica maxime, cuius opus lectio, post hanc iudicialis. Superuacuum vero est eloquutionẽ in iucundam & in magnificam diuidere: nam cur id magis, quàm in liberalem, & modestam, & in alias morum virtutes? quę enim dicta sunt, ea iucunda facimus, siquidem eloquutionis virtus recte defi-

Deliberatiua.

Iudicialis.

Male quorundam eloquutionis diuisio.

nita est. Cuius enim gratia non humilem, sed di-
luculam atque decentem oportet esse: nam
prolixa est, non est dilucida, sed nec etiam si bre-
uis, patet igitur mediocritatem commodam esse
Iucundam quoque facient quæ dicta sunt, si ver-
& prisca bene collocentur, & numerus, & verb
multitudo ita vt decet. Ac de dictione quidem, &
eloquutione, & communiter de omni, & secundu
de singulorum generum dictum est restat modo
de ordine dicere.

De Partibus Orationis.

CAP. XIII.

SVnt igitur duæ orationis partes. Necesse enim
est primo rē exponere, de qua, deinde demon-
strare. Idcirco non demonstrare cùm exposuerim
vel demōstrare antequā exposueris, impossibile
nā & qui demōstrat, aliquid demōstrati & qui pro-
ponit, demōstrandi gratia exponit. Horū autem
alterū propositio est, alterū fides, veluti si quis di-
uidat, ac dicat alterum esse problema, alterū de-
monstrationem. Nunc autem ridiculose diuidit:
nam narratio iuridicialis solum orationis est spe-
mōstratiuę autē & deliberatiuæ quomodo potest
esse narratio, qualis ab his dicitur? aut quæ in ad-
uersarium feruntur, aut demōstrationū enumera-
tio? Proœmiū vero & collatio & replicatio tum
in cōcionibus fiūt, cùm cōtrouersia insit rē aut
satio atq; defensio sit po, verū nō ita deliberatio.
Sed epilogus adhuc neq; iudiciali omni: veluti si
breuis oratio est, aut si res memoratu facilis
dit enim ei vt prolixitatem imminuat. Quare par
tes necessariæ, propositio & fides. Propriæ atq;
hæcque autē cōmunes, proœmiū propositio, per-
suasio, & epilogus. Nā quæ in aduersarū feruntur,
ad fidem facundam dicuntur. Collatio vero

suorum amplificatio est, quare pars quædam est
eorum quæ fidem faciunt, demonstrat enim ali-
quid qui confert: sed exordium nequaquam, nec
enumeratio, sed in memoriam reducit. Quare si
quis hæc ita diuidit, vt Theodori auditores facie
bant erit aliud narratio, & aliud prænarratio, &
aliud supernarratio, elenchus quoque ac superele-
nchus. Sed oportet cùm speciem quādam dicas
ac differētiā, tūc nomē imponere, aliter inane ac
augatorium est: veluti Lycimnias in arte facit, cor-
coborationē appellans, & aberrationē, & ramos.

De Exordio. Cap. XIIII.

EXordium igitur est orationis initium, sicuti in
poēsi prælatio, & in lyræ pulsatione * prælu-
dium, omnia enim hæc initia sunt, & quasi viæ
ad sequentia præparatio. Pulsationis igitur prælu-
dium demonstratiuo exordio simile est. Nam
quemadmodum qui fistula canunt, quod cātatu-
ri sunt, id præcantatum coniungerunt: sic in de-
monstratiua oratione scribendum est, quicquid
enim velis oportet cùm statim prædixerit produ
cere atque coniungere, idque omnes ita faciunt.
Cuius exemplum Isocraticæ in Helenā orationis
exordium, nihil enim cōtentiosis sermonibus &
Helenæ commune est: & simul si digredietur, par
est ne tota oratio einsdē sit speciei. Fluunt aūt de
monstratiuorū exordia ex laude aut vituperatio
nem vt Gorgias in Olympiaca oratione: Admira-
tione dignum apud multos est ô Græci: laudat
enim eos qui celebres solennitates constituerūt.
Isocrates vero vituperat, quoniam virtutem cor
poris inuneribus honorarunt, prudentiæ autem
nullum certamen posuerunt. Et à consilio, vt si
quis diceret probos viros colendos esse, ac ideo
Aristidem laudare non eos qui nec probantur,

nec

* προαύλιον.

Demōstratiuū exordium.

nec improbantur, sed eos qui cùm probi sint, tentent, vt Alexander Priami; hic enim laudet. Pro terea ex iudicialibus exordijs, id autem est ex iis quæ ad auditorem sunt, si aut de re nota, aut de li, aut de peruulgata, vt ignoscendum sit, vt Cal nius dicit: Nunc vero cùm omnia forte distri ta sint. Demonstratiuæ igitur orationis exor ex his sunt: ex laude, ex vituperatione, ex ad tatione, ex dehortatione, & iis quæ ad audito sunt: necesseque est vel aliena, vel propria e

Iudicialia exord. quæ viam orationi faciant. Iudicialia vero ex dia idem possunt quod fabularum præfation & Poëtis exordia. Sed dithyrambicorum de strationis similia sunt: vt illud, Propter te, atq; nera tua, imò prædas. In orationibus autem poëtis futuræ orationis mõstratio sunt, vt audito tes non sint suspensi, sed præsciant qua de re batur oratio: nam quod indeterminatũ est, in rorem adducit. Qui ergo principium quasi nu num dedit, is facit vt auditor retentus oratio sequatur. Propterea poeta dixit: taque pasde hi. Dic mihi Musa virum: &, Dux mihi Musa quonam pacto ex Asiatica tellure bellum in E ropam ingens irrupit. Tragici quoque fabula significant, quamuis non statim, vt Euripides, præfatione tamen ipsa significant: sicut & Sopho cles, Mihi pater Polybus erat. Comœdia eo eodem modo. Exordij ergo id proprium opus e maximeq; necessarium, finem ostendere ipsius cuius gratia oratio habetur. Quare si patet, & re parua sit, non est vtendum exordio. Cætera vero genera quibus vtuntur, communia & me sunt, quæ vel ab ipso dicente ducuntur, vel ab auditore, vel à rebus, vel ab aduersario. A no igitur

gitur & ab aduersario quæcumq; ad calumniam pertinent, ita ducuntur, vt vel soluantur vel cõfirmentur, sed non in eodem loco. Nam qui defendit primum ad calumniam respondet: qui vero accusat, in peroratione inuehitur, nec causa latet, necesse naque est defendenti, quæ impedimento sunt, primum dissoluere: calumnianti vero in perorationc id facere, vt audientes melius meminerint. Auditor autem disponitur, si ad beneuolentiam vel ad iram prouocatur; & interdum si attentus sit, aut contra contemnens. Non tamen semper conducit attentum facere, multi namque conãtur ad risum deducere. Ad docilitatem igitur omnia refert, & si quis ita vult etiã vt probus videatur, his enim magis attendunt. Attenti ergo fiunt rebus magnis, suis, nouis, iucundis, quare faciendum, vt de his oratio esse videatur. Ad contemnendum vero aptos faciemus, si rem dicemus paruam, si doloris effectiuam, si nihil ad eos pertinere. Non oportet autem ignorare extra orationẽ hæc esse omnia, ad paruum enim dicuntur auditorem, qui quæ sunt extra rem, libẽter audit, nam si talis non est, non est opus exordio, nisi vt res summatim dicatur. Est autem omnium partium communis attentio, vbique enim magis remittuntur quàm in principijs. Quare ridiculus qui solum in principio collocat, quando maxime omnes attente audiunt. Vbicumque igitur opus erit, dicendum, Animaduertite quæso: nam hæc res non est magis mea quàm vestra, vel, Dicam enim vobis nouum atq; inauditũ crimen, vel rem ita mirabilem. Id vero est, vt Prodicus dixit, cùm ad somnũ auditores deferuntur pecuniã inter ipsos spargere, Quod vero ad auditorem non inquantũ auditor, patet,

nam omnes, vel calumniantur, vel à timore se
exordiis dissoluunt. Dicam, ô rex. Qui vero
turpem habent, aut habere videntur, his vbius
immorari cõfert magis quàm in re. Quapropter
etiam serui non respondent ad interrogata: sed
quæ circa illa sunt ea dicunt & exordiuntur. Vt
autem benevoli fiant, & de huiusmodi cæteris a
ctum est. Verum quoniã probe dicitur, Ad Phæ-
eas mihi præsta Pallas amicum miserabilem
venire: hæc duo summopere spectanda sunt. In
demonstrativis autem faciendum vt auditor cu
laudari, aut seipsum, aut genus aut studia sua pa
tet vel alio quodam modo. Nam quod Socrates
in funebri dixit, non esse difficile laudare Athe-
niẽses apud Athenienses, sed apud Lacedæmonios

Deliberativa exordia

id verum est. Deliberativæ autẽ orationis exor-
dia ex iudicialibus rationibus fluunt, nam pro-
pria minime habet, nam cùm de quo sciunt dici
tur, non eget res exordio, nisi aut propter lo-
psum, aut propter aduersarios, aut si nõ tantum
quãtum vult, sed vel maius vel minus arbitran-
tur, quas ob res vel calumniãdũ, vel dissoluẽdum
est, & aut amplificandum, aut attenuãdum. Ho-
rum igitur causa, exordio in deliberativis opus
est, aut etiam ornatus causa quoniam manca vi-
dentur nisi habeant: qualis Gorgiæ laudatio
Elios, nam cùm nihil prædixerit, neque commo-
uerit, illico erupit. Elis ciuitas felix.

Lucas ad dissoluendum Calumniam.

Cap. XV.

AD dissoluendam vero calumniam vnus quis-
dem locus, vnde quispiam turpem existima-
tionem propulsaret. Nihil enim differt, siue quid
inuectus est, siue non: quare id vniuersale. Alius
locus, vt illata crimina depellas, aut quod non

sunt, aut quòd nocua non sunt, aut non huic, aut
non tanta, aut nõ iniusta, aut non magna, aut
non turpia, aut non habentia magnitudinem. De
his enim quæstio, vt Iphicrates aduersus Nausi-
cratẽ dixit, feciße se quod ille dicebat, & necuis-
se, sed non feciße iniuriam. Aut aliud alij oppo-
nendum, hoc pactum: nocuum, sed honestũ: dolo-
rem inferens, sed vtile: cæteráq; huiusmodi. Alius
locus, quòd error, vel aduersa fortuna, vel neces-
situdo fuit: sicut Sophocles dixit, timere se nõ vt
accusator dixit, vt senex videatur, sed inuitus. nõ
enim veilet se annos octoginta natum. Præterea
finem pro fine opponere, noluit nocere, sed hoc
voluit. Et feciße quidem id, de quo accusatur, no
cimentum vero accidiße: parat autem odio me ha
beri, si vt sic euenire fecißem. Alius, si deprehen
sus in eo crimine calumniator vel nũc, vel alias,
& aut ipse, aut propinquorum aliquis. Alius, si
alij quoque comprehenduntur, quos aduersarij
non esse reos concedunt. vtputa, si adulter mun-
dus est: & hic ergo. Alius, si alios quoque calum-
niatus est, aut si alius ipsum, aut si absq; calũnia
credebãtur, veluti & ipse nunc, qui tamẽ extra id
crimen erant. Alius calũniari calumniatem. cur
enim cum ipse *parũ credat, huius verba credan-
tur? Alius, si iudiciũ factum est, veluti Euripides
aduersus Hygiænontem in Antidosi accusantem
impietatis, & scripserit peierandum esse cùm di-
cat: Lingua iurauit, mens vero minime respõdit,
iniuriam facere Hygiænontẽ, cum iudicia Dio-
nysiaci certaminis in forum ducat, ibi enim cau-
sam dixiße, dicturúmq; si accusare voluerit. Alius
accusatorẽ accusando: vtputa & alia iudicia quæ-
rit, & rebus nõ credit. Cõmunis autẽ vtriusque è
figuris est, veluti Vlysses in Teucrũ, quòd propin-

*ἀπίστει

quus esse Priamo. Soror enim Hesionem, ille vero rat pater Telamon, Priami hostis, tu autē eū exploratores non prodidisti. Alius accusatoris proprius cùm parū laudat, vt magis vituperet magnū breuiter, aut cùm multa bona propositi vt vnū quod ad rem pertineat, vituperet, quales sunt qui artificiosissimi atq; iniustissimi sunt, ad per res bonas nocere conantur, cū malis eas permiscentes. Cōmune autē dissoluenti cum calumniatore, quoniā cōtingit idem multorū gratia factū esse, vt hic depraūdo ad pejus accipiat, ille soluēs aūt ad melius, hoc pacto. Diomedes Vlyssem elegit, alter dicet quoniā virū fortē putabat, alter nō ideo, sed solū ne cōcertatorē haberet tā quam ignauum. Ac de calumnia hæc dicta sint.

De Narratione. Cap. XVI.

NArratio autem in demonstratiuis contingit non est, sed in partes diuisa, nam oportet exponere res gestas, ex quibus oratio constituitur. Constituitur autē oratio partim ex eo quod artificiale non est: non enim est rerū gestarū orator causa: partim ex eo quod est artificiosum, ad vero est, cùm ostēdunt quod fit, præsertim si incredibile videretur, aut quale, aut quātū, aut hæc omnia. Quas ob res non semper oportet cōmemorare cuncta enarrare: difficile enim est memoria tenere quæ sic demonstrātur, sed ex his fortis, ex his prudens, aut iustus ostendetur, nam hæc oratio explicatior est, illa vero implicatior, atque multiplex, & minime plana. Oportet autem cùm res notæ sint, in memoriam eas solummodo breuiter reducere, nam multis narratione opus nō est, veluti si Achillem laudes cuius res gestas omnes preceperunt cognitis rebus tantū vti oportebit, verum si Critiam laudaturus sis, cùm non multi

res eius teneant, narrare necesse est. Cùm igitur laus sit, magnitudinem virtutis ostendēs oratio, tales res gestas fuisse demonstrādum, laus igitur rerum gestarū est. Quæ vero extra sunt, sicut nobilitas ac educatio, ad faciendā fidem adhibentur, verisimile namq; est probū ex probis, & bene educatum in bonum virum euasisse. Quapropter & qui gesserūt, eos laudamus, & operationes ipsius actionis signa esse dicimus. Verum quoniā laudaremus, etiam si non gesserit, talem esse nobis persuaserimus: beatio & felicitatio ipsis quidem eadem, his vero non eadem, sed sicut virtutem felicitas, sic hæc felicitatio continet. Habet autem laus nonnihil cum consilio cōmune, nam quæ suadendo admoneres, hæc commutata oratione laudem cōficiunt. Quare cùm habeas quæ agere qualemque esse oporteat, admonendōque id explicauerit, mutāda versandāque oratio est, vt laudem efficiat, veluti cum dicas: Non oportet a fortuna neq; extrinsecus, sed intrinsecus atque a seipso pendere: hanc compositione orationis admonitionem sic in laudem vertes, non enim a fortuna neque extrinsecus, sed intrinsecus atq; a seipso ille pēdebat. Quare laudaturus, quid suaderes & suaturus quid laudares considera: orationemque ita versa, vt nunc quidem quod prohibet, nunc vero quod non prohibet, commutes. Qui vero breuem esse asserunt narrationē oportere ridiculi sunt, veluti qui interroganti pictori, *Quan debet esse narratio.* derūmne an mollem pinset quid, inquit, est ne impossibile bene pinsere? Oportet enim non esse longam narrationem, nec exordium, nec quæ fidem faciunt: bene dicere tamē, quod est oratoris proprium, nec in lōgo, nec in breui est, sed in mediocri. Id vero est si ea dicas, quę rem significan-

ter exponant, id est, quæ possint efficere, vt vel factũ esse, vel iniuria factũ esse, vel damno fuisse, vel tantam rem esse quantum velis, credat auditor. Aduersariis autem horum contraria. Annectenda vero narrationi sunt, quæcunque vel nostrates tuas, vel aduersarij vitia subostendunt, vel auditoribus iucunda sunt, vt si diceres: At ego semper suadebam, quod iustum ac pium est, non esse deserendos liberos: hic autem reclamabit vbicunque ipse esset, ibi facile alios sibi liberos futuros, cæteráque huiusmodi, quę dicit Herodotus transfugas Aegyptijs respondisse. Defensio igitur breuior semper narratio, & per quæstionem, aut factum non esse, aut non iniuria, aut non damno fuisse, aut non tantum, nõ enim à quæstione recedendum, nisi quid ad illam conducat: vt si factum esset, non esset tamẽ iniuria factum. Ad hæc quæ gesta non sunt, si commiserationẽ aut indignationem faciunt, perinde vt gesta narranda. Huius exemplum Alcinoi apologus, quod ad Penelopem in sexaginta esset annis factus. Ad Phayllí circulus, & in Oeneum præfatio. Oportet autem narrationem maxime moratam esse, quod facile faciemus, si non ignorabimus quid sit quod moratam orationem efficiat. Primum igitur est, si ita dicat, vt qualis sit animus hominis, subappareat. Morata autem oratio quæ is quædam ideo est, quòd voluntas atque electio qualis quædam est, huic vero inest qualitas propter finem. Idcirco mathematica oratio morata esse non potest: quoniam cùm cuius gratia non habeat, nulla ea subapparet electio. Socratica vero quoniã de talibus est, morata est. Moratam igitur orationẽ efficiunt, quæ mores hominis consequuntur, vt si dicas, Hæc ambulando vociferabatur. Ostendit enim audacẽ hominem, atque agrestem. Itẽ si non ita vt ratione persuasus, quod multi nunc faciunt, sed vt appetitione. Elegisti, ego vero malui quod vtilissimum erat, aut quod optimũ, est enim illud prudẽtis, vtilia persequi: hoc viri boni, honestũ pręponere. Quòd si parum credibile quod dicis videretur, ratio afferenda. Vt Antigone apud Sophoclẽ facit, cum persuadere velit fratrem se viro atque filijs ante ponere. Viro enim ac filijs amissis, alios facile forsan habebis: frater vero si parentes obierunt, nunquam tibi nasciturus est. Verum si nulla succurrit ratio illud dicere poteris, non ignorare res parum credibilia hæc videri, & tamen audacius dicere, quoniã natura huiusmodi sis. Minus autẽ auditori credibile videtur, si aliud præter vtile nos agere ostendimus. Præterea si ea narrando expones, quæ affectus mouent, eorúmque cõsequentia, & præcipue quæ auditores non ignorãt, & aut tibi aut illi insunt, hoc modo: Hic autem cùm me illusisset, abiit. Et vt de Cratylo Aeschinetes, quòd ore personãs manúsque quassans, & intonuit, manúq; minatus est. Verisimilẽ enim hæc orationem faciunt: quoniã quæ non ignorantur ab auditoribus, hæc eorũ signa fiũt quę nesciũt. Huiusmodi vero plurima Homerus nobis suppeditabit. Astanus, inquit, faciem manibus retinebat, nam qui lacrymas effundere inceptant, manibus oculos attingunt. Post hęc illico te qualem quendam videri latentes facias. Quod facile fieri posse inde patet, quòd de nouarum rerũ nunciis, quãuis eos minime cognoscamus, vi tamen orationis quales nam sint suspicamur. Est autem opus multis in locis narrare, & nõnũquã in ipso principio. In deliberatione vero idcirco narra-

a. l. ca-pitibus.

Moratam fe narrationẽ oportere.

In delibe

Universidad de Deusto Biblioteca

stionē nō cidere arrationē

tio non incidit, quoniam de futuris rebus narrādum non est, & cùm incidit, rerum iam gestarum est, quibus, aut deprimendo, aut efferendo, auditores cōcitantur, vt illarum memoria de futuris melius cōsulant, verum tunc officium consiliarij non adhibetur. Quòd si quid minus credibile narratur, dicere statim causam aut polliceri oportet. Vt in Oedipode Carcini Iocastæ cum is interrogaret, qui filium quærebat, semper promittit. Similiter apud Sopheclem Aemon.

De Confirmatione. *Cap.* XVII.

QVæ vero fidem faciunt, ea vim demonstrādi, quoad eius fieri potest, contineant. Ex cum quatuor quæstiones sint, si factum est, si obfuit, si tantum, si iure: semper ad id quod in iudicio quæritur, accommodanda demonstratio est: eodémque modo etiam si de faciundo aut non faciundo quæstio est. Neque nos fugiat quòd in hac vna quæstione alterū esse præstare necesse est, non enim vt si qui de iure aut iniuria quærēt, ignoratio causa est: quare in hoc, non in cæteris immorandum est. In demonstratione vero quòd honestè, aut vtiliter gesserit, vt plurimum amplificatio fiet, nam res quidem ipsa cùm credi debeant, raro neque nisi cum vel credibiles videantur, vel alius causam habeat, solent demōstrari. In deliberatione autem non futura quæ dicis, respondebit quispiam, aut si futura concedet, tamen vel non iusta, vel non vtilia, vel non tanta fore asseuerabit, eritque illud maxime perspiciendum, si quid præter rem falso dicat: id enim signo erit cætera quoque ipsum mentiri. Præterea scire oportet sic exempla deliberationibus maxime accommodari, vt iudicialibus enthymemata, nam cùm sit omnis deliberatio

ratio de futuris, à præteritis per exempla de ipsis necesse est dicere, iudicia vero de iam factis aut non factis sunt: quæ demonstratione idcirco habent, quoniam & necessitatem habent, præterita enim necessitatē iam habent. Nō oportet autem enthymemata cōtinue dicere, sed alius permiscere, ne aliud alij officiat. Est etiam quantitatis terminus quidā, vt Homerus quoque ostendit. Amice quoniam tot dixisti, quot sapiens vir attulisset, tot inquit, non eiusmodi. Nec enthymematis causa tibi probanda, ne tibi necesse sit ex ignotioribus notiora confirmare: quod Philosophantium nonnullis accidit. Nec cum affectus mouēdi sint, enthymemate vtaris: ne quoniam motus qui simul fiunt, alter alterum excutiat, vel ambo concidant, vel remissiores reddātur, aut affectus exstinguantur, aut frustra sit allatum enthymema. Nec cùm moratam orationem efficere velis, enthymema quæras, nam demonstratio nec animos mouet, nec electionem habet. Sententiis autem tam in narratione, quàm in concertatione vtēdum est. Plurimum enim afficiunt, moratámque orationem reddunt, hoc modo. Cōmisi ego hæc illi, quanis scirem omnibus credendum non esse. Et cum affectu fic. Nec tamen, etiam si vexatus iniuria sum, me pœnitet, præsertim cum videam huic lucrum, mihi ius superesse. Verum deliberatio iudiciali causa multo difficilior est: primum quia alia futurorum, hæc præteritorum est, quæ vaticinantibus saltē (vt Epimenides Creten fis dicere solebat) certora sunt, it enim diuinationem futurorū reipuebat, præteritorū quæ occulta erant, solum amplexabatur. Deinde quia eum leges iudicialibus supponantur, principium asserunt, vnde inueniendi facultas præbetur. Ad

Deliberatio iudicialis causa multo difficilior.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc, quia non habet multa diuersoria, vtputa si aduersarium, aut de seipso, auditoris in affectus impellendi, quod minime adhibendum est, aut digrediatur. Idque per dubitationem faciendum: vt Athenienses oratores factitant, & Isocrates accusat enim in suadendo vt Lacedæmonios in panegyrica, & Chareta in sociali oratione. In demonstrationibus autem exterioribus laudabur amplior efficienda oratio est, quod Isocrates fecit, aliquid extra semper adducens. Id vero est quod Gorgias dicere solitus erat, quòd videlicet nunquam sibi deesset oratio. Nam sic de Achille dicendum est, inquit. Peleum laudabo, deinde Aeacum, postremo Iouem. Eodemque modo de fortitudine: aut quoniam hęc atque hęc facta quod tale quid est: aut quoniam talis quædã est. Cùm igitur demonstrationibus nõ eges, tunc de morate, & demonstrando tibi erit dicendũ, cùm vero enthymemata nõ succurrunt, tunc morata maxime tibi erit oratio. Quæ res idcirco bonum virum magis decet, quòd malit ipse probus videri, quàm demonstrationes sibi esse certiores. Ex enthymematibus vero quæ redarguunt, magis probantur, quàm quę demonstrãt, nam quoniam contraria ex collatione magis cognoscuntur, idcirco quæ redarguunt, acriùs inferuntur. Cùm verò iam aduersarij locos aggredimur, non in alia parte, sed in secunda fide adhuc versamur, ac alios obuiciendo, alios argumentando dissoluimus. Sunt autẽ tam in cõsilio, quàm in iudicio nostra primum collocanda, deinde aduersariorum cum contẽptione quadam refutanda. Quod si multiplex & varia est aduersariorum oratio, primum confutabimus: vt Callistratus in confutatione Messeniaca fecit, qui primo, quæ dicere aduer

In demonstrationibus quomodo amplior efficienda oratio.

aduersarij possent, confutatis, sua deinde posuit. Si vero secundus dices, refutãdum tibi prius erit solmendo, ac contra arguendo, & maxime si aduersarius persuasisse videretur, nam quemadmodum infamem hominem primus aspernatur, sic orationem quoque cõtemnit, si bene dixisse aduersarius videatur. Quare auditor vel omnium, vel plurium, vel firmissimorum, vel saltem consentientium facilium firmatione præparatas aures nostris dabit, credibiliorãque putabit vt illud. Primum Dijs propugnabo. Nam ego Iunonem, primam enim quod honestissimum erat, aggressus est. Verum hæc de fide dicta sint. Cùm autem morata vtimur oratione, quoniam quę nobis dicimus, aut inuidiam prouocãt, aut longam orationem efficiunt, aut obiectionem patiuntur: quæ vero de aliis, vel cõtumelioſa vel agrestia videntur, quoniam ergo hæc mõmodata consequuntur, alium oportet dicentem introducere. Quod Isocrates in Philippo & in Antiodosi facit. Et vt Archilochus vituperat, cùm patrem de filia finxit in iambo dicere: Quid non mortales pro pecunias facturos credimus? aut quid non deieratur? Sophocles quoque sic Aemonia pro Antigone aduersus patrem introducit, vt alij dicere videantur. Varia etiam oratione vtendum, vt nunc enthymemata in sententias, nunc sententiæ in enthymemata commode immutẽtur, hoc pacto: Conciliari maxime tunc oportet, cùm felix fis, sic enim ex sententia rem tuam conficias. Hanc sententiam sic in enthymema vertemus, nam si oportet, eum tibi maxime confert, tunc conciliatis nunc ad agendum, cùm secunda nobis cuncta procedant. Sed de his satis. Nunc de occasione interrogandi dicendum videtur.

Quo pacto in morata oratione agendum.

De

De occasione interrogandi. Cap. XVIII.

PRimum igitur tunc maxime interrogandum est cum ex duobus alterum iam ipse aduersarius protulit, vt altero per interrogationem adducto absurdum quid consequatur: vt à Pericle de liberis sacrificiis interrogatum Lamponem scimus respondisse, nefas esse non initiatum audire. Pericle mq; percontatum si ipse sciret, cúmque inuenerit, & quomodo, dixisse, cùm initiatus esset. Deinde cùm propositionum alia manifesta sit, aliam daturos aduersarios non ambigis: tum etiam necesse non est eam propositionem quæ manifesta est, interrogando proponere, sed conclusionem inferre: velut Socrates cum Melitum diceret non arbitrari ipsum Deos esse. Atqui inquit, dæmonia esse quædam fateor. Quod ille cùm affirmasset, interrogauit an dæmones Deorum filij essent, vel saltem diuinum quiddam. Quo dato. Est igitur, intulit, qui Deorum quidem filios esse, Deos vero non esse arbitretur? Posterea cùm vel contraria, vel præter opinionem dicere aduersarium demonstraturi sumus. Quando cùm non possit soluere, nisi cauillatorio modo respondeat, nam si sic respondebit, esse quodammodo, & quodammodo non esse: aut hæc quidem sic, illa vero nonnunquam aliquando sic, aliquando non turbantur dubitantes. Aliter igitur nec conandum quidem est, nam si instabit, vitium iam videbitur, non enim poterit propter auditoris imbecillitatem de multis simul interrogare. Quapropter enthymemata quoque ipsa quam maxime conuoluenda sunt. In respondendo autem si ambigua sient, non statim soluere, sed prius ratione distinguere oportet. Sin vero contraria videntur, statim pro responsione inferenda solutio, antea quàm consequenter aliud interroget aut ratiocinetur, nec enim difficile est in quo ratio sit perspicere. Cæterum ex Topicis tam hoc, quàm solutiones nobis patebũt. Præterea si concludendo conclusionem interrogationem facit, causa dicenda est: vt Sophocles à Pisandro interrogatus, si sibi quoque vt cæteris consiliarijs visum sint quadringentos viros constituere, respondit: An hæc improba tibi non videbantur? At ille: Tu ergo hæc improba comprobasti? Ita, dixit, nec enim erant meliora. Et vt Lacedæmonius quidam censuræ rationem reddens, interrogatúsque si iure sibi cæteri peremptividerentur, dixit: Ergo tu eadem istis censuisti? At ille: Ergo tu quoque iure peribis. Minime, inquit, nam illi corrupti pecunia hæc iudicarunt, ego vero nequaquam, sed sententia. Quapropter nec rursus post conclusionem interrogadum est, nec iterato conclusionem ipsam, si non multum veritatis habet. Quoniam vero ridiculorum quoque vsus in certaminibus est, oportereque Gorgias recte dicebat aduersariorum seria risu præuertere, & risum seriis: explanatúmq; in iis quæ de re Poetica dicta sunt, quot ridiculorum genera sint, quorum alia liberis congruunt, alia non: inde quæ rei conuenient, orator assumet. Est autem illiberalis scurrilitate libero magis idonea, nam qui illa vtitur sui, scurra verò alterius gratia loquitur.

De Peroratione. Cap. XIX.

PEroratio autem ex quatuor constat: ex iis quæ faciunt vt bene de nobis, male de aduersarijs auditor sentiat. Quæ amplificant, aut extenuãt. Quibus in affectus auditor impellitur. Quibus in memoriam dictorum reducitor. Natura enim fit, vt cùm te quidem veracem, aduersarium

rium vero mendacem ostenderis: tunc vel laudes, vel vituperet, & omnino supermoliatur. Illud autem horum duorum alterum considerandum, aut quod his semper bonus, aut simpliciter: illud vero quod his infestus, aut simpliciter, vnde vero tales boni aut infesti fiant, iam dicti sunt loci. Post hæc autem natura duce, quod iam demonstratum est, aut amplificandū, aut attenuandum est, opus enim est, vt quæ facta sunt patefiant, priusquam ipsorum quantitas explicetur, nam & corporum incrementum ex præexistentibus fit. Vnde autem amplificandum attenuandúmq; sit, iam pridem expositi loci nobis sunt. Postea vero cùm iam & qualia sint, & quanta sint, patefactum est, in affectus auditor impellendus est, qui sunt commiseratio, indignatio, ira, odium, inuidia, æmulatio, cõtentio: quorum etiam loci iam dicti sunt. Quare illud iam restat, vt prædicta in memoriam reducantur, quod sic conuenit facere, sicut in exordijs non recte præcipiunt faciendum, nam vt facilius intellectu sint, sæpius idem dicere iubent. Verum ibi quidem res summatim dicenda, ne auditores de quo sit iudicium ignorent: hic vero ea quibus demonstratū est, per capita repetenda. Initium autē repetionis, quando persoluit iam quę pollicitus est, quare & quæ dicenda erant, & de quo dicendum, repetuntur autem per collationem eorum quæ ab aduersarijs dicta sunt. Conferuntur igitur aut quæ de eodem ambo, aut quę opposita dixerunt: sed hic quidem hæc de hoc, ego vero hæc, & propter hæc. Aut per illusionem: vtputa, sit hæc quidem hic ego vero hæc, atque hæc. Et sic, quid iste nunc faceret, si hæc atque hæc demonstrasset, & non illa? Aut per interrogationem, quid non demonstratum

tum est? Et econtra, quid ab isto demonstratum est? Aut igitur sic, aut per collationē, aut ordine quo dicta sunt prius tua. Et rursum si ita vis, quæ aduersarij dixerunt, seorsum. Fini vero dissoluta maxime, atque per articulum oratio idonea est, vt peroratio non oratio sit: Dixi, Audistis, Habetis, Iudicate.

Librorum trium artis Rhetoricæ Finis.

ARIS

ARISTOTELIS RHETORICA AD ALEXANDRVM,

FRANCISCO PRIelpho interprete.

ARISTOTELES ALEXANDRO. S.

Liber hic, Aristotelis Stagiritæ vt nonnulli credunt, sit assertus: eius certe fuit ingenius & liber de Mãdo ad Alexandrum.

VM tuis literis factus certior nonnullos sæpe ad nos miserit, qui vt ciuilium causarũ præceptor ad te perscriberem, à me petere: Ego vero haud negligentia quidem vlla in hoc vsque tẽpus remissi, sed vt quærerem ita diligentes de his ad te scribere, vt alius certe neuno qui hisce in rebus elaborasset, diligentius vnquam scripserit. Hinc igitur recte mihi fuerat sententia. Nam quemadmodum vestiũ decore atque magnificentia cæteris hominibus præstare maxime studes ita etiam dicendi inuentionẽ, ac vim eam vt accipias attendum est, quę pulcherrima sit, apprimeq; præclarissima. Longe enim pulchrius est, ac regale magis, animo esse bene cõstituto, quàm habitum corporis vestibus ornatum pulchris intueri. Absurdum enim est, eum qui rerũ gestarum gloria cæteris

cæteris antecellat, videre humilimis quibuspiam in dicendo cedere: præsertim cũ non sis nescius eos qui in populari principatu versentur, res omnes ad populum: qui vero sub vnius imperij dutu cõstituti sint, ad rationẽ orationemq; referre. Quemadmodum liberas ciuitates cõmunis lex, quæ ad honestissimũ aliquem finem ducat, dirigere consueuerit, eodẽ modo & oratio tua queat eos quos imperio tenes, ad id agere quod cõducibile sit, & vtile, etenim lex (vt ita dixerim) oratio quędã est, quæ cõmuni ciuitatis consensu definita iubet quo pacto vnumquodq; agendũ sit. Accedit ad rem, quod neque tibi obscurũ existimo, solere nos laudibus eos perinde atque honestos & fortes prosequi, qui & ratione vtuntur, & omnia ea duce agere pergũt: qui vero absque ratione & oratione quicquã faciũt tanquam atroces immanesq; odimus. Qua quidẽ re factũ est, vt & malos eorũ vitium ostendentes male affecerimus, & bonos eorũ virtutẽ declarantes quasi bea & quomodo futuras calamitates euitaremus, bonis & imminentes difficultates effugimus, & absentes vtilitates comparauimus. Nam veluti vita quæ nulli mœrori subiacet, eligenda, ita prudentibus, & hominũ plurimis aliis quidẽ lex ipsa, aliis vero tua tum vita, tum oratio exemplo datur. Vt cunctis igitur tum Græcis tum Barbaris antecellas, omni tibi studio animitendum est: quo iis qui versantur in his exemplis, ita horũ imitationem per virtutis elementa pulchre effingant, vt haud sibi deteriora consulat, sed eius se participes fieri & cupiant & exoptent. Rerum est præterea hu-

manarum augustissimũ, consultatione vti, quam nec in superuacaneis vulgaribúsq; rebus studiũ tibi terendũ est, sed pro virili potius parte elaborandum, vt ipsum belle consultãdi artem & percipias, & teneas. Quis enim sanæ mentis dubitarit, si quis inconsulto quid egerit, amentiæ condemnẽ? Intuere etiam licet eos omnes qui optima instituta Græcos repub. vtũtur, oratione *prius quàm rem, cõuenire temq; apud eos qui inter Barbaros dignitate præstant, rationem rebus anteferẽ: quippe qui probe norint eam quæ ratione orationeq; perspectio vtilitatis cognitióq; fit, esse quandam salutis arcem, & eiusmodi certe arcem quæ nec manufacta, verũ & inexpugnabilis quidem sit. Ea primisq; secura opinanda. Sed vereor hæc de re pluribus ad te scribere, ne fortassis ostentare me ipsum videar, hisce præsertim in rebus quę probatione nõ indigent, sed planè patẽt & in promptu sunt omnibus. Quamobrem hęc omnia missa faciens, illa dixerim solum, de quibus in omnem vitam dicendum est, hoc vnum esse quo cæteris animalibus præstamus, præclarum quoddam & immortali Deo adepti videamur. Nam si quis & cupiditate & ira & aliis huiusce modi affectionibus vtuntur etiã reliqua quæq; animalia, oratione autem homo duntaxat absurdum præsertim maxime omniũ cedat, si qua vna re bestias antecellimus eam bene viuẽdi ducem præ negligentia reliquerimus. Proinde te iampridẽ tua sponte incitatũ etiã atq; etiã hortor, vt dicendi philosophiã omni studio cõplectare, nam veluti corporis bona valetudine, ita & animus disciplina et virtutẽq; seruatur, huius enim ductu haudquaquam tibi in rebus gerendis aberrare contigerit, quin

*Orationa.

potius omnia (vt ita dicam) quæ tibi iam parta sunt bona, planè tuebere. Quòd si præterea oculis videre, iucundũ est animi luminibus cernere, penitúsque perspicere, admirabile certe plurimum. Rursus autẽ quemadmodũ imperator sui est seruator exercitus, ita etiam eloquentia, quę sapientiæ coniuncta sit, humanæ est vitæ gubernatrix. Sed hæc omnia atque his similia operæ pretium puto vt missa hoc tẽpore faciamus. Monuisti autem tuos literis, ne quis omnino mortalium huius libri accipiat: quippe qui non sis nescius, sicuti præter quos ex se genuerint, magis quàm ij quibus suppositi sunt, partus amare soleant: eodémq; modo ij qui præclarũ aliquid ex se inuenerint, maiore ad id studio afficiuntur, quàm quibus eo vti cõtigerit. Non secus enim pro inuentis atque pro liberis emori periclitentur, enimuero ij quos Patios vocãt Sophistę, quoniã nihil ipsi pro ingenii quadã negligentia pariũt, ne diligunt quidem, sed acceptis pecuniis ab se dimittũt. Hanc igitur ob rem te vehemẽter moneo & exhortor, vt hęc dictãdi præcepta serues, atq; tueare, vt cùm & ipsa adolescunt, nullius opibus violẽtur, sed honestè tecum decreuerij vna viuãt: & cũ in adultam ætatem assumpserint, immortalẽ gloriã nanciscẽtur. Adquid hisce de rebus apud cæteros artis scriptores expositũ elimatúmq; inuenimus. Impendet autẽ operã etiã hisce duobus libris: quorũ alter meus est, eas cõtinens artes, quas ad Theodecten scripseram, alter autẽ est Coracis. Reliqua vero omnia, quę siue ad ciuilia præcepta siue ad iudicialia pertinẽt, separatim hoc in libro scripta sunt: quæ propter ex hisce ad te cõmentariis ad ea consequenda abunde tibi adiumenta suppetent. Vale.

SVMMA LIBRI.

De tribus Causarum generibus, Probationibus omnibus, Elocutione, ac Orationis partibus tum in vniuersum, tum sigillatim in vnoquoque causarum genere.

De genere Deliberatiuo. Cap. I.

TRIA sunt genera ciuilium causarum: deliberatiuum, demonstratiuum, iudiciale. Horum autem species sunt septem: suasio, dissuasio: laus, vituperatio: accusatio, defensio: & quæstio aut per se secundum sese, aut ad aliud, species igitur, in quibus omnis versatur oratio, hæ sunt numero. Quibus autem vtimur & in consultatione ciuili, & apud iudices, & circa alicuius certæ personæ dictionem, de quibus quidē omnibus ita poterimus apte dicere, si sigillatim vnuscuiusque speciei vim, vsum & exercitationē numero comprehendemus. Et primū quidem de suasionibus est, dissuasionibúsq; dicendum, ipsarum enim vsus in consultatiuo deliberatiuóq; genere locum in promptis habet. Vt igitur summatim dixerim, suasio est ad aliquid eligendum aut dicendum aptè: dúmue exhortatio. Dissuasio verò, ne quid eligatur aut dicatur agatúrue, dehortatio. His autem definitis, suasor ostendat oportet hęc ad quæ exhortatur, iusta & legitima, & vtilia, & honesta, iucunda, & facilia factu esse, quòd si minus id perierit, demonstrandum erit cùm ad laboriosa & grauia quædam exhortatur, hæc factu & possibilia esse & quàm necessaria: dissuasior autē ex contrariis dehortetur oportet, vt neque iustum, neque legitimum, neque vtile, neque honestum, neque iucundum, neque factu possibile hoc sit, vel saltem & laboriosissimum id esse, & minime necessarium. Omnes autem actiones harum vtriusque sunt causarū participes: quare dubitandum non est quin oratio harum alteram contineat. Quæ igitur suadentes dissuadentésque desiderare conueniat, hæc sunt. Definire autem iam aggrediar vnumquodq; horum quid sit: demonstrabitúrq; vnde à nobis in dicendo suppeditemus. Iustum igitur est, hominum plurimorū non scripta consuetudo, honesta, turpiáque determinās: id vero est honorare parentes, amicis benefacere, & beneficiis gratiam referre: hæc enim & his similia non iubēt scriptæ leges hominibus facienda, sed consuetudine non scripta, & communi quadam lege legitimum fitiusta igitur hæc sunt. Lex autem est communis ciuitatis cōsensus, qui scriptis præceperit quomodo vnumquodque agendum sit. Vtile vero est præsentium bonorum conseruatio, aut absentium comparatio, aut malorum instantium propulsatio, aut futurorum incommodorum inhibitio. Hoc autē diuidas oportet, priuatis quidem hominibus in corpus, & animum, & res extrarias, corpori enim est vtile robur, forma dignitas, bona valetudo, animo vero fortitudo, sapientia, iustitia, extraria vero sunt amici pecunię, possessiones, his autem contraria inutilia sunt. Ciuitati autē vtilia talia quędam sunt, concordia, vires ad bellum, pecunię, & prouentuum copię, sociorum virtus, atque multitudo, ac summatim reliqua his similia vtilia esse ducimus: quæ vero his contraria sunt inutilia, Honesta vero sunt ex quibus splendor aliquis atque illustris honos in eos qui aliquid gesserint, emanaturus

Iustū quid

Vtile.

Honesta.

Iucunda. Facilia. Possibilia Necessaria

sit. Iucunda autem, quæ afficiunt gaudio. Facilia vero sunt, quæ breui tempore & minimo labore impensáque absoluuntur. Possibilia autem, quæcunque fieri natura possunt. Necessaria vero, quæ vt fiant, arbitrij nostri non est, sed tanquam ex diuina quadam aut humana necessitate omnino fiunt. Iusta igitur, & legitima, & vtilia, & honesta, & iucunda, & facilia, & possibilia, & necessaria hęc sunt. De his autem dicere abunde potemus, & ex antedictis, & his similibus, & ipsis contrariis, & ab iis quæ indicata sunt, aut à Dijs immortalibus, aut à claris hominibus, aut à nobis, aut ab aduersarijs nostris. Cuiusmodi igitur iustum esset, declarauimus. Simile autē iusto est huiusmodi: nam quemadmodum iustum existimamus obtemperare parentibus, itidem conuenit filios parentum res gestas imitari: & rebus

retribuere.

beneficijs * benefacere iustū est, ita & in iis, à quibus mali nihil suscepimus, iusto simile est non nocere. Hoc igitur modo simile iusto capiendum est. Ex contrarijs autem opus est exemplum ipsum perspicuum faciamus. Nam veluti iustum est in eos animaduertere qui aliquid perperam patrauerint, ita iis qui nos beneficio fouerint, referre gratiam decet. Id autē iustum quod ab aliquibus claris viris iudicatū fuerit, sic erit accipiendum. Verum neque nos soli odio hostes insequimur, malóq; afficimus, sed & Athenienses, & Lacedęmonij iustum esse iudicant inimicos vltcisci. Iustum igitur hoc modo crebra exercitatione accipies. Legitimum vero quale etiam ipsum sit, antea nobis definitum est. Oportet autē vbi vtile sit, vt is qui sententiam dicit, legē etiam adsumat, deinde simile legi scriptę, esset vero huiusmodi. Nam sicuti legumlator maximis animaduersionibus fures plectendos voluit, ita & seductores maximopere sunt multandi: etenim hi furantur eius quem deceperint hominis mentē, & veluti legumlator hæredes eos statuit qui genere proximi sit essent qui sine filijs interissent, eodem modo & huius pecuniarum rerúmque liberti me nunc dominum fieri decet: nam cum iis, qui ipsum liberarint, hac luce orbatis, proximus ipse

iustum est, vt

sim cognatione, * iustus certe sum qui illius res omnes dominio teneam. Legitimo ergo simile adsumitur hoc modo. Contrarium vero sic. Siquidem lex prohibet publica priuatim distribuere, perspicuum est eos qui illa distribuunt, iniuria omnes afficere à legumlatore iudicatos: nam si eos leges ornati iubent, qui honeste rebus communibus insecti præfuissent, neque quam obscurum est quin & publicarum rerum dissipatores multa digni existiment, ex contrarijs igitur ita legitimum clarum fit. Ex iudicatis autem hoc modo. Neque ipse solum præsentem legem harum causa rerum à legumlatore positam dico, sed etiam antea ipsi iudices authore Lysitida, æque atque nunc à me dicitur, sententiam de hac re protulere. Legitimum igitur hoc modo tractantes, multiplicater demonstrabimus. Vtile autem quale sit, antea definiuimus. Assumēdum est autem in dicēdo etiam si quid ex vtili inciderit: eodémque modo tractādum quemadmodum in iusto legitimóque tradidimus: & sic crebris in locis ostendendum. Esset autem vtili simile huiusmodi. Sicut nanque in bello cōducit eos qui plurima valent animi magnitudine, primos in acie ordinare, eodem modo in rebus pu permagnę vtilitatis est prudētissimos multitudini iustissimósq; præesse, & quemadmodum hominibus in bona

valetudine cauere ne in aduersam incidant, vtile est ita etiam pacatis vrbibus concordiaque vtentibus conducibile est sese ab omni seditione cauendo studiant. Similia ergo vtili hoc modo crebro tractanda sunt. Ex contrariis autem vtile sic perspicuum fit. Nam si conducit eos ciues qui equi & boni sunt honoribus prosequi ita punire improbos, vtilitatis plurimum adfert: & si quidem inutile est nos solos aduersus Thebanos bellum gerere, vtile erit vt Lacedæmonios socios nobis adsciscamus, itaque aduersum illos belligeremus. Ex contrariis igitur sic vtile clarum efficies. Vtile vero à claris viris iudicatum hoc pacto adimemet. Nam & Lacedemonij, vbi Athenienses hostes superassent, vsui sibi fore existimarunt, ne eorum vrbem in prædam verterent: & Athenienses rursus cùm possent Spartam funditus euertere, conducere sibi arbitrati sunt, si Lacedæmonij superessent. Et iustum quidem & legitimum & vtile sic tibi tractandum est. Honestum vero, & facile & iucundum, & possibile & necessarium quomodo & hæc superiora te tractare conueniet, & de his quidē & hisce dicere cōmode poterimus.

Quæ sint consultanda. Cap. 11.

de quantitate & qualitate.

RVrsus autem definiemus *quantū, & quale & quid, tum in curia, tum in concione consultabimusnam si horum singula plane tenuerimus, res ipsæ pro vnaquaque nobis consultatione verba suppeditabunt. Communes autem species quas diu ante nouerimus, facile in vnamquamq; causam inducere poterimus: quapropter ea sunt nobis dividenda, de quibus vulgo consultant omnes. Vt summatim ergo dixerimus, ex quibus orationē habemus propositiones septem sunt numero, necesse enim est nos & consultare, & ora-

& orare tum in senatu, tum apud populum, aut de sacrificiis, aut de legibus, aut de apparatu ciuili, aut de societatibus ac fœderibus aduersus alias vrbes, aut de bellis, aut de pace, aut de pecuniarum prouentibus, hæ igitur propositiones sunt, de quibus omnis est nobis & consultatio, & oratio. Harum autem vnamquamque diuidamus, cōsideremúsque quibus modis oratione in his vtendum fuerit. De sacrificiis autem abunde dicere necesse est. Aut enim dicimus presenti in statu ea seruanda esse, aut vt magnificentius, aut vt in his humilius quodammodo agendum sit. Cùm igitur dixerimus in presenti statu ea seruanda esse, causas inueniemus, ex iusto quidem dicentes, iniustum apud omnes esse, præter consuetudines patrias quicquam agere, quódque omnia vaticinia hominibus iubent patrio more sacrificia esse facienda, & quòd eorum qui vrbes primo condiderunt, & tēpla diis immortalibus erexere, * diuini cultus maxime sunt, diúque obseruandi. Ex vtili autem dicemus quòd ad rei pecuniariæ impensam, aut priuatim aut publice conducet, vbi pro patrio more sacrificiis fit indultum: & quòd ad ciuium audentiam ea res confert non mediocriter, quippe quòd grauioris armaturæ peditibus equitibúsque ac velitibus ludos celebrantibus ciues ea ambitione delectati audentiores fient. Ab honesto autem dicemus, si hoc modo celebrates pulchras spectari cōtigerit. A iucunditate vero, si & varietas quędā circa Deorum sacrificia ad spectandum accesserit. A possibili autem, si in eiusmodi ludis nihil fiat neque parum, neque nimis. Cùm igitur in rebus diu constitutis cōsultatio nobis habetur, cùm hęc tractamus, operępretium est de anteditis aut de horū similibus con-

De sacrificiis.

maxime permanere oportet cæremonias institutas

fideremus,&'ea pro rei natura edoceamus. Cùm vero consultemus vt ad splendidiorem quendam apparatum sacrificia traducantur,ex sunt causis nobis adferendæ, quibus merito consuetudines patrias mouere videamur,dictitãtes,addere propensibus quicquã, id haud esse soluere,sed augere potius res antea constitutas ac firmatas, deque quòd consentaneum sit Deos immortales beneuolẽtiores in eos esse, à quibus magis venerentur.Item quod neque maiores ipsi eundẽ semper modum in sacrificiis obseruabant,sed pro tempore,próque secundis rebus & priuatim & publicè Deorum cultum legibus sanciebant, postea vero quòd veluti in cæteris rebus omnibus consuescimus,ita & respublicas,atque priuatas domos administramus.Dicas enim opus est,siqua his ita constitutis vtilitas ciuitati, aut splẽdor,aut voluptas futura est,quæ quidem omnia ita tractabis, veluti in superioribus dictum est. Cùm ad humilitatem exhortamur,primum quidem temporibus est accommodanda oratio, dicendúmq; quibus in rebus deterius nunc habeant quàm antea habuissent,deinde vero quòd ne cõsentaneum quidem sit Deos sacrificantium sumptibus,sed pietate potius gaudere,item quòd eos qui supra vires quicquã faciunt, & Dij & homines quàm stultissimos iudicant,demum vero quòd nec in hominum arbitrio publici sumptus modo,verum & in secundis aduersisque rebus existunt. Has igitur causas & harum similes in sacrificiorum propositionibus habebimus.Vt autem & quę ad optimum sacrificium pertineat sciamus, & exponere & sanccire, hoc etiam definiã.Est enim id vouũ omnium quidem optimũ sacrificium,quod aduersus Deos pie ac diuine,ad sumptus vero moderate,ad bellum

lum autem vtiliter,ad spectacula vero splendide habuerit.Aduersus autem Deos habebit pie,si patrias consuetudines institutáque non soluantur: moderate vero adsumptus,si non quęcunque ad pompam missa fuerint,consumantur. Ad bellum autem vtiliter,si equites & milites vna composite ludos agant, ad spectacula vero splendide, si & auro,& ijs huiusmodi rebus quæ haud consumũntur,magnifice quis vtitur. Quæ igitur aduersus Deos seruanda sunt,perpulchre ex his constituemus.Iis vero quæ antea dixerimus plane scire poterimus quibus modis oratio de vnoquoq; sacrificandi genere haberi possit.De legibus autem dẽque cõstitutione ciuili rursus eodem modo tractemus.Et enim leges sunt,vt summatim dicamus,ciuitatis publici consensus, qui scriptis terminant atque imperant quid vnumquodq; agendum sit.Iæ vero leges colẽdę sunt quibus magistratus parui quidẽ ac multi ex sortitione,id quod sedatione vacat,maxime autem ex totius multitudinis suffragijs in popularibus principatibus deligentur,ita enim & ipse populus, quoniã in ipso sit eos domare in honoribus, quos voluerit haud quaquã accipientibus inuidebit, & clariores magistratus magisq; probitati studebũt,vtpote qui intelligant vias sibi futuras apud ciues se probari. Quæ igitur circa comitia in populari dominatu sanciri oporteat,hæc sunt. Quæ vero ad reliquam administrationem pertinent, sigillatim exponere operosum admodũ fuerit.Verum vt breuiter dicamus,id obseruari oportet, vt multitudini leges impedimento sint ne locupletum rei infidiẽtur: diuites autem inducant vt vltro ad publica ministeria munificentissimi sint.Hoc autẽ assequi poterunt,si locupletes pro ea quam in publicũ munificen

De legibus & ciuili constitutione.

nificentiam exhibent, statutis quibusdam honoribus ab ipsis legibus donẽtur, siquẽ & agricolis pauperibus & nauium gubernatores vectoribus * anteponãt, sic enim & locupletes nõ inuiti reipubli. inseruient, & plebs non calumniç sed ministeriis studebunt. Opus est præterea in conditis legibus seueritatem inesse, qua neque agrum ad egestatem redigere, neque morientium substantias publicare fas sit: & magnos iis cruciatus inscribere qui hęc obseruare neglexerint. Decet autem aliquem iis honestum sepulturę locum autrbem dari, qui pro patria bellando perissent, & eorum filios ad pubertatem vsque publicis alimentis enutriri, huiusmodi igitur leges in populari principatu ferendę sunt. In oligarchico vero, quæ paucorum dominatu administrantur, magistratus æque sunt in omnes illius ordinis viros distribuendi: legibus. Horum autem plurimi quidem ex sortitione, maximi vero magistratus ex custo suffragio & iureiurando & magna cum diligentia atque studio decernendi sunt: in eos autem qui vlla in ciues vti contumelia perrexerint, maximę sunt pœnæ constituendæ, plebs namque non ita ægre patitur quòd magistratibus careat, quam grauiter & molestè fert quòd afficitur contumelia. Ciuium autẽ controuersias perbreui dissoluere, neque in tempus trahere cõuenit. Neque vulgus in vrbem ex agro est congregãdum: nam ex huiusmodi conuentibus plebes turbãtur, paucorúmque principatus rescindunt. Vt paucis igitur dixerim, debẽt in popularibus principatibus leges cohibere plebem, ne locupletiorum bona inuadant insidianturque, in paucorum vero principatibus auertere illos qui rempubli. gerunt, & ab imbecillorum contumeliis & à calumniis insimo-

in margine: meretricant.

lationibúsque in ciues. Quæ igitur & in legibus & in omni constitutione ciuili desideranda obseruandáque sunt, ex his cognosces. Is autem orator qui quicquam lege suadere voluerit, hanc ostẽdat oportet æqualem esse ciuibus, & reliquis legibus consentaneam, ciuitatíque conducibilem ad quietem & concordiam maxime, vel ad ciuium probitatem, aut ad publica tributa, aut ad ipsius reip. gloriam, aut ad vrbis potentiam, aut ad aliud huiusmodi aliquid vsui cedere. Aduersarius vero primum considerabit an minus lex illa communis sit omnibus, deinde an reliquis legibus non consentiat, sed aduersetur potius quodammodo: præterea an ad horum quę ante dicta sunt conductura sit nihil, sed contra nocitura potius. De legibus igitur, deque constitutione ciuili ex his & contendendo & orando nobis facilius aditus fiet. De sociis autem, deque aduersus alias vrbes fœderibus dicere incipiemus. Fœdera igitur atque eorum ordines necesse est publicis cõuentionibus fiãt, socij vero pro ea temporũ sunt conditione faciundi, cum aliqui suis viribus infirmi sunt, aut bellum aliquod videatur impendere, aut eo est cum aliquibus ineunda societas, quod bello quosdam à se defecturos putent. Hæ igitur sunt causæ hísq; consimiles, quibus plures nobis adsciscimus socios. Necesse est autem cùm ineundam societatem persuadere volueris, eam maxime tempestiuam ostendas, declaresque eos socios apprime iustitiam colere, & bene antea rempublicam affecisse, esseque potentissimos, & in proximo residere, quòd si minus hæc omnia potueris, quę suberunt, oratione cõplectere. Cùm autem societatem dissuaseris, primum ostendas oportet haud nunc eam facere opus esse: deinde

De sociis aduersus alias vrbes fœderibus

quòd

quòd neq; hi iusti sunt, postea vero quod & male nos prius affecerint, sin id minus poterimus, discemus eos à nobis porro habitare, neque facultatem his esse quò nobis opportune adsint auxilio. Ex his igitur hisq; similibus circa faciundas aut non faciundas societates, & dissuadendi suadendiq; vsum facile cognoscemus. Rursus autē & pacis & belli faciundi maxima nobis argumenta suppiantur. Causæ itaque bellandi aduersus aliquos sunt huiusmodi. Par autē est de iis tēpestiue nos vltionē capiamur, qui nos antea iniuria lacessiuerint vt nunc iniuria prouocati pro nobis ipsis, aut pro cognatis, aut p iis qui benefici erga nos fuerint, aut * quorū vis auxilio simus, iniuste adflictis sociis, aut publica pro vtilitate, aut ad gloriā aut ad opes, aut ad vires, aut ad aliud quippiam huiusmodi bellū suscipiamus. Cū igitur ad bellum volueri mus auditores exhortari, debemus ex his causis quamplurimas dicendo complecti, ac diuinum demonstrare eorum plurima, quibus bellatores superiores fiant, ipsis auditoribus adesse. Superiores etenim omnes fiunt aut Deorum benteuolentia, quam bonam fortunam appellauerimus, aut corporum multitudine atq; robore, aut pecuniarum affluentia, atq; imperatoris prudētia, aut virtute sociorum, aut oportunitate locorum. Ex his igitur & similibus quæ maxime rei cōgruunt bellum sumi oportere exhortabimur, aduersarium partes deprimendo, nostras autem augendo atque amplificādo. Quòd si futurum bellum impedire studuerimus, primū ex causæ inuenienda sunt, quibus demonstretur aut omnino nullas aut paruas humilesq; molestias offerri, quibus ad bellū rapiamur. Deinde quòd bellū minime conducit: erātq; percurrendum quę hominibus bello soleant

De pace & bello.

Consideratio iniuriæ affectæ

solerent accidere calamitates. Ad hoc item ostendendū, quę victoriam soleant in bellando efficere, ex hostibus magis adesse, hęc autē sunt quæ paulo ante commemorauimus. Futurum itaq; bellū ex iis rebus dissuademus. Quòd si ab instanti bello quiescendū esse cohortabimur, si quidem consultores superiores fuerint, hoc ipsum primū discendum erit, decere eos, qui mente valent, haud operiri quoad casum eant, sed cū vincūt, pacē facere & quiescere. Deinde quoniā ea belli natura sit, vt & plerosq; ex eis qui secūda in eo fortuna primū vti sunt ad postremū perdāt: paeis vero contenta, vt & victos seruet, & victoribus rerum bello adeptarū fructū adferat. Exponendū etiā erit eas quæ in bello, cū maltę, tū variæ mutationes fieri soleāt. Qui ergo superiores in bello fuerint, ex huiusmodi rationibus ad pacem exhortabimur: eos autē quibus aduersæ in bello res extiterint, tū ex ipsis casibus exhortabimur: tū vero à quibus iniuria ante susceperint, suis calamitatibus admoniti irritare eos ne pergāt: tū ex iis periculis q̄ antea quū pacē noluissent, perpessi fuerint, tū denique q̄ fatuus partē aliquam suarū fortunarū potioribus ipsis cedere quàm bello periculose decernere, quo ipsi vna cū sua re pereāt. Sūmatim autē id sciamus oportet, tū solere omnes homines bellū inuicem soluere, cùm aut iusta hostes rogare arbitrentur, aut cùm aduersus socios vila fuerit exorta contentio, aut bello defatigati sint, aut aduersarios timuerint, aut ipsi inter sese dissideant. Quamobrem quæ ex his omnibus atque horum similibus commodatissima in rem fuerint colligens, quàm facillime & de bello potentis & de pace disserere. Reliquum est vt de pęnis comparandis iam loquamur. Primum igitur

De pęnis comparandis.

igitur considerandum erit, si quid ex vrbis possessionibus neglectum est, quod neq; redditum afferat, neque Diis immortalibus dedicatum sit, veluti sunt quidam publici loci iam neglecti, et quibus aliquis prouentus, vbi ij priuatis hominibus aut veditis aut mercede exculti fuerint, cuiusmodi fiat, huiusmodi namq; census omniū maximus communis est semper. Quòd si nihil sit huiusmodi necesse erit pro singulorum copiis tributa imperantur: vt pauperibus quidem indictum sit corpora, locupletibus autem pecuniā, opificibus vero arma præstēt aduersum pericula. Summatim autem oportet eum qui de huiusmodi prouentibus narret, dicere eos æquales ciuibus, & diuturnos ac magnos esse: hostibus autē secus. Proponentes igitur de quibus in deliberatiuo verba facimus, & harum partes de quibus orationē & fidē dēdo & dissuadendo cōstituemus, ex antedictis cognoscemus. Rursus autem propositionem de laudatiua, vituperatiuáq; specie deinceps dicendi aggrediemur.

De genere Demonstratiuo. Cap. III.

LAudatiua igitur species (vt cōpēdio vtar) & voluntatū & rerū gestarū, & verborū distributio amplificatio, & eorū quæ absint accōmodatio: vituperatiua autem contra illustrium hominum extenuatio, obscurorum vero exaggeratio. Et bona quidē laude ea sunt quæ iusta, quæ legitima, quæ vtilia quæ honesta, quæ iucunda, quæ facilia, quæ facta sunt: quæ quidē omnia cuiusmodi sunt, & quo pacto iis abunde vtamur, in superioribus dictū est. Oportet autē eū qui laudat, orationē accommodat in hoc, seu homine, seu in rebus huius aliquid inesse, quod aut ipse gesserit, aut per ipsum manarit, aut ex hoc contigerit, aut huiusmodi gratia

Primus amplificandi modus.

factis factum fuerit, aut quod sine hoc patratum non sit. Eodem vero modo & vituperator ostendat oportet horū cōtraria inesse in illo quē vituperatū velit. Quòd ex hoc cōtigerit, hoc modo. Ex studiosa corporis exercitatione victoriæ cōtingunt, & ex otio in ægrotationē inciditur, itē ex philosophiæ studio homines circa prudentiā fiant acriores, & ex negligentia sunt rerū necessariarum indigentes. Quod huiusmodi gratia factum fuerit, hoc modo: Vt à ciuibus coronentur, permultos labores permultáq; pericula mortales perferunt: & vt *his quos diligunt gratificetur, aliud curant nihil. Quòd autē sine hoc patratū, non sit, hoc modo. Negi; sine nautis naualium pugnarum victoriæ, neq; sine potu ebrietates fiunt. Hæc autem atq; iis similia perinde vt superiora percurres, & laudare & vituperare abunde poteris. Amplificationes vero extenuationesq; ac talia simul quoq; hoc modo tractabis. Primū quidem ostendes (veluti modo docebamus) ab hoc multa vel bona effecta esse. Vnus igitur amplificandi modus hic est. Secundus autē modus est, cum iudicatum aliquid transfers, si quid laudes, bonum sin autē vituperes, malum: deinde conferas oportet quod abs te dictum sit & ad inuicem comparet, ex tuis maxima, ex aduersarij vero diuersa minima enarrando, & hoc modo magnū illud indicatum ostendas. Tertius modus est, vt ad illud quod abs te dictum est, minimum quid ex his quæ sub eandem speciē cadunt compares: sic enim quod abs te dicitur, maius apparebit, veluti mediocri statura homines maiores apparēt cùm ad minores comparantur. Amplificare autē poteris hoc modo. Si magnum sit hoc bonum iudicatum, magnum appareat malum necesse eū, vbi

Suis amicis.

Secundus.

Tertius.

contrarium huic aliquid narraueris. Eodem ve-
ro modo si magnum malũ existimatur, vbi bo-
contrarium dixeris, magnum bonum appareb-
Amplificabis autẽ & hoc pacto vel bona vel ma-
la, si eum gradatim ostenderis, quòd præmedi-
tus iamdiu fuerit quòd de industria multa gesse-
re aggressus sit, quòd per multum tẽpus gessis-
quibus cum nemo alius, quòd post hos post quos
alius nemo, quòd sponte, quòd ex sentẽtia: quod
si omnes pariter atq; hic fecerimus, profecto be-
ne beateque, aut contra male miserèque viuen-
mus. Oportet autem & cõsequenti continuat-
ne vti, & rem alteram tanquam in alteram pro-
perando amplificare, hoc modo. Cuius vero pa-
si curæ sunt, hunc rectè consentaneum est fil-
etiam colere parentes: qui autem suos parentes
colit, hic profecto volet etiã patriæ benefacere.
Summatim autẽ si multarum siue bonarum si
malarum rerum eum causam ostenderis, ex ma-
gnæ, videãtur necesse est Cõsiderandũ est etiam
qualis res ipsa videbitur, eam suis partibus dis-
cendo, figillatimque narrando, quæque mag-
visa fuerit, eam hoc modo explicare conuen-
Amplificando igitur vbi hoc pacto tractaueris
& plurimas facies & maximas. Extenuabis au-
tem in dicendo & bona & mala, si contrario mo-
do tractaueris, sicuti in magnis dixeramus: si
tum maxime, cùm nullius eum rei authorem fu-
monstraris: vel si id minus quòd minimarum &
paruissimarum. Quomodo igitur & laudando &
vituperando amplificabimus atq; extenuabimus
quæcunque voluerimus, scire ex iis poterimus.
Amplificationum autem causæ in alios quosq;
speciebus vtiles sunt: sed plurima ipsarum ex
in laudationibus vituperationibúsque consist-
de qu-

ẽ quibus quidem ex ante dictis planè adiumen-
ta nobis suppeditabimus.

De Genere Iudiciali. Cap. XIII.

RVrsum autem simili modo accusandi defen-
dendique speciem quæ circa iudicialẽ ver-
satur causam, quibúsque rebus cõstat, & quomo-
do iis vti conueniat, diudamus. Accusatio qui-
dem est (vt breuiter dixerim) iniuriarum delicto-
rúmque expositio. Defensio autẽ est delictorum
& iniuriarum, quæ vel in accusationem vel in sa
spitionem veniunt, dissolutio. Cùm vtraq; vero
species hanc vim habeat, accusatori quidem di-
cendum est, quandoquidem improbitatis aduer
sarios criminetur, eorum facinora & iniusta &
iniqua esse, ac ciuitũ multitudini perniciosa: cùm
vero stultitiæ criminetur, quòd & ipsi agenti in-
utilia ea sint, & turpia & inuicunda. & quæ per-
fici nullo pacto queant, hæ & iis similes aduersus
ingrobos vanósq; argumẽtationes sunt. Est præ-
terea & hoc accusatori obseruandum, aduersus
cuiusmodi crimina supplicia sint à legibus con-
stituta, & circa quæ ipsi iudices multas definiũt.
Cùm lex itaque pœnam definierit, hoc est dun-
taxat accusatori considerandũ, vt demõstret faci-
nus patratum esse, cum iudices autem crimẽ ad-
missum sciunt, crimina illa quæque aduersario-
rúmq; delicta augeri cõuenit, ac maxime quidẽ
demonstrari sponte illũ & de industria, non for-
te quadã sed dedita vehementer opera iniuriam
intulisse, quòd si minus hoc fieri abs te potuerit,
putáque potius ab aduersario demonstratũ iri,
se modo quodam deliquisse aut quod hęc agere
probe meditato sibi, minus prospere succesierit,
debes veniæ apud auditores aditum intercludere,
inquiẽs nequaquã aduersarios decere, vt pos-

gestum negotiũ se imprudẽter errauisse dicant, sed ante potiũs * vereri quã gerãt. Deinde quod quamuis ille imprudẽter gesserit, aut ei aduersis successerit, oportet ipsum tam ob casus atq; imprudentiam longe multari magis, quàm qui horum neutrum perpetrasset. Præterea quòd etiam legumlator eos qui imprudẽter deliquissent, non pœnæ immunes, sed iudicio obnoxios fecit, omnibus errando nocẽt. Dicendum est etiam quòd si talia respondentem admiserint, non malos sunt habituri ad iniuriam quàm prompt⁹ mos, nacti namque occasionem, quæcunque voluerint efficient. si vero aberrauerint, rem in fortunam reiicientes, supplicio se liberabunt. Accusatori igitur ex huiusmodi rebus veniæ locus auferendus est, sicuti antea dictum est. Multorum malorum causæ, aduersariorum facinora per exaggerationes demonstranda sunt. Species igitur accusandi perficitur ex his partibus. Defendendi autem species tribus præceptis cõstat. Aut enim defensori ostendendum est se nihil eorum quorum accusatur patrauisse. aut si cogatur fatẽri, ostendũ est, vt gestum à se negotium, & legitimum, & iustum, & honestum, & publicæ vtilitatis vsui esse ostendat. si hoc autem ostẽdere nequiuerit, aut in imprudentiã aut in fortunam gestum negotia conferens, & iacturas ab his profectas quam minimas ostendens, vt sibi ignoscatur operam dabit. Iniurias autem & imprudentiã à casum ita definias, quod ex præmeditatione, malitia fit, id iniuriam statue, inquiens oportere pœnas maximas in huiusmodi rebus capere. quod vero per ignorantiam detrimenti quid agitur, imprudentiam esse discendum est. quod autem non spõte, sed alicua potius vi aut fortuna quadam

Defendẽdi ratio.

nihil eorum quæ rectis consiliis administrata sunt perficit, casum esse ponendum est, dicitoque iniurias inferre, malorum esse hominum propriam. imprudenter vero delinquere, & circa rem gerendam aduersam fortunã pati, non esse sibi priuatim modo, sed commune & ipsorum iudicium & aliorum quorumq; hominum. Coactus autem ex huiusmodi causis quid fateri, vt tibi ignoscatur precabere, & vt per imprudentiam ea tamq; delinquere tibi cũ auditoribus ipsis commune esse ostendas, studebis. Oportet autem defensorem vndique intueri quibus in criminibus leges supplicia tulere. Iudices vero ipsi pecunias puniunt. Hæ cùm lex supplicia tulerit, demonstrauerit aut omnino nihil patrauisse, aut leuiora quàm fecisse. cùm iudices vero constituant, faciunt punitionis æstimatores, rursus eodẽ modo aut dicendum est quòd hæc non egerit, sed elaborandum est potius & ostendat se parua detrimenta aduersarium affecisse, & inuitum deliquisse. Ex his igitur atque similibus accusando, defendẽdóque verba suppeditabimus: reliquum est vt iam quæstionis species pertractemus.

De Quæstione. Cap. V.

VT igitur summatim dixerim, quæstio est voluntatũ vel rerum verborúmve adinuicem aut ad aliam dissentientem vitam demonstratio. Oportet autẽ quærentẽ quærere sicubi aut verbum eius quem quæret, aut actiones aut voluntates inter se discrepant, præceptũ vero hoc sit. Cõsiderandum erit in præterito tempore, si cui quis antea amicus cum esset, rursum inimicus, & iterũ huic ipsi amicus effectus fuerit, aut aliud quid contrarij, aut quod petulãtiã & flagitium ferat, fecerit, faciatúrve sit, si quando ipsi detur occa-

fio, quod anteactis rebus eius cõtrarium sit, idem tidem quoque intuere, si quid dicẽdo cõtrarium nunc iis dicit, quę prius ab eo dicta fuerint, aut à quid iis quæ dicuntur, aut quæ antea dicta sunt, contrarium dixerit. Eodẽmque modo si quid dicere voluit iis cõtrarium quæ ab ipso ante dicta sunt, aut velis opportunitate oblata, idemne vero assumendæ sunt etiam ad alia præclara dia eius qui quærit vitæ contrarietates. Quæ ergo speciem si hoc pacto tractaris, nullis relaques quæstionis modũ. Harum autẽ omniũ cierum, quas superius partiti sumus, oportet divisim qualibet pro commodo vti, & vna rum proprietates commiscere, hæ nanque differentias habent maximas, enimuero earum est adinuicem vsus, & idem quod & hominum species patiuntur, hi namque partim les sunt, partim vero dissimiles tum aspectibus tum etiã sensibus. Sic autem determinatis bus, rursum quibus indigẽt, cõmuniter enumerabimus, & quomodo his vti conueniat quærem

Quæ communia sunt omnibus generibus.

Cap. VI.

PRimum igitur & iustum, & legitimum, & vile, & honestum, & iucundum, reliquúq; deceps quemadmodum ab initio fam partitus, figuciebus omnibus sunt communia: veruntamen suadendo maxime his vtimur. Secũdo autem co amplificationes extenuationesq; præ ceteris omnibus vtiles sunt, harum vero vsus in laudem ac vituperationem maxime cadunt. Demum autem probationes sunt, quibus etsi circa omnes causarum partes vtendũ est, in accusationibus tamen defensionibúsque quàm vtilissimæ sunt, hisque plurimæ cõtrouersiæ indigent. Sunt præterea

terea & præoccupationes, & postulata, & iterationes, & orationis prolixitas, & prolixitatis modus & breuitas, & interpretatio, hæc eaim & his similia speciebus omnibus sunt communia. Quoniam igitur de iustis & legitimis, ac de his similibus prius determinauimus, & eorũ vsum enarrauimus, & de amplificationibus quoque extenuationibúsque diximus, tam de aliis declarabimus.

De Probationibus. Cap. VII.

VT igitur à probationibus primum incipiamus, duo sunt earũ genera, sunt enim aliæ quidem ex ipsis verbis & negotiis & hominibus aliæ vero appositæ sunt iis quæque dicuntur, & quæ geruntur, nam icota, & exempla, & cõiecturæ, & commentationes, & sententiæ, & signa, & argumenta, & probationes ex ipsis verbis & hominibus & negotiis sunt: appositæ autem probationes, testes, iuramenta, & quæstiones existunt. Opus est autem harum vnamquãque probationum intelligere qualis sit, & vode idonea in eam verba abunde nobis suppetent, & quid demum ex inuicem differunt, *εἰκὸς* igitur, quod probabilem propositionem dicimus, illud est quod cùm dixerit auditoribus, in mentibus eius exempla tenẽt. Dico autem, veluti si quis inquiat vel patriam magnam esse, & necessarios rebus secundis vti, aduersis autem inimicos, atque his similia summatim probabilia videantur. Quilibet enim auditorũ qui huiusmodi desideriis teneantur, ipse sibi de hisce deque similibus rebus conscius est, quamobrem hoc nobis in dicẽdo semper suadendum est, si rei de qua loquimur, conscios auditores perceperimus, hisce enim rebus par est credere eos maxime. Vis ergo probabilis est huiusmodi: ipsam vero in tres distribuemus

εἰκὸς, probabile sci licet, quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpecies, vna quidem eſt quæ eas perturbationes accuſando aut defendēdo verbis comprehendit, quibus homines natura afficiūtur: veluti ſi quem aliqui floccipenderint, aut timuerint, aut eandem rem ſæpiſſime fecerint, aut iterum volupte vel dolore vel libidine affecti fuerint, aut copiditate vacarint, aut dimitus abſtinuerint, aut aliam huiuſmodi perturbationem ſiue animis, ſiue corporibus, ſiue aliquo illorum ſenſuum, quibus homines afficiuntur, paſſi fuerint, hæc nāque & his ſimilia, quæ cōmunes ſunt humani ingenij perturbationes, auditoribus nota ſunt. Quæ igitur ſecundum naturam hominibus fieri conſuerunt, quæque dicendo comprehēdenda dicimus, ſunt huiuſmodi. Altera vero probabilis pars eſt mos, quem pro conſuetudine ſinguli facimus. Tertia vero ſpecies lucrum eſt, nam ſæpe lucrandi gratia naturæ vim afferentes, conſulto mores immutamus. His autem ita determinatis in ſuadendo quidem ac diſſuadendo demonſtrare pro quæ-ſtiti oportet, vt hoc negotium ad quod ipſi exhortamur, vel cui aduerſamur, ita ſit ſicuti à nobis dicitur, vel vt ea quæ huic negotio ſimilia ſunt, hoc modo fiant quos nos dicimus, aut plurimum aut omnia. Contra res igitur hoc pacto probabile eſt capiendum. Cōtra homines vero, in accuſationibus quidem, ſi potueris, demonſtrabit aduerſarium hoc idem negotiū ſæpe antea patrauiſſe, ſin id minus poteris, hunc ſimilia demonſtrato, oſtendere autē elabora, quòd hæc facere conducibile ei fuerat, hominum autem plurimi quoniam ipſi vtile omnibus rebus anteponunt, itidem etiam alios omnia genere huius generis facile putant, ſi quidem igitur ab ipſis aduerſarius probabile capere potueris, ita illud inducito,

ſin id minus quiueris, à ſimilibus tibi quæ homines conſueuere, inferenda ſunt. Dico autem, vt huiuſmodi innocens eſt quem accuſas, quæ ij qui id ætatis ſunt agunt, hæc ipſum feciſſe dicito. Nam pro ſimilitudine etiam, quæ aduerſus hunc dicuntur, facilime credentur. Eodemque modo ſi eius ſocios tales oſtenderis, qualem hunc eſſe dicis. Itenim ob eam quę huic cum illis conſuetudo eſt, videbitur iiſdem rebus indulgere, quibus amici ſolent. Itaque probabile accuſatoribus hoc pacto tractandum eſt. Defenſores autem maxime oſtendant oportet, vt minime prorſus omnium quicquam antea earum rerum quārum inſimulantur, neque ipſi, neque amicorum aliquis, neque ipſorum ſimilium quis vnquam egerit, vtque nihil in iis vtilitatis conſequi potuiſſet. Quòd ſi liquidem ſit hoc idem te antea patrauiſſe, cauſam in qua rem reiicies, & aliquam huiuſmodi aliam afferes cauſam, qua tunc non abſurde erraueris. Dic autem nec ea tempeſtate, dum hæc geſſeras, conduxiſſe tibi, nec etiam nunc conducere potuiſſe. Sin autem nihil huiuſmodi abs te patratum ſit: ſed ex tuis amicis aliqui talia quædam fecerint, dicendum eſt haudquaquam iuſtum eſſe te *ab illis calumnia affici, eritque demonſtrandum, eorum ſocios qui tibi conſuetudine iuncti ſint, & moderatos & honeſtos eſſe, ſic enim inſimulationem ambiguam reddet. Quòd ſi ſimilium aliquos demonſtrarint eadem patrauiſſe, abſurdum eſſe inquies, ſi propterea quòd alij quidā deliquiſſe apparent, creditum eant te eorum aliquid quibus in iudicium accederis, factitaſſe. Si quidem igitur inſiciatus fueris hand ea feciſſe quorum accuſaris, ſic te per probabilia reſpondere oportet, ita na-

*ab illis ex minus eſſe obnoxium.

que accusationis verisimilitudinem infirmabis. Si vero fateri compallaris, ex multorum consuetudine similitudinē negotiis tuis vindica: quæ maxime inquiens vt plurimi vel potius omnes hoc & similia agant, sicuti etiam abs te factum fit. Quòd si hoc demonstrari nequeat, concedendum est ad casum, & ad imprudentiam, & vt tibi ignoscatur enitendum, omnesque hominum perturbationes quibus ratione deficimur, complectendæ: hæ autem sunt amor, ira, vinolentia, ambitio, & iis similia. Itaque iis præceptis probabile pulcherrime tractabimus.

De Exemplo. Cap. VIII.

EXempla autem sunt res his quæ factæ sunt similes, & his de quibus nunc loquimur contrariæ. Iis vero vtendum est, cum quod ipse affirmas vbi minus verisimile sit, id te perspicuum futurum dicas, nam si minus fides per probabilia præstetur, vbi didicerint rem aliam ei similem de qua loqueris, ita habuisse vt à te dicitur, magis crediderint verbis tuis. Sunt autem exemplorum duo genera: res namque partim rationem partim præter rationem fiunt. Quæ verò ratione fiunt, facile creduntur: quæ autem præter rationem non creduntur. Dico autem sicuti si quis dicat divites esse pauperibus iustiores adducitque insuper aliquas virorum diuitum actiones, huiusmodi exempla secundum rationem videtur esse. Plurimi enim putant diuites pauperibus iustiores. Quòd si quis rursus enuntiet diuitum quendam ob pecunias iniuriam intulisse, eo visus exemplo quod præter rationē fit, planè efficiat, quòd locupletibus fidei minus adhibeatur. Idem etiam, si quis earum rerū exemplum afferat quæ rationi similes sunt. Quoniam Lacedæmonii quan-

quandoque aut Athenienses freti essent magna sociorum manu, hostes expugnauere, & sic auditoribus suadet socios multos esse faciundos. Huiusmodi ergo exempla secundum rationem sunt, omnes enim existimant in bellis multitudinem non parum momenti ad victoriam ferre. Si quis autem ostendere voluerit non hanc esse viuendi causam, earum rerum vtatur exemplis, quæ præter rationem factæ fuerint, inquiens, Vt Athenarum exules cum quinquaginta primū viris duntaxat & tribu assumpta etiam aduersus eos qui admodum plures in vrbe fuerāt, quanquam Lacedæmoniis socii vtebantur bello in vrbem redierē. Thebani autē Lacedæmoniis atque omnibus prope Peloponnesijs in Bœotiam impetum facientibus, hi soli ad Leuctra cōmisso prælio, Lacedæmoniorū vires perfregere. Dion vero Syracusanus cū militum tribus millibus Syracusas nauigans. Dionysium longe maiore vi fretum debellauit. Itidem autem & Corinthij cùm in Syracusanorum auxilium nouem triremibus issent, Charthaginienses qui centum & quinquaginta nauibus in Syracusanorum portas applicuissent atque vrbem omnem præter arcem haberent, nihilo tamen minus expugnauere. Summatim vero hæc atque iis similia, quæ præter rationē fiunt gesta, ea in consultatione improbare consueuere quę pro ratione fiunt. Exemplorum igitur natura est huiusce modi. Iis vero vtroque modo vtendum est. Nam cùm res quæ ratione fiunt dixerimus, ostēdemus vt plurimum hoc pacto negotia perfici. Cùm autem quæ præter rationem fiunt loquimur, asseremus quæcūque temeritate videntur facta, rectissimo fine conclusa. Cùm aduersa autem hæc dixerint, oportet ostendere

hæc

hęc perinde ac fortunato casu aliquo accidisse: eritque dicendum eiusmodi res quam rationi contigisse: quæ vero à te narrarentur, quàm simplicissime. Exemplis igitur ita vti conuenit. Ratione cùm ea quæ nulla ratione sunt facta in medium attulerimus, opus est eorum quam plurima complectamur, dicamúsq; nihil ex magis quàm hæc ueri consentire. Exemplis vero non ex tempore solum verumetiam ex contrariis est vtendum: sicuti si ostenderis auare quosdam vsos fuisse, & propterea ipsorũ solutam amicitiam, & adiunctam. Nos vero si æqualiter ac pro cõmodis erga ipsum gesserimus, societatẽ multum temporis conseruabimus, & iterum, si quos alios. quoniam imparati descendissent in bellum, demissos superiósque ostendas, ita dixeris, si instructi bellum aggredi voluerimus, meliores certe spes de victoria habuerimus. Multa vero assumes exempla tum ex præteritis, tum etiam ex instantibus negotiis: plurimæ namque res partim similes partim dissimiles inuicem sunt, quamobrem ob hanc causam exẽplis abundabimus, & quæ ab aliis dicuntur, haud difficile refellemus. Exemplorum ergo genera, & quomodo iis vti oporteat, & vnde multa capienda sunt, ex antedictis cognoscere possumus.

De Coniecturis. Cap. IX.

Coniecturę autem sunt, quęcunque hisce rebus de quibus omnis habetur dictio, repugnarint, & quibus ipsa sibi oratio aduersatur, contrariorum enim plurimi iis contrarietatibus, quæ dicendo agendóne contingunt, coniectant latere inesse nihil neque in dictis, neque in factis quidem. Multas autem capies coniecturas, tum ueras siue ipsa, siue aduersarij contradicit oratio, siue res ipsa est dictioni contraria. Coniecturæ igitur huiusmodi sunt, & ita vti vbertim poteris.

De Commentationibus. Cap. X.

Commentationes vero sunt non ex modo quæ orationi atq; negotio aduersantur, sed & aliis rebus omnibus. Assumes autem multas, eisq; tractabis, quemadmodum in quærendi specie dictum est. Considerabis etiam ea ibi ipsa singula, differunt ne ratio, aut si gesta negotia iusta, aut legi, aut vtili, aut honesto, aut possibili, aut facili, aut probabili, aut mori dicentis, aut rerum conuenientia aduersatur, huiusmodi igitur cõmentationes sunt contra aduersarios assumendæ. His vero contrariæ pro nobis dicendæ sunt: quippe qui ostendamus & negotia & verba nostra iusta, & ex legibus, & inutilibus, & improborum hominum moribus: & summatim iis qui nequam cernuntur, maxime aduersari. Oportet autem harum singulas breuiter & nominibus quàm paucissimis eloqui. Commentationibus igitur hoc modo copiosissime vti, optimèque poterimus.

De Sententia. Cap. XI.

Sententia vero (vt summatim dicam) est aduersus res omnes opinionis propriæ declaratio. Sententiarum autẽ duo genera sunt: alterum quidem credibile, alterũ vero incredibile. Cùm ergo credibile dixeris, nullę sunt reddendæ causę, nam æque quod dicitur ignoratur, neque nõ creditur quidem. Cùm vero incredibile dixeris, causæ paucis sunt dicendæ, vt & * dicacitatem & incredulitatem effugias. Sententiæ autem ex sem per afferendæ sunt, quæ sint rebus præsentibus quàm consentaneæ: ne quod dicitur, inconcinnum, violentúmue appareat. Eas autem multas faciemus, aut ex propria natura, aut ex superla-

tione,

ἐνθυμήματα

* *ingarrita*

Sententia ex propria natura.

tione, aut eò similitudine. Sententiæ autem ex propria natura huiusmodi sunt. Nemo mea sententia rerum imperitus grauis imperator esse potest. Altera autē talis est. Prudentium virorū certe est ex rerum præteritarū exemplis operam dare, vt inconsulta effugiant errata. Ex propria igitur natura huiusmodi sententias faciemus. Ex superlatione vero tales. Acerbiora mihi videntur fures quàm latrones admittere, nam hi clanculum, hi vero palam pecunias eripiunt. Sententias igitur ex superlatione hoc modo multas faciemus. Ex similitudine autē sunt huiusmodi. Qui pecunias auferūt, idem faciūt mea sententia, quod is solēt qui vrbes produnt, vtriq; enim credita ria credentes afficiunt. Alia vero huiusmodi ex Videntur mihi aduersarij tyrannos planè imi ri, nam etiā alij, quarum ipsi rerū iniurias alijs ciunt, pœnas dare indignū putant; quæ autē alij crimini dant, vehementissime horum causa vlti cruciant, & hi si quidē ipsi aliquid mihi debeo haud reddunt; si quid vero iis ego debeō, & id fœnore restitui sibi decere arbitrantur. Sententias igitur ita tractando affatim abundabimus.

Ex superlatione.

Ex similitudine.

De Signo. Cap. XII.

SIgnum vero est alterius aliud, non quodlibet cuiuslibet neq; omnis omne sed quod aut ante fuerit, aut in ipso negotio aut post fieri consueuerit. Est autē signum, & factum, non facti solum, sed & non facti, idemtidem vero & non facti non solum non facti, verum & facti. Signa vero efficiunt alia quidem opinionem, alia vero fore etiam. Id autem pulcherrimū est quod sciendum effecit: secundo autem loco quod opinionē maxime verisimilem operatur. Signorum autem copia nobis vberum erit (vt summatim dicam) ex eorum singulis quæ dicūtur, quæ geruntur, quæ videntur, pro vnoquoque assumendo tum ex magnitudine tum ex paruitate eorū quæ nobis magna bonáne contingunt. Item ex testimoniis, ex tesificatis, ex nostris, ex aduersariorum fautoribus, ex ipsis illis, ex prouocationibus, ex temporibus, ex alijs multis. Hinc igitur signorum multitudine abundabimus.

De Argumento. Cap. XIII.

ARgumentum autem est (sic enim Elenchon interpretamur) quod aliter habere non potest, atque ipsi dicimus. Assumitur autem ex natura necessarij, vt nos dicimus, aut aduersarius: & ex iis quę natura fieri aut possunt, aut nō possunt, sicuti aduersarij dicunt. Natura igitur necessarium est, sicuti vinos cibis indigere, & iis similia. Vt vero nos dicimus, necessarium est assentos verberibus ea confiteri quæ cædentes iusserint. Natura autem fieri non potest puellum argenti tantum furto subripuisse, quantum ferre nequeat, & id ferentem abiisse. Vt autem aduersarius dicat, fieri non potuit, siquidem dixerit quibus temporibus Athenis debiti tabellas nos reciperimus? ipsi autem possumus auditoribus demonstrare, vt ea tempestate ad aliam quandam vtilitatem aberamus. Argumēta igitur ex iis atque similibus faciemus. Prorsus vero & ex ipsa conditione, & ex negotiis, & ex alijs probationes omnes transegimus. Consideremus etiam quid inuicem ex differunt.

Redargutio.

De Probabili, & differentijs superdictorum. Cap. XIIII.

PRobabile igitur ab exēplo hoc differt, quòd probabilis ipsi auditores notionem habent, exempla vero ex contra iis & ex similibus fieri possunt.

possunt, coniecturæ autem solum ex dictionibus actionibúsque contrariis constant. Verum commentatio à coniectura hanc habet differentiam, quòd coniectura quidem circa dictionem adhæret, commentatio vero & circa reliquas species contrarietates versatur: aut quòd & coniecturam non est in nullo assumere, nisi circa res & verba repugnantia quædam fuerit, cõmentatio vero è multis locis tractando potest. Sententiæ autem à cõmentationibus differunt, quòd ex solum ex contrariis constant: sententias vero & cũ repugnantibus & simpliciter ipsas secundum sese ostendere possumus. Signa autem à sententiis & ab omnibus antedictis hanc habent differentiam, quòd reliqua quidem omnia opinionem faciunt apud auditores, signorum autem quædam vt etiam perspicua & cognoscant efficiunt, item quòd ex reliquis nonnunquam contingerit, vt ipsi plurima suppeditare possimus: signa vero plurima facile queunt fieri. Item & argumentum à signo hãc habet differentiam, quòd signorum quidem aliqua opinionem duntaxat faciunt apud auditores, argumentum autem omnem veritatẽ iudices edocet. Verborum igitur rerúmque probationes eiusmodi sunt: vnde his abundemus, quidque inter se differant possumus ex antedictis cognoscere: quæ autem opponuntur eis, figillatim percurramus. Opus ergo dicentis est iuam aduersus negotia declarare sententiam. Opus autem est earum se rerum de quibus orationem habuerit, peritum esse audiat, demonstretque sibi conducere non mediocriter vt veritatem de his loquatur: aduersarium vero demonstret nullam prorsus de quibus contra enuntiet, tenere peritiam, opinionemq; idem

tidem ostendat. Sin hoc fieri nequiverit, dicendum erit solere etiam rerum peritos errare nonnunquam. Si hoc autem dici nequeat, dicetur permultos aduersarius esse de hisce rebus veritate loqui. Itaque hoc modo dicentis opinionibus vtemur, & nostra asserendo, & aduersariis contradicendo.

De Testimonio, & Testibus. Cap. XV.

Testimonium vero est rei cogaitæ volũtaria confessio. Necesse autem est aut verisimile testificatum esse, aut non verisimile, aut ad credendum ambiguum. Eodem quoque modo testem aut probabilem, aut improbabilem, aut ambiguum esse. Cum ergo testificatum verisimile fuerit, & testis verax, testimonia epilogis minime indigent, ni fortasse decoris gratia, vel sententiæ, vel commentatione vti pauciis voluerit. * euthymemate. Cùm testis autem fuspectus fuerit, demonstrandum erit vt neque gratia neque cruciatu neque lucro aliquo hic mendacij quicquam testificaretur. Docendum est etiam neque conducere quibusdam mendosum testimonium, nam & vtilitates parvas esse, & argui difficillimum: præsertim cum deprehensum non solum argento verum & gloriæ & perfidiæ pœna leges plectendum vouerint. De testium igitur fide ita loquemur. Si autem qui testimonio contradicent, oportet testis * Paramythe. fidem detrahant, si improbus fuerit, aut testificatum quæredum esse dicant si minus probabilitatis habuerit aut horum vtriq; contradicat, & in vnum omnia aduersariorum vitia flagitiaque congerant. Considerandum est etiam an testis cui testimonij dicit, amicus est, aut si eius negotij alicunde est particeps, aut si ei quem contra testificatur, inimicus est, aut pauper, hi enim

alij gratia, alij cruciatu, alij lucro mendacij suspicioni obnoxij testificando existunt, & fallaces testium legem de his legumlatorem tubisse inquiemus. Proinde absurdum esse dicemus, quòd legumlator nō crediderit, iudices qui secundum leges iudicare iurati sunt testibus ipsis credant. Hoc igitur modo testium fidem infirmabimus. Poterimus autem & testimonium improbis aduersarijs nostris subducere, hoc pacto. Dic mihi ō Callicle testimonium. Per Deos immortales nullo modo fum dicturus, nam me probante hæc gesta ab hoc sunt, & ob id in ferenda sententia falsus testis falsi testimonij pœna non erit obnoxius. Cùm igitur testimonium subducere nobis conduxerit, sic eo vtemur, quòd aduersarij tale quid fecerint, demonstrabimus eorum versutiam, & scriptis testimonium dicere iubebimus. Quomodo igitur & testibus & testimonijs vti conueniat, ex his scietis.

De Quæstione. Cap. XVI.

QVæstio vero est inuita cōfessio. Cùm nobis igitur vtile fuerit confessio. vehementem efficere, dicendum erit priuatim quidem homines de valde necessariis, ciuitates autem de maximis rebus ex quæstionibus probationes capiunt, quódque certior testibus est quæstio, nam testibus mentiri conuenit sæpe: quibus autē quæstiones admotæ sint, veritatem loqui plurimum vtilitatis affert, sic enim cruciatu celerrime liberātur. Cùm vero quæstiones improbare volueris, primum quidem dicendum erit vt quæstionibus cruciati, iis à quibus traditi sunt, hostes fiunt, & propterea nonnullos heros mentiuntur: deinde quòd quærentibus quorumq; nō vera confitentur, quò maturius dolo-

bus sese eximant. Erit etiam demonstrandum nonnullos liberos homines, quò celerius supplicium effugerent, aduersum semetipsos tormentis affectos mentitos. Quamobrem magis consentaneum esse seruos aduersus dominos, quò suum effugiant cruciatum, mentiri, quàm multos dolores & corporibus & animis tolerare, quò cæteri nihil mali patiantur, vbi mētiri ipsi voluerint. Quæstiones igitur ex his atque horum similibus probabiles & improbabiles constituemus.

De iureiurando. Cap. XVII.

IVrisiurādum est cum diuina veneratione dictio probationis expers. Cùm igitur augere ipsum volnerimus, ita dicendum erit. Nemo certe peierare vellet, cùm diuini supplicij metu, tum deconeres apud homines, erítque subdendū. Latere homines posse, Deos autem non posse. Cùm aduersarij vero ad iusiurandū confugerint, si extenuare id volnerimus, demonstrandum erit eorundem esse hominum vt male agant, & peierare non curent, nam qui facinorosus Deos latere putat, hic neq; peierans supplicium se ire fortitū putat. Et iusiurandum quidem eodē modo, quo etiam reliqua antedicta tractauimus, planè dicēdo nobis suppetere. Summatim autē omnes probationes, quemadmodum proposuimus, iam percurrimus, dedimúsque non eam vim solum, quam earum quelibet habere, verumetiam quid inter se differunt, & quo pacto his vti cōueniat, ostendimus. Nunc autem edocebimus de reliquis partibus, quæ & triam specierum sunt, & in omnem orationem plurimum decoris & vtilitatis adferunt.

De Præoccupatione. Cap. XVIII.

PRæoccupatio igitur est, qua & auditorum exiistimationes, & eorum qui contradicturi

sunt verba prœcurrentes, obuias difficultates re-
mouebimus. Auditorum autē existimationes hę
sunt modo prœoccupandæ. Admirantur autem
aliqui fortasse vestrum & ipse miretur ita de re-
bus magnis verba facere aggressus fuerim, & rursum. Nemo sese mihi difficilem obuiam effe-
rat, quòd de his sim vobis rebus consulturus,
de quibus alij quidam audacter apud vos eloquun-
cuntur. Quæ igitur molestę auditores labo-
sunt, sic prœoccupādo, causis ferās oportet, vt
bus rectè facere consultando videar: vtpote qui
demonstres oratorum inopiam, pericolorum ne-
gligentiam, aut publicam vtilitatem, aut alium
huiusmodi causam, qua auditorum indignatio-
nem soluturus sis. Quòd si nihilominus audito-
res turbētur, breuiter dicendum est, vel tanquam
in sententiæ velut in cōmentationis figura, quæ-
rum omnium absurdissimum venire quidem ita
quam ea hisce de rebus consulturos quæ optima
sint, nunc autem quandoquidem volunt eos au-
dire qui sententiam dicat, arbitrari pulchre so-
lere posse, & rursum honestum est, aut ipse
assurgentes sententiam dicere, aut dicentes assen-
re quæcunq; ex suffragijs facere ipsi consuetos.
Deliberatiuo igitur in genere sic est & præoccu-
pationibus vtendum, & tumultibus occurren-
dum. In iudiciali autem præoccupationibus vte-
mur, quemadmodum etiam in prædictis. Oc-
remus autem tumultibus, si quidem in ora-
num principijs fiant, hoc modo. Nonne igi-
tur absurdum est legumlatorem quidem antè
duas orationes aduersariorum cuique redden-
das, vos autem iudices ex lege iudicare iurare-
rando adstringi, deinde ne vnam quidem ora-
tionem audire velle, & eam quidem orationem

In deliberatiuo genere.

In iudiciali.

quæ tantum consilij vim habet, vt in ea audien-
da rectissime sitis sententiam laturi: vos autem in
his adeo negligentes esse, vt cùm neque ipsa di-
ctionum inania pertuleritis, iam omnia accuratis-
sime didicisse existimetis? & alio modo, qui non
absurdus est. Legumlatorem quidem in pari sen-
tentiarum numero imperare reo victoriam dari:
vos autem vsque adeo contra de iis sentire, vt
neque insimulationi reos respondentes audiatis,
ipsis prærogatiuam atque priuilegium in ferendis sententijs impartiri: vos autem contra ijs qui
nullo sine periculo accusatum veniunt, neque con-
uictos neque pertinaces esse: eos vero qui
cum metu periculoque criminibus respondent,
clamoribus corripere atque perterrere? Siquidē
igitur in orationum initijs turbæ fiant, hoc pa-
cto erat ijs occurrendum. Quòd si quid in dictio-
nis progressu dicentem turbauerit, si quidē pau-
ci quidem id agant, erunt hi corripiendi, dicen-
dumque ipsorum profecto esse iniustitiæ, vt sese
nunc ad audiendum præstent, ne alijs recte iudi-
candi impedimento sint: cùm vero audierint, vt
tunc quicquid libuerit faciāt. Sin multitudo om-
nis tumultuetur, non ipsos iudices, sed ipsum te
corripias oportere: si alius molestus fueris, iram
in te eius fore, si te vero accusatis, ac dixeris de-
quisse, vt veniam consequare facile præstabit.
Opus est etiam iudices deprecemur, vt nos dicen-
tes benigne audiant, & quarum rerum clam sen-
tentiam sint laturi, iam perspicuam mentem po-
stulemus. Vt autem breuiter complectamur, turbis
flammatim occurremus vel sententijs vel * com-
mentationibus, offendendique perturbantes aut
insito aut legitimo aut publico vtili aut honesto

Cum fiunt turbæ, quid facere debet orator.

enthymematum.

repugnare, ex hisce nanq; maxima fit vt auditores à tumultibus acquiescant. Quomodo igitur præoccupationibus apud auditores vtendum sit, & quo pacto turbis occurrendum, ex antedictis cognoscemus. Quæ ab aduersarijs verisimiliter dici poterunt, rursum quomodo præuenienda sunt demonstrabo. Forteque suam deflebit inopiam, cuius non ego quidem, sed huius mos erit causa. Et rursus, Audio ipsum & hoc illudq; dicturum. In superiore ergo oratione, quæ aduersarij dicturi videantur, sic præoccupando & soluere & infirmare oportet, etenim tametsi firmissima sunt quorum insimulamur, non inuenta magna iis qui iam antea audierint, videtur. Quod si secundæ in dicendo partes nobis datæ fuerint & aduersarij quæ dicturi sumus, præoccupauerint, ea rursum contra anticipando, ita à nobis soluenda sunt. Hic autem nedum multa de me mentionis apud vos fuerit, sed certò sciens sese à me reclamgutum iri, meam orationem occupando calumniæ dedit, ne ea quam oranti sibi præstiteratis attentionem audiendo attentione sitis: vel ne ipse orationem habeam apud vos ob eam quam hic de me prius calumniam habuerit, sed planè puto oportere vos meam dictionē ex me ipso potius quàm ex aduersario meo cognoscere: & si hæc ab eo sunt prius dicendo insimulata, quas non meo cres dixerim esse coniecturas, eum nihil nunc ni dictitare. Vtitur autē & Euripides in Philocte pulcherrime hac specie hoc modo. Dicemus ipsi, licet & hic nostram putet iam perdidisse dictionem, suggerens iniuriam feciſſe, verū ex meas res disce, sese pandet hic de se loquēs. Quo admodū igitur præoccupationibus & erga iudices, & erga aduersarios sit vtēdū, ex his sciemus.

Quomodo præcuparī, & quo pacto aduersarius ici possint

De Postulatis. Cap. XIX.

Postulata vero in orationibus sunt, quę ab auditoribus oratores postulant, horū autem alia sunt iusta, alia vero iniusta. Iustum quidē postulatum est, per quod ijs quæ loquimur, attentionem præstari, ac benigne audiri petimus. Iustū etiam quo secundum leges nos iuuari, ac nihil præter leges in nos decerni, & casibus ignoscendum postulamus. Si quidem postulatum præter leges fuerit, iniustum: si vero secundum leges fuerit, iustū dicitur. Postulata igitur sunt huiuscemodi: ipsorum autem differentias diuisimus, quò & iustum & iniustum postulatum dignoscentes, non inepte ijs vti possimus, & ne nos aduersarij lateant, cùm iniustum quicquam à iudicibus flagitant. Et de iis quidem & ex antedictis scire poterimus.

De Iteratione. Cap. XX.

Iteratio autem est breuis admonitio. Ea vero vtendum est tum circa partium tū circa totius orationis exitum. Iterabimus autem summatim, vel ratiocinando, vel interrogando, vel enumerando, vel eligēdo. Ipsorum autem vnumquodq; quale sit demonstrabo. Ratiocinari igitur est huiusmodi. Ambigo autem ipse quidem quid hi fecerint, nisi vos planè antea reliquissent: arguebatur autem aduersus hanc vrbem nostram cum exercitu processisse: nihil vero eorum vnquam quæ spopondissent, fecerunt. Itaque ratiocinari est huiusmodi. Enumerare autem tale est. Demonstraui autem ipsos qui priores societatē fouere, qui primum nos sunt adorti, quo tempore aduersus Lacedemonios belli gerebamus, quique maxime fluduere vrbem nostram in præda verte re, enumerare igitur est huiusmodi. Ex electione

Ratiocinādo.

Enumerādo.

Eligendo.

autem admonere est huiusmodi. Recordari oportet contigisse nobis, vt posteaquam fœcerimus cum iis nummos, nihil vnquam mali ab hostibus passi fuerimus. Nam cùm ex penumero nobis auxilio venissent, Lacedæmonios, qui nostri agros deuastarent propulsarunt multas etiam pecunias etiam hoc tempore ad nos deferat, ex electione igitur hoc modo admonebimus. Ex interrogatione vero hoc modo. Libenter autem ex iis quærerem, quid vobis pro conuentis haud soluendi, neque cùm indigentes se dicere audeant, quippe qui tantum pecuniarum ex hoc solo quotannis accepisse demonstrentur. Nec dixerint quidem multum ætis circa rempub. cõlumpsisse, propterea enim minores impensas quam reliqui omnes insulani pertulere, ex interrogationibus igitur hoc pacto tractabimus. Ex ironia vero, quam tum simulandi tum dissimulandi cauillationem vocamus, est cùm aliud dicimus, & aliud dicere simulamus. Finis autem forma sit huiusmodi, vt autem dictis breuiter commorando persistam. Nequam vero dicere oportet, mea sententia, vt illi qui multa se bona fecisse prædicat, malle primis ciuitatem affecerint nos vero qui ab iis ingratitudinis carpimur, & iis auxilio sæpe fuerimus, & iniuriam nemini intulerimus. Cùm igitur aliquid simulamus omittere, eo quòd breuiter dicimus, hoc pacto admonemus. Res vero cõtrariis nominibus appellare ita sit. Vt quidam probi viri multorum malorum socij existere, non autem ignaui plurimorum fuimus homonimi authores. Ex iis igitur breuiter admonentes iterationibus vtemur, & circa singularum partium, & circa totius orationis exitum.

interrogan

ironia.

De Facetijs, prolixitate orationis, breuitateque, ac earum medio. Cap. XXI.

VNde autem facere dicendum, & pro arbitrio orationem plixitate vtendũ sit, rursus exponemus. Hic igitur facere dicendi locus est, si quidem communes totas mediasue dixerimus: ita vt quod reliquum est, medium auditores ipsi comprehendãt, quo locis & sententijs vti cõueniat. Opus est autem in totam orationem facetias hasce dispartiamus, verbáq; commutemus neque eisdem semper, in eandemque sententiam frequentes afferamus: & hoc pacto nostra comis apparebit oratio. Qui vero dicendi prolixitate vti voluerit, opus est rem diuidat & quæ qualibet in parte insint, quámque naturam sapiant, edoceat, eorumq; vsum omnem tum proprium tum communem, & ipsas causas exarret. Quòd si longiorem quoque voluerimus orationem efficere, pluribus nominibus circa singula vtendũ est: criteq; singulas in orationis partibus iterandum, & iterationem ipsam paucis absoloendum: in hac vero orationis hæc omnia de quibus figillatim dixerimus, congestim ponas, ac de rebus omnibus dicere cõmentur. Hoc igitur modo prolixiores reddi orationes poterunt. Qui autem dicendi voluerit breuitate vti, oportet totum negotium vno vocabulo complectatur, & hoc maxime quod in ipsa re breuissimum insit. Opus est etiam paucis vti copulis, parima vero cõiungere nominibus ita vt vna dictio duabus seruiat rebus: eritque sæpe illa iteratio è partibus amouenda, & in orationum duntaxat finibus iterandum. Et hoc quidẽ modo breues poterimus orationes efficere. Quod si mediocritate vti in dicendo voluerit. Peritum maximè deliges, de hisce verba fa-

Universidad de Deusto Biblioteca

ciat oportet. Est etiam mediis vtendum nominibus, quę scilicet neq; lõgissima, neq; brevissima neque multa de aliqua vna re sint, sed mediocria potius. Oportet & epilogos ex intermedijs partibus neque omnino auferri, neque vbiq; tractos inferri, sed quæ maxime auditorib⁹ nota esse voluerit, in iis maxime ad finem iterationibus vti conuenit. Ex hisce igitur quandocunque liberos prolixitate vti in dicendo quibimus. Quòd si tam volueris orationem scribere, permaxime vbi obseruandum est, vt verborum mores hominibus simules queas reddere. Id autẽ efficies, si curiosi, qui mediocres sunt mores, consideraris. De iis igitur poteris hac via cognoscere. De nominum vero compositione iam declarabimus; est enim etiam hoc apprime necessarium.

De Nominum compositione,

Cap. XXII.

PRimum igitur figurę nominum sunt tres, simplex composita, & translata. Eodem etiã modo compositiones sunt tres, vna quidẽ quę in vocalem * connexionibus terminat, & à vocali incipit, secunda vero quæ à muta incipiens, in eam desinit, tertia autem quæ mutas vocalibus iungit. Item ordines sunt quatuor, quorum vnus similia nomina aut inuicem collocat, aut disiungit: alius vero qui eisdem rationibus vtitur, aut inuicem mutat: tertius vero qui vno multisue nominibus rem appellat, quartus autem ordo est, quo gesta negotia nominamus aut præterimus. Quo autem pacto pulcherrimæ orationis filum texendum sit, nunc edocebimus.

Syllabæ.

De

De fin Orationis texendo. Cap. XXIII.

PRimum quidem interpretationem ipsam in duas partes distribuere: deinde conuenit dilucide dicere. In duas vero partes interpretationẽ distribuimus hisce modis, vno quòd ipse potest & hoc & aliud. secundo quòd hic quidem haud potest, alius autem potest, tertio quòd hic & hoc & aliud potest. quartò quòd neque ipse neque alius potest. quinto quòd ipse quidem potest, alter vero non potest. sexto quòd ipse quidem alterum potest, alius vero nõ potest alterum. horum autem vnum quodque ex hisce perspicies. Quòd etenim ipse potest & hoc & aliud, huiusmodi est. Ego autem non harum dũtaxat rerum autor vobis eratis, verum & Timotheo, qui aduersus vos esset expeditiones ducturus, impedimento fui. Quòd vero hic non potest, alter autem potest, talis est. Ipse quidem non potis est qui pro vobis legatione fungatur: hic vero qui Spartiatarum ciuitati amicus est, facillime apud eos quæ vultis queat efficere. Quod hic autem potest & hoc & aliud est huiusmodi. Non autem in bellis solum hic se robustissimum & fortissimũ præstiterit, sed & consiliis ciuium cedit nemini. Quod autem neque ipse neq; alius potest, tale est. Neq; ipse parvus munitus manu hostes queat, neque alius quisquam ciuiũ expugnare. Quod vero ille potest, ipse autem nequit, est huiusmodi. Nẽpe hic corporis valet viribus: ego vero sum corpore imbecillus. Quòd autem ipse aliud potest, ille vero non potest aliud, huiusmodi est equidem. Ipse qui clauo & gubernaculis præsim valeo, hic autem neque qui remo vtatur potis est. Figurat igitur interpretandi in duas partes facies. hoc modo: omnibus in rebus idem modus seruandus

est

est. Quibus autem rebus dilucida tua reddatur oratio, id rursum est considerandum.

De Orationis dilucida. Cap. XXIIII.

PRimum igitur quadecunque dixeris propriis suisque nominibus appellabis & quicquid ambiguum fuerit euitato. Cauebis etiam oportet ne vocales deinceps ponat. Aduertēdum est præterea vt quos articulos vocant, opportune & apte loces. Item considereres opus est ne confusa sit perque perturbata nominum compositio, tale enim oratio & obscura est, & cognitu difficilis. Coniunctionibus vero quascunque ante dixeris, consequentes reddito copulas, coniunctiones autem coniunctionibus reddere ita sit. Ego quidem aliquid temporis dixeram, affui, tu autem quando te venturum dixeras, non venisti. Item cum eadem coniunctio consequens sit, tu enim & horum author extitisti, & horum author ipse tu. Coniunctionibus igitur dictum est, ex quibus oriri & reliqua quæque coniectari. Ipsa vero nominum structura neque confusa neque perturbata fieri debet, & confusa quidem est huiusmodi, si quis cum dixerit: Graue est hūc verberibus hominem afficere, nam obscurū esset qui esset eqdē, quem si ita diceres, graue est hunc verberibus adhuc affici perpicuam reddes orationem, tiraduntque igitur nominum confundere tale est. Vt autem aduertas quo pacto articuli ipsi tēpestiue apte addantur, ex hisce tibi liquidum fiet, οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἀδικεῖ τοῦτον τὸν ἄνθρωπον ἀδικεῖ. hic iste homo hunc ipsum hominem iniuria afficit, nam enim interiecti articuli dilucidam faciunt orationem, exempti vero obscuram apud Græcos efficient. Contingit autem & aliquando contrarium. Quæ igitur in articulis seruari conueniat, hactenus

huiusmodi sunt. Vocales autem iuxta inuicē ponendæ non sunt, nisi aut aliter obscura reddatur oratio, aut replicatio quædam, aliāue segregatio fiat. Ambigua vero fugere ita quibimus, quēdam nomina diuersis seruiunt rebus: sicut ludus quem ludimus, & ludus schola, oportet autem in huiusmodi nominibus semper id complectamur, quod proprium est significatum, & dilucide quidem ita nominibus, si hæc fecerimus, loquemur: ex superioribus vero præceptis in duas partes interpretationes distribuemus.

De Contentionibus.

Cap. XXV.

DE contentionibus autem, & comparibus, & similiter cadentibus iam dicere aggrediamur: nam & hæ quoq; nobis opus erit. Est igitur contentio quæ contrarium nomen simul & vim oppositis rebus habet, aut horum alterum. Quę igitur contrarium nomen simul & vim habet, huiusmodi esse poterit. Nō enim iuris est hunc meis rebus vsurpando locupletari, me vero meis priuatum rebus pauperie ita premi. Cōtentio vero nominibus solis erit huiusmodi, det enim locuples aeſorix pauperi & egeno. * Vi autem contentio hæc sit: Ego quidem hunc aduersa valetudine laborantem curaui, hic autem mihi maximorū auctor malorum extitit: nam hoc loco non in nominibus, sed in ipsis rebus cōtrarietas est. Quę ergo & vi & nomine cōtentio fuerit, ea erit longe pulcherrima, reliquę vero contentiones duæ sunt.

* τῆς δὲ ἀντιθέσεως.

De Comparis. Cap. XXVI.

COmpar autem est, quando duę pares enunciantur clausulæ. Pares autem esse poterūt multæ etiam paruæ clausulæ paucis magnis, & pares

parēt magnitudine paribus numero. Figuram ro habet cōpar huiusmodi, aut propter pecu rum inopiam aut propter belli magnitudine hæ nanque clausulæ neque similes neq; contra riæ, sed tamen inuicem pares sunt.

De similiter cadente. Cap. XXVII.

SImiliter vero cadēs est quod compari qua maius est, non enim pares solū clausulas, & similes & similibus efficit verbis, est autē huiusmodi, quantum te docet orationis ornatio, tantū adsit delectationis machinatio. Ante me vero similes fieri oportet exitus dictionū nanq; vel in primis efficitur similiter cadens. Similes autem dictiones sunt ex similibus syllabis, in quibus plurimæ literæ eædem sunt. Similitudinis nullis valet, & viribus multis caret quæq; vero extra artem posita sunt, ea vim idipsum demonstrabūt. Sed de his hactenus. Cæterum iustum & honestum & vtile reliquaq; & ipsa quæ sunt tenemus, & vnde his affluamus ex antedictis planè cognoscimus. Eodem autem modo quæ sint amplificationes extenuationes, & ex quibus hæ locis desumantur intelligimus. Identidem vero & præoccupationes, & postulata ab auditoribus, & iterationes & facetiæ, & orationū prolixitates, & ipsius interpretationis structuram omnem scimus, quas ob res commendationem omnium specierum vim atque differētiam, quēmque vsum omnem si ex antedictis tenebimus, assuefecerimus facile nosmetipsos quibus omnibus pro artis præceptis exercitati aboremus, & adiumenti ex ipsis plurimum tū dicendo tum scribendo cōsequamur. Igitur præceptorum hoc pacto accuratissime per partes distribueris. Vt autem pro vnaquaque specie ad hanc

ni corporis effigiē verba locari conueniat, & quę sint circa orationis partes obseruanda, & quomodo hisce partibus sit vtendum, rursum ostendam. De exordio igitur dicēdum est prius, ex vero septem speciebus cōmunia sunt, & omnibus in negotiis congrue dici poterunt.

De Exordio in Deliberatiuo causarum genere.

CAP. XXVIII.

EXordium est (vt compendio dixerim) oratio quædā quę rebus iis de quibus reliqua futura est dictio, summatim expositis, auditorum animos ad attentionem idonee, & quoad fieri dicendo potest, ad benenolentiam nobis comparat. Hæc enim per exordiū præstari conuenit. Quomodo autem eo vtamur, primum quidem deliberatione in genere, & in suadendi specie ostēdam. Docilitās. Cūm rem igitur auditoribus proponere, ac liquidam facere voluerimus, fieri poterit hoc modo. Surrexi, vt quo pacto pro Syracusanis bellādum sit suadeam vel hoc modo. Surrexi, vt * quid sēntiam dicam qui non deceat nos Syracusanis auxilium ferre. Hoc igitur modo summatim rem exponemus. Qui vero ad attentionem exhortemur, scire ex hisce poterimus, si nos ipsi animaduerterimus quibus & verbis & rebus ad audiendam sententiam attenti sumus. Nempe his sumus attenti cum de magnis vel terribilibus vel ad nos pertinentibus rebus consultamus, aut cum ōrates ipsi demonstraturos se dixerint iusta illa esse & honesta & vtilia & facilia & vera, ad quę nos geretę exhortātur aut cūm nos rogauerint vt se attente audiamus. Quemadmodum igitur ipsi aliis solemus, ita & nos, si quæ ex præmissis cōmodissima in præsentem rem fuerint delegerimus, eāq; auditoribus perspicua reddiderimus, eos nobis

* docēā qua pacto. Attentio.

atten

Universidad de Deusto
Biblioteca

Benevolentia.

attentos faciemus. Ad attentionem igitur ex auditores exhortamur. Benevolentiam vero parabimus, si consideraverimus primum quinos animo ipsi sint, benevolone an infesto neque bono neque malo. Si benevoli ergo erint, de benevolentia dicere supervacaneum erit. Verum si omnino id facere voluerimus, oportet paucis, cum dissimulatione quadam id fieri, hoc modo. Quanta sit mea in hanc urbem benevolentia, vt quæ sæpenumero suasa mea fuerint, facta essent vtilia gessentis, & qua me præstiterim ad communia commoda præbeo iustissimus quisque publicarum magis quam priuatarum rerum habendam rationem censuerim, neque quam a me dici opus existimo, hoc enim perspicuum est & cognitum, verum quòd & nunc si fidem adhibere mihi volueritis, consilium rem pulcherrime, hac de re vt vos edocebo bo operam. Hoc igitur modo eos qui bono in nos animo, in consultationibus benevolos admonebimus, si vero auditores neque nobis festi sunt, neque benevoli, dicendum est & tu esse, & conducibile, eos his cumbus benevolos si qui nullum sui dederunt experimentum, de oportet laude auditores demulcere, quod ste & grauiter quæ dicuntur iudicare consueuerunt, item & extenuationes afferendæ: iudicatur, Surrexi non tam vlla dicendi vi eleganti confisus, quam existimans ea à me narrari, quæ ad communem vtilitatem commodumque pertinent. Cum igitur auditores neque a nobis alieni neque benevoli nobis sint, ex huiusmodi re benevolentia captabitur, sin autem calumniæ noxij apud auditores fuerint, necesse est aut ignorent, aut res de quibus dicunt, aut ipsam

mum orationem calumnias continere. Hæ autem calumniæ aut ex præsenti aut ex præterito tempore trahuntur. Ex præterito quidem tempore, si qua improbitatis suspicio de aliquo habeatur, primum in auditores præoccupatione vtendum est, atque dicendum ita. Neque ipse quidem ignarus sum me apud vos calumnia affectum esse, sed omnem ego de me insimulationem falsam esse demonstrabo. Postea summatim enumerando in exordio dicendum erit, si quid in rem tuam oratione complecti queas, & aut vituperanda iudicia. necesse enim est sine publice sive privatim calumnia de quopiam facta sit, vel esse vel fore iudicium, vel nolle accusatores iudicium fumere: scriptis dicendum vt iudicatum iniuste fuerit, quódque mihi nec nobis homines nocuerint: aut si minus hoc verisimile visum fuerit, dicendum erit satis id esse debere, quod minus tunc ex sententia nobis cesserit: iniustum autem esse, cùm res iudicatæ iam fuerint, rursum easdem calumniari. Si vero celerio, qui ad insinuationes in hoc ipso pulcherrimo concessu respondeas, & si quid aduersus Rempublicam per iniuriam patrauisse demonstreris, te morte multatum iri. Sin autem accusatores* mi- *Non iusseris.
nus in causa persistant, eadem oportet vti conclusura, quoniam falsam de nobis calumniam detulissent, desistunt causa. non enim cõsentaneum videbitur nolle eos iudicum capere, qui veram accusationem detulerint. Vsque vero in calumnias acerrime est inuehendum, dicendúmque quàm trux & communis & multorum malorum causa. Ostendatur quoque oportet permultos iam iniuste per calumniam periisse. Item monendum, stultum esse, eos qui de republica consul-

tant, non quæ ab omnibus dicantur audire: & quod vtile sit animo volûtate, sed aliquorum suspitionibus commoueri. Commonefaciat autem atque pollicearis oportet, ea te de quibus suadere sis pollicitus, & iusta, & vtilia, & honesta demonstraturum. Eos igitur, quorum ex præcepto tempore calumnia delata sit, conuenit hoc pacto insimulationes in consultationibus solere. Ex præsenti vero tempore oratoribus exordium solet afferre primum quidem ætas ipsa: nam siue omnino iuuenis, siue senior concionetur, auditores moleste ferunt. Huic enim non dum incipere, illi vero iam quiescere decorum esse putant. Deinde si crebro orationem habere consueuerit. hic enim importunus videtur esse. Et si nunquam antea orationem habuerit. nam & hic alicuius priuati commodi gratia præter consuetudinem videtur concionari. Ex præsenti igitur tempore huiusmodi poterunt in illum insimulationes fieri, qui apud concionem orsurus sit: sed causa de iis afferatur necesse est. Adiuuenire quidem ex consultantium inopia, & ex eo quod suum esse potissimum videtur quæ dicendum si dixero de iudicio lampadarchiæ, vel de gymnasio, vel de armis, aut de equis, aut de re bellica. horum enim non minima pars adhuc inuenti. Dicendum est autem, quòd tametsi conuenit dum iuuenis per ætatem prudens esse potest, verum natura & diligentia quadam certe potest. Ostendendum est etiam qui aliquid imprudenter gesserit aduersum casum sibi priuatim datus. Ad cuncto vero communem esse vtilitatem cum reliquis. Iuuenis igitur ex iis atque similibus argumentabitur. Senior autem argumentabitur, & ab inopia consultationum, & à facultate sua, præterea & à magnitudine & nouitate periculorum, & ab aliis huiusmodi rebus. Crebro autem dictionem habere consuetus, ab experientia argumentabitur, & ab eo quòd turpe sit non eam sententiam nunc dicere, qui antea consueuerit. Non autem consuetus argumentabitur, tum à periculorum magnitudine, tam ab eo quòd necesse omnis sit eum qui ciuitatis est particeps, de iis quæ in præsentia agantur, sententiam dicere. Eas igitur insimulationes quæ in concionibus circa hominem fiunt, hoc pacto refellere studebimus. Fiunt autem circa rem, cùm quis nihil neque iis à quibus nulla simus iniuria lacessiti, neque iis qui fortiores potentioresque sunt, persuadendum esse consultat, aut pacem turpem fieri persuadet, aut circa Deorum immortalium sacrificia quàm maximos effici sumptus monet, aut huiusmodi quicquam narrat. Oportet autem in huiusmodi rebus præoccupatione prius ad auditores vti, quasi causam aut in necessitate, aut in fortuna, aut in tempora, aut in aliquod commodum referamus dicamúsque non consultantibus quidem esse, sed rebus potius huiusmodi causam adscribendi. Hoc igitur modo eas quæ circa rem sunt insimulationes à cõsultantibus remouebimus. Oratio vero ipsa in cõcionibus solet insimulari cùm aut prolixe, aut nimis prisce, aut minus probabiliter dicatur. Ite si quidem longa fuerit, in rerũ multitudinem causa est referenda: sin prisca sit, docendus oportet nunc ipsam tempestiuam esse. Sin autem minus probabilis sit, pollicearis oportet eam te veram in dicendi progressu demonstraturum. Cõsultationes igitur ex iis rebus principio constituemus. Quo vero vtamur ordine, animaduerti conuenit. Si quidem nulla prorsus

insimulatio fit neque nobis, neque orationi, neque ipsi rei à propositione continuo est inchoandum. Attente autem quæ dicuntur, humaneque audire ad postremum exhortabimur. Sin vero aliqua sumus ab illis qui ante dixerunt, insimulatione præmuni post anticipatam auditorum opinionem eorum quorum insimulati fuerimus, & responsiones & causas breuiter in medium afferentes, ita proponemus, & auditores ad attentionem exhortabimur. Exordia quidem in cõfutationibus hoc modo sunt constituenda.

De Narratione in eodem genere.

Cap. XXIX.

POstea vero necesse est aut res gesta à nobis renunciati refertur, aut res præsentes dicendo exponi, aut quæ futuræ sunt iam præcipere. Cùm igitur de legatione sit nobis renunciandum, omnia quæ dicta fuerint, dilucide narrare oportet quò primum quidem grauitatem orationi præ se ferat. hæc enim renunciatio solum requirit, nullâque alia orationis figura incidet. Deinde si quidem nobis ex sententia minus res contigerint, non vlla id negligentia nostra, sed alia quadam causa accidisse auditores existiment. Sin vero ex sententia contigerit, non casu aliquo sed nostra diligentia & industria id factum opinentur. Hæc autem eo facilius credunt, si quoniam gestorum negotiorum nequaquam interfuerint, nostram in oratione negligentiam, promptitudinemque perspexerint, vtpote qui nihil omittamus, sed vnumquodque quàm accuratissime referamus. Cum igitur legationem renunciemus, tis causis singula quæq; quo pacto gesta fuerint, renunciare oportet. Cum vero ipsi concionantes aliquod præteritũ narramus, siue etiam præsentia exponamus, siue prædicamus futura, necesse est vnumquodque horum & breuiter & dilucide, & non sine probabilitate faciamus. dilucide quidẽ, vt quę dicuntur, cõprehendi queant: breuiter autem, quò quæ dicta fuerint, memoriæ auditores teneãt. Probabiliter vero, ne ipsi auditores prius quam probationibus atq; iuris partibus nostram orationem confirmauerimus, nostras iam narrationes falsas esse reprobent. Dilucide igitur exponemus aut à nominib⁹, aut à negotiis. A negotiis quidem, si nõ ea perturbare exponamus, sed rerum ac temporum ordinem seruemus, reliqua vero deinceps collocemus: & si neque eo de quo dicere cœperimus, relicto negotio, in rem aliam transeamus. A negotiis igitur hoc modo dilucide narramus. A nominibus vero, si quãmaxime idoneis rerum nominibus negotia appellamus, & si non ambiguis vtamur, neqi perturbate ipsa colloc emus, sed vsq; cohærẽtia deinceps ordinemus. Dilucide igitur exponem⁹, si hæc diligẽter obseruauerimus. Breuiter vero narrare poterim⁹, si tũ ex negotiis, tum ex nominibus ea remouerimus, quæ non sint dicta necessaria, & ea solum complectemur, sine quibus obscura reddetur oratio. Et breuiter quidem hoc modo exponemus. Probabiliter autẽ à nobis narrabitur, si ad ea negotia quæ minus verisimilia videntur, causas attulerimus, quibus illa non absurde gesta videantur. si qua vero omnino incredibilia cõtigerint, ea requiramus necesse est. Sin autem necessaria sint quæ dicãtur, ea te scire ostendas oportet, sed ad confutationis partem, quia cum illa implicata sint, dicenda reseruare, orationisque progressu id te verum demonstraturum polliceri, ea vsus argutia, quòd quæ prius abs te dicta fuerint, ea

prius vera iustáque demonstrare quàm aliud huiusmodi quicquam velis. Et hoc quidē modo quæ minus verisimilia sunt medebimur. Vtemur sæpiùs vna omnia complectamur, & renunciando, & exponendo, & prædicendo, ex his omnibus quæ ante diximus dilucidas, breues, & probabiles narrationes faciemus.

De ordine Narrationum. Cap. XXX.

EAs autem tripliciter ordinabimus. Nam quidem ea, de quibus dicimus, pauca sint auditoribus cognita, exordio narrationem cōgemus, ne pars hæc separatim posita breuis admodum fiat. Cùm vero negotia & permulta & incognita sint, ad vnum quodque cōiunctas narrationes faciemus, eásque iustas & vtiles & honestas ostendemus; quò non modo in narrando rebus occupati simplicē & non varietate quadam insignem orationem faciamus, verum & auditorum animos capiamus. Sin autem negotia media sint, & minime nota sint, opus est vel renunciationem vel expositionem vel prædictionem in exordio vno & eodē quasi corpore collocemus. Hoc autem faciemus, si à rerum initio ad extremum vsq; narrando prosequamur, & nihil aliud complectamur, sed ipsa negotia expedite declaremus. Quemadmodum igitur in exordio narrationes ordinandæ sunt, ita scire poterimus.

De Confirmatione. Cap. XXXI.

DEinceps autem confirmatio sequatur necesse est, per quam præmunita negotia ex probationibus & iustis & vtilibus, sicuti nos demonstraturos polliciti sumus, confirmabimus. Cum igitur cōiunctas narrationes facere oporteat, probationes in cōsultationibus quàm commodissime dicuntur à rerum consuetudine, ab exemplis à commemoratione, & ab ea, quæ de oratore sit apud omnes opinione. Vtendum est etiam & si qua ex aliis probationum partibus inciderit, eæ vero sic sunt collocandæ. Primum quidem diuersis opinio, sin id minus poterimus, rerū consuetudines ordinabimus, demonstrabimúsque & hæc quæ dicimus, vel & his similia hoc modo fieri consueuisse, deinde vero exempla adferemus: & si qua est cum his quæ à nobis dicuntur, simili tudinem adducemus; ea autem exempla capiamus oportet, quæ tum rei cōgruant, tum ipsis auditoribus vel loco, vel tempore sint proxima, si autem seeus sint, debemus ex aliis, quæ maxima & notissima sunt accipere, post hæc vero sententiis vtēdum est. Oportet autem eas partes quibus probabilia & exempla tractata fuerint, in fine commentationibus & sententiis terminemus. Et probationes quidem hoc modo ad negotiorum confirmationē adducemus. Si vero narratis rebus continuo sit fides adhibita, probationes ipsas relinquemus, & à iusti & legitimi & vtilis & honesti & iucundi & facilis & possibilis & necessarii partibus antedicta negotia confirmabimus. Et si quidem iustum inest, id primum collocabimus & per hoc, perque huic simile, & per contrarium, & per iudicatum iustum enarrabimus, & similia his iustis de quibus loqueris, exempla sunt afferēda, habebis autem permulta exempla tum ex his quæ priuatim apud singulos iusta existimantur, tum etiam ex his quæ in ipsa vrbe vbi orationē habes, tum demum ex his quæ in alis vrbibus iusta duci solent. Cùm vero hæc omnia hoc modo percurrentes narrauerimus, in ipsisque iusti sine sententiis commentationeliqi moderatas & sibi inuicem dissimiles attolerimus, &

quidem ea pars longa sit, eiúsque meminisse non
inerimus, paucis iterabimus: sin autem mediocris sit, commemoratúrque, tunc vbi eam finierimus, aliam quoque partem adiungemus. est autem id huiusmodi. Quod iustum quidem est auxilium nos ferre Syracusanis, satis ex iis quæ dicta sunt demonstratum existimo: quòd autem etiam id nobis conducturum sit, enitar edocere. Et cùm rursus eodem modo vt de iusto fecimus, vtile percurreris, & eius extremam partem vel breuiter iterando, vel finiendo absoluens itidem aliam partem, quæcunque tibi in mentem fuerit, adiunge. Hoc igitur modo aliam alij partem addere, & orationem contexere opus est. Cùm hæc vero omnia prosecutus fueris, quibus ea quæ persuadet, confirmare queas, oportet de his de omnibus summatim cum commemorationibus & sententiis coloribúsque demonstres vim ea efficere, & iniustum & perniciosum & turpe & triste admodum fore, contra vero summatim addendum est, & iustum & vtile & honestum voluptuosúmque futurum, si hæc ad quæ eos exhortaris, effecerint. Vbi vero iam satis abundeque sententiarum grauitate vsus fueris, quæ persuadet, conclusione terminabis, & hoc quidem modo quæ proposita fuerint, confirmabimus. Post hanc autem partem de præoccupatione dicere aggrediemur.

De præoccupat one. *Cap.* XXXIII.

EST autem præoccupatio, eorum locorum, qui contra tuam dictionem haberi possent, præoccupans reprehẽsio. Oportet autem quæ ab aduersariis dicuntur exteuuare, tua vero amplificare, veluti superius in amplificandi tractatu audieras. Opus est etiam conferas vnum vni, cùm tuum

tuum scilicet maius sit: & plura pluribus, & vnum multis & multa vni, sic secundũ omnẽ speciẽ varietate debemus vti, nostra quidem augẽdo, aduersariorum autẽ infirmando atq; deprimendo. Et hoc quidẽ modo præoccupationibus vtemur, hæc autem vbi fuerimus prolecuti, iterationibus eatenus terminabimus, colorésque antedictos ratiocinationis, vel enumerationis, aut electionis, aut interrogationis, aut ironiæ assumemus.

De Suadendo, Dissuadendi q; forma.

Cap. XXXIIII.

QVòd si ad ferendum aliquibus auxilium suaserimus, siue priuatis hominibus siue vrbibus, paucis dicere conueniet, & si qua his in auditores siue amicitia, siue gratia, siue misericordia præcesserit, in medium afferre congruum erit, maxime enim omnes his auxilio esse volunt, qui tali animo in eos fuerint, diligunt enim eos, à quibus vel ab ipsis vel ipsorum amicis aliquid beneficij siue ipsi, siue alij qui eis curæ sunt, vel opportune suscepisse, vel suscipere, vel susceptum ire crediderint, his autem habent gratias, qui siue ipsi, siue ipsorum amici, aut in eos aut in eorum necessarios boni quippiam opportune, vel contulisse, vel conferre, collaturiue putetur. Si horum igitur aliquid vnum incidat, id breuiter docemus, & ad misericordiam redigamus oportet. Id autem affatim facere poterimus, si cognouerimus soluere omnes in eos misericordia moueri, quos familiari erga se animo esse opinentur, aut indignos calamitate suspicantur. Hæc autem in iis esse ostendes, quos misericordia dignos velis demonstrare: eisque demonstrandum eos iniquè passos, vel pati, vel passuros vbi nostris his auxilio auditores fuerint, sin vero

hæc in illis non sunt demonstrabis eos omnium bonorum inopes esse, quorum cæteri omnes aut plurimi sint participes, quique nihil vnquam boni vel nacti fuerint, vel nanciscantur, nactique sint, nisi auditores hoc tempore ad misericordiã moueantur. Ex his igitur auditores ad misericordiam inducemus. Dissuadere autem ex cõtrariis locis poterimus, eodẽque modo exercebimur, & narrabimus, & probationibus vtemur auditoribúsque ostendemus, quæ facere aggrediuntur, esse & præter leges, & iniusta, & pernitiosa, & turpia, & tristia, & impossibilia, & diabolica, ac minime necessaria. In dissuadendo vero idem dispositionis modus seruabitur, qui etiam in suadendo, quamobrem qui vltro dissuadere disponere ita poterunt? Qui vero aliorum persuasionibus cõtradicere voluerint, primum quidem ea in exordio proponere debent, quibus sint contradicturi: in reliquis vero figillatim est exordiendum: post singula vero prædictorũ exordia est secundum vnumquodque propositum maxime demonstrandum, minime omnium ea esse ad quæ aduersarius exhortetur, neq; iusta neq; quæ iis sequuntur, hoc autem facies vt ostendas, vel iniusta esse quæ ille narrat, vel inutilia, vel his similia, aut iustis cõtraria, aut vtilibus, aut his quæ talia esse iudicatur, eodem quoque modo & cætera quæ meiderint, tractare debebis. Optimus igitur dissuadẽdi modus hic est. Quòd si minus hoc facere commode poteris, ex eo quod reliquum genere dissuadere orando poteris: vt si quidem aduersarius iustum esse ostenderit, tu vel turpe esse, vel inutile, vel difficile vel impossibile, vel aliud quidpiã huiusmodi cuiere demõstrare: si vtile aduersarius esse ostenderit, inustum ipse, & si

Dissuadere quo pacto debeamus.

si quid aliud opportunum ad id habueris, demonstrabis, tum præterea augendo, & aduersarij deprimendo facies, quemadmodum in suasionibus dictum est. Decet eodem quoque modo sententias, *enthymemata,* ✱ãmentationesque afferre, præoccupationesq; refellere, ac breuiter ad exitum iterare. Præterea quoq; in suasionibus ostendendũ est, aut eos quibus auxiliũ ferendũ suademus horũ amicos esse, quos ad id faciendum exhortamur, aut hoc gratias his deberi qui deprecanturiquibus vero auxilium ferre dissuaserimus, eos vel ira, vel inuidia, vel odio dignos ostẽdemus. In odiũ quidem adducemus, si ab illis aut ipsos auditores, auditorumue amicos, aut alios qui his curæ sint mali quippiã iniquè passos demonstrabimus. In iram autem rapiemus, si vel auditores ipsos, vel ipsorum amicos, vel alios qui his sunt curæ, indigne negligêtos iniuriáve affectos ostendemus. In inuidiam vero pertrahemus, si summatim indigne fortunatos extitisse, aut esse aut fore, vel sinullius vnquã boni fuisse inopes, aut esse aut futuros, vel si nunquã malorũ quippiã passos, aut pati, aut passuros demõstrabimus. In inuidiam igitur & odiũ atque irã hoc modo concitabimus: benevolentiam vero & gratiam & misericordiã ex his poterimus cõparare, quæ in suasionibus dicta sunt. Fas autem ex antedictis omnibus contexere ordinareque poterimus. Species igitur suadendi & quales ipsa sit, & ex quibus constet & quomodo ea vtendum sit, ex iis liquido cognoscimus.

De Oratione partibus in Demonstratiuo genere.

Cap. XXXIIII.

RVrsum autem laudandi, vituperandiq; speciem deinceps cõsideremus. Cum in hoc genere exordiri voluerimus, propositiones primum ordin

ordinamus, insimulationesque dissoluimus, ita
dem atque in suadendo. Ad attentionem vero
exhortamur, tum ex his quæ in consultatione
dicta sunt, tum ex eo quòd mirabilia illustrisq
dicamus, vt æquitatem nostram, eorúmque q
vel laudamus vel vituperamus, & inaudita dem
stremus, in huiusmodi enim causis vt plurimu
nou disceptationis, sed ostentationis potius cau
sa orationem habere consueuimus. Primum
tem exordia eodem modo constituemus, q
deliberatiuo à nobis genere demonstratus ob
Post exordium vero partiri debemus ex ea qua
extra virtutem sunt, & ea quæ in ipsa virtute
na considerantur, hoc modo: externa quidem
bona in bonam valetudinem, & robur, & formo
dignitatem, & diuitias: virtutem vero in sapien
tiam, iustitiam, & fortitudinem, illustresq; disci
plinas distribuimus. Horum autem quæ in vir
te posita locatáque sunt, iure laudantur; extra
autem subducuntur. Robustos namque & pul
chros, & nobiles atque locupletes nequaquam
laudare, sed dicere beatos conuenit. His autem
diligenter considératis, post exordia de genere
primum dictionem ordinabimus. Hoc enim pro
num hominibus ac reliquis animalibus clarum
ineſt, vel obscurum. Proinde recte quidē aut ho
minem, aut aliud tale animal ex genere com
memorabimus. Cùm vero aut affectum, aut res
aut orationem, possessionémue laudare voluerim
mus, continuo ex iis quæ honesta adsunt, non
absurde laudabimus. A genere autem laudare
ita conuenit. Si quidem progenitores insignes
fuerint, debemus omnes ab initio ad eum vsque
quem laudatum volumus resumere, & in singulis
progenitoribus clarum aliquid summatim ap-

Laudandi forma.

Διὰ γένους ὕλας.

ponere. Quòd primi industrij insignésque fuerint, reliquos vero nihil oratione dignum gessisse contigerit, primos quidem illos eodem modo prosequemur, ignauos autem atque degeneres omittemus, ea vti cauillatione, quòd propter magnam multitudinem nolimus auditoribus orationis longitudine graues esse: præsertim cùm nemini sit obscurum, qui ex bonis clarísque parentibus nati sunt, eos consentaneè fieri suis maioribus non dissimiles. Sin autem veteres progenitores obscuri fuerint, qui vero proxime extiterunt illustres: ab iis est laus generis capienda, dicendúmque, vt de illis quidem longam repetere quidem orationem supernacaneam admodum fuerit. Sed si eò laudes referantur: qui proximi ex qui laudantur extitissent, planè & hi quoque boni probíq; viri ostendantur, quòdque perspicuum sit horum maiores industrios quosdam ingeníosq; extitisse. Haud namque verisimile videri, huiusmodi homines honestos & bonos esse, qui ex improbis progenitoribus nati essent. Vbi vero nullus maiorum sit splendor, dicendum ipsum in se generosum esse, colligésque eos omnes ingenuè natos esse qui ingenitam sibi virtutem habent, & eos aliis quoque omnibus longe antecellere, qui suos progenitores laudant: permultos enim qui ex claris maioribus nati essent, degeneres extitisse, addesq; quòd de huius nunc & non de progenitorum præconiis agatur. Eodem autē modo in vituperationibus origo generis in improbos maiores referenda est. Et ita laudando ac vituperando quæ ad genus pertinent, ordinabimus. Et si quid illi de quo loquimur, præclarum fortuna concesserit, hoc duntaxat tuebimur, vt ea quę ætati conueniunt enarremus, &

id

id quidem haud prolixe: pueri namque tam sit ingenio quàm eorū qui ipsis præfuerint, diligentia, honesti, pudiciq; sunt. Quare breuis de ista habenda oratio. Cum huncautē modum pertineris, habita ad postremū commentatione atque sententia, debes hanc partem in adolescētis finem terminare. Et propositione deinde facta, eius qui laudatur, res gestas, aut mores, aut studia amplificabis, quemadmodum ab initio in demonstratiuo genere prius diximus. Exponesque ab huius quem ipse laudas, cùm esset hic ætate, aut per hunc, aut per studium, aut ex hoc aut huius gratia, tam hoc tum illud præclarum factum gestum fuisse. Oportet & cæterorum quoque unumquem præclarè facinora colligendo conferre, & huius longe ita maiora esse ostendere: illorum quidem quæ minima sunt, huius autem quem tu laudas, quæ maxima sunt enarrando. Conuenit autem & quæ apud alios res illustres parum prædignitate collatæ fuerint, eas abs te dicendo idem magnas demōstrari. Et semper res ita comparando augendæ & exornandæ sunt: vt Vbi & quis iuuenis ita Philosophus vnquam fuit, vel senior magnum adeo incrementum habuerit? Et qui adeo robuste gymnasiorum laborem perfert, vehementer is Philosophiæ studium & industriam adamabit. Et hoc quidem modo per similitudine & collatione vsi amplificabimus. Cùm vero quæ circa ætatem adolescentis considerantur, absoluerimus, in fine huius partis sententiæ commentationēsque locabimus, aut quæ dictæ sunt breuiter iterantes, aut ad postremam partem finientes. Rursus vbi proposuerimus quæ gesta sint ab ipso viro quem laudamus, de iustitia primum dicere aggrediemur, quam eodem modo

enthymemata.

modo vt in superioribus exornantes, ad prudentiam, si fuerit, descendemus. Et hanc eodem quo que modo absoluentes, fortitudinem si fuerit, proponemus. Quam eadem amplificationis ratione item percurrentes, cum ipsius finem partis attigerimus, & omnia genera prosecuti fuimus, sigillatim quæ ante dicta fuerint iterantes, exitum vel sententia, vel commentatione toti orationi apponemus. Congruet autem laudibus, nominibus etiam multis circa vnumquodque vti, & splendidam facere dictionem, atque magnificam. Eodem quoque modo cùm de nequam hominibus oratio nobis erit, vituperationes constituemus. Oportet autem nullis in eum vtamur cuiuis quem carpimus, sed ipsius duntaxat vitam enarremus. Sermones enim longe magis quàm ioculæ obiurgationes atque cauilla & auditoribus persuadent, & ægritudine quos vituperamus afficiunt. Nam huiusmodi quidem sales ad ideam vel ad substantiam referuntur. Sermones vero sunt ingeniorum, morúmque veluti imagines. Cauendum est etiam ne res turpes nominibus appellet turpibus. Id enim adfert grauitati calumniam. Sed quæ huiusmodi sunt, tanquam per ænigma significabimus, & aliarū rerum nominibus rem ipsam manifestabimus. Debemus autem in vituperationibus ironia vti, & in iis adnersarium deridere, quibus ille maxime exultat: & primarim quidem paucisque præsentibus rem dehonestare. In vulgus autem & multitudinem communes maxime vituperationes maledicere. Vituperationes vero eodem modo poterimus quo etiam & præconia & augere & extenuare. Itaque harum specierum ex iis quæ superius dicta sunt, vsum omnem intelligemus.

Quo pacto vituperationes constituendæ.

vellicatio.

Accu

Accusationis Quæstionisque præceptaque ad Iudiciale genus spectant. Cap. XXXV.

Reliquum est vt accusandi quærendique precepta peragamus, quæ rursus quemadmodum in iudiciali genere dictum est componemus, ordinabimus, percurremus. Primum igitur in exordio rem, de qua fit accusatio vel defensio, proponemus, vt etiam in aliis præmissis fiebat. Ad attentionem autem ab isdem locis exhortabimur, quos in suadendo dissuadendoque docuimus. Item etiam de benevolentia idem quoque modus seruandus erit, qui in deliberatione genere præmissus est. Nam is cui auditores benevoli sunt, ex præterito aut præsenti tempore & is ne calumnia affectus sit, ad eos irritandos vel in se, vel in rem ipsam, vel in orationem benevolentiam captabit eodem modo, vt illic docuimus. Is vero, in quem neque benevoli auditores, neque infensi fuerint, benevolentiam captare poterit ex præterito præsentique tempore vel per se ipsum, vel per rem, vel per orationem. Ille autem, qui apud auditores calumniæ obnoxius factus fuerit, partim mixtim, partim peruatim benevolentiam captabit. Hic igitur modus erit, per quem benevolentia comparabitur. enimuero hi aduersus quos neque bono neque malo animo auditores fuerint, pauci sunt laudandi & aduersarij vituperandi. Oportet autem eos ab iis laudare quæ videntur maxime auditorum interesse: (dico autem ciuitatis studiosum amicorum obseruatorem, gratum, misericordem, & similis) aduersarios autem ab iis vituperare, quibus auditores ad iram irritabuntur. Hæc autem sunt ciuitatis inimicos amicorum hostes, ingratus, immitis, & huiusmodi. Opus est etiam laude

Exordium

Attentio.

Benevolentia.

laude iudices delenire, quòd iusti iudices gratiosique sunt. Aduersariorum præterea defectus, si cubi ubi minores extiterint siue ad diceadum siue ad agendum, seu ad aliud quicquam quod in discrepatione versetur, erunt oratione complectendi, & iustum præterea, & legitimum, & vtile, & quæ deinceps sequuntur, inducenda. Cùm iudices igitur neque bono neque malo animo in nos fuerint, ex iis benevolentiam captabimus. Si quis vero in calumnia sit, idque ex præterito tempore, & circa orationem, scire ex antedictis poterimus, quo pacto insimulationes dissolui oporteat. Quòd si ex præsenti tempore calumnia fuerit, necesse est circa ipsum hominem eam fieri aut si ineptus præsenti controuersiæ, aut si criminibus subcontrarius, aut si pro confesso accusationi obnoxius videatur. Ineptus quidem fuerit, si aut iunior aut senior pro alio disceptet. Subcontrarius vero esset, si quis robustus imbecillum verberationis accuset, aut si quis contumeliosus cõtumeliæ temperãtem insimulet, aut si quis admodum pauper hominem ditissimum pecuniarum agens in iudicium deuocet, itaque huiusmodi homines subcontrarij criminibus sunt. Pro confesso autem erit, si quis fortis robustúsque existens, ab infirmo & imbecillo verberationis accusetur, aut si quis fur existimatus, furti reus in iudicium arcessatur. Vt autem omnia vno cõplectamur verbo hi quorum mortibus similis est hominum opinio, videbuntur criminibus esse obnoxij. Circa ipsum igitur hominem ex instanti tẽpore calumniæ huiusmodi fieri poterunt. Circa rem autẽ ex cõtingent, si quid aduersus domesticos amicos, aut aduersus hospites, aut in suos, vel de prauis vel de turpibus te-

tus negotiis adferat, hæc enim infamiam discertantibus afferunt. Quemadmodū igitur eas obiectiones sumus dissoluturi, deinceps ostendam. Duo esse communia in omnibus elementis existimo: alterū quidē, vt quibus rebus corregeros iudices aduersarios putes, his eos præmunias corripias, alterum vero est, si res in aduersarios quidem maximè sin id minus, in alios quosdam transferas, ex vsus cauillatione, q̄ non ex iudicantia tua, sed ab aduersarijs coactus in certamen descēderis. In vnamquamq; vero calumniam hæc argumentari cōuenit. Inter quidem causas aut seniorum aut amicorū, qui pro se disceptent, solitudinem, aut criminum magnitudinem, aut temporis* præscriptionem, aut rerum multitudinem, aut aliud quid huiusmodi. Si vero habeatur pro alio dictionem, dicendum erit te amicitia gratia aduocatū fieri, aut aduersarij motum inuicitia, aut quia negotiis interfaeris, aut ob vtilitatem publicam, aut quia is cui patronus vebis & ab omnibus est desertus, & iniuria premitur. Quòd si crimini pro confesso obnoxius, vel ob contrarius accusationi effici videatur, cum præoccupatione vtendum est, tum etiā dicendum vt neque iustum, neque legitimū, neque vtile sit de opinione ac suspicione ferre prius sententiam, quàm res fuerit audita. Quæ igitur circa ipsum hominem sunt, hoc pacto infimulationes diluemus. Eas vero quę circa rem sunt, ita repellemus. Causam in aduersarium reiiciemus, vel si minus dictum ei crimini demus, vel si iniuriam aut ciuiditatem, aut pertinaciam, aut iram præterduramus, q̄ nullo alio modo ius consequi possimus. Priuatas igitur calumnias apud iudices sic diluemus, communes vero omnibus speciebus fabulę

amœnitas.

vere poterimus, quemadmodum in superioribus dictum est. Exordia vero in genere iudiciali eodem modo collocabimus, sicuti etiam in deliberatiuo. Eadem etiam ratione narratione exordio coniungemus, quas vel particulatim probabiles esse, initiáque ostendemus aut ipsas separatim tanquam in vnū corpus ordinabimus. Deinde vero erit confirmatio, quam, si quidem rebus ipsi aduersarij contradixerint, ex probationibus: sin autem consenserint, ex iustis & vtilibus & his similibus confirmare debemus. Collocanda sunt si quæ nobis ex quæstionibus confessiones fuerint. Demum vero si nullo modo verisimilia ea fuerint, sententiis & commentationibus: sin autem non omnino verisimilia, probabili, demum exemplis, & coniecturis & signis, & argumentis, demum vero cōmentationibus & sententiis confirmare debemus, q̄ si verisimilia fuerint, probationes quidem omittemus,* iustis autem quē- * τὰ ἄτεχνα admodum in antedictis vtemur. Et hoc quidem modo confirmabimus. Post confirmationem autem vbi ea quę in aduersarios sunt collocanda fuerint, præoccupabimus eas res quas verisimile fuerit aduersarios dicturos, & si quidem aduersarius negarint, probationes illas à nobis diffamabimus, quas vero illi dicturi sunt, reprehendemus, & extenuabimus. Si vero facultas & legitima & iusta esse quæ secundum scriptas leges à nobis inducta ostenderimus, extendum est vt his simul leges, quas & iustas & honestas & conducibiles vniuersæ Reipubl. plures iudicarint, tales etiam eas esse ostendamus, quas autem aduersarij induxerint, eas contra habere demonstremus. Quod si minus commo-

Narrationes.

Cōfirmatio

Præoccupatio.

Quæ possint vtrunque legitimum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de hæc dici quinerint, iudices commonefaciendi sunt, eos non de lege, sed de re iudicare, quòd iurati sint secundū leges latas sententiam laturi re, & docear haud hoc tempore dicere legem, sed in constitutis diebus eas ferre, sed si contigerit rem his legibus agitari quæ iniquæ esse videantur dicendum erit nō legem rem huiusmodi, verū iniquitatem esse: cùm lex quidem ad veritatem feratur, hęc autem afferat ciuitati pernicieni. Dicendum etiam erit haud cōtra leges facturos, si huic legi contrariam sententiam tulerint, sed leges potius laturos, ne sit improbis aliquisque decretis vtendum. Oportet autem ad collectionem afferre, quòd nulla lex probibet Reipub. benefacere: sed improbas leges authoritate priuare, aliud nihil esse, quàm ciuitatem beneficio donare. Quascunq; igitur ex his legibus quę nullam ambiguitatē continent, habuerimus ex talibus præuenientes abunde contradicere poterimus. De ambiguis vero legibus iudices ita sensérint vt tibi expedit, oportet hæc demōstrare, quòd si iudex dicat quemadmodum aduersarij, condocefaciendus est, legumlatorem nō hoc sensisse quod ab illo dicitur, quódque conducat ipsis iudicibus legem ita dicere. Verum si nullo modo possis in contrariā sententiam cōmutare, ostende aliud nihil posse cōtrariam legem dicere, atque ipse dicas. Et quo quidē pacto oportet vti legibus, ex his quæ diximus abundabis. Summatim vero si peccasse omnino fateantur, & ex iusti tamen & legitimi partibus defensionem parent, ex his ea sunt confutatione præuertenda quę dicturi illi videantur, siu autem peccasse fateantur, & sibi tamen ignoſci postulariat, sic tractanda oportet cōfutare. Primum quidem dicendum

erit deterioris esse moris, quódque tunc illi crimen in imprudentiā reijciunt, cùm se deprehendi sint inuentur, proinde sic huic ignoscitis, alios item omnes supplicijs atque cruciatibus liberatis. Dic etiam & illud, si eos qui peccasse confitentur, absoluetis, quo pacto inficiantes condemnabitis? Dicendum etiā erit, etsi imprudenter erraurit, nō tamen decet me ob huius imprudētiam detrimento affici. Præterea dicetur, cùm neque legumlator imprudenter delinquentibus ignoscit, eo neque à iudicibus qui secundū leges iudicent, ignosci iure potest. Ex his igitur atque similibus eos qui sibi ignoscendum postulāt cōfutare poterimus: sicuti etiam ab initio exposuimus. Vt compendio autē vtar, quęcunque sint aduersarij dicturi & ad probationem, & ad iuris sui partes asserendas, & ad veniam postulandam, ex antedictis præoccupabimus. Post hanc autem causam tota est oratio per enumerationem summatim repetenda, & breuiter (fieri potest) iudicum animi in aduersarios quidem vel odium, vel ad iram, vel ad inuidiam: in nos autem ad benevolentiam, vel gratiam, vel misericordiam commouendi. Quibus autem rebus hoc fiat, in deliberatiuo genere, in suasionibus & dissuasionibus diximus, ac rursum in defensionis specie ad finem percurremus. Orationis igitur principiū in iudiciali genere, si quidem accusemus, ita componemus & ordinabimus. Si vero defendamus, exordium quemadmodū & in accusando constituemus. Eas autem res quarū accusamur, quarūq; accusator scientiā auditoribus fecerit, relinquem⁹, quarū vero opinionem reliquerit hasce vb: post exordium proposuerimus, dissoluemus: testesque & quæstiones & iuramenta refellemus, quem-

De defensione.

admodum antea audiſti. Et ſi quidem res credibiles fuerint, poterimus ipſarum reſponſionem a reliquo quod relictum ſit, locum transferre. Quod ſi teſtes per quæſtiones fidem fecerint, autem ad rationem, aut in negotium, aut in quodcunq; aliud fuerint in aduerſarijs maxime veriſimile, ipſi conſtat reſponſio transferenda. Si vero aut communi quadam veritatem publicam, aut contra conſuetudinem accuſator te feciſſe crimineturs debes deſendere, maxime eſſe vtile, quod ab eo crimini datur. Quod ſi id minus potueris, dices vt neque abs te, neque ab his qui tibi ſint ſimiles, aut quòd non hoc modo huiuſmodi res geri conſueuerit. Probabiliter ita ſolues. Exemplum vero debes primum, quod potes, demonſtrare id haudquaquam eſſe cuiquam nationi ſimile, vel aliud tibi ex contrarijs proprium veriſimilitudinē exemplum ferendum eſſe. Coniecturam autem potes confutare, ſi dicas quibus cauſis contraria ſignificare contigerit. Scripturas vero atque commentationes aut improbabiles aut ambiguas oſtendas oportet. Signa autem non eius ſolum, cuius ipſe ſis accuſatus, ſed rerū primarum ſigna eſſe oſtende, & ea quidem quæ ab aduerſarijs dicta fuerint, in contrarium aut ambiguum conuertentes, poterimus hoc modo improbare. Si vero quorum nos accuſator crimin tur, ea feciſſe fateamur, idque ex iuſti & legitimis partibus defendere pergamus, magis legitimas res noſtras, iuſtioreſque demonſtrare elaborabimus. Quòd ſi minus commode fieri potuerit, ad imprudentiam caſúmq; defugiemus, iacturáſq; paruas eſſe oſtendemus, & ignoſcendum nobis eſſe argumentabimur, demonſtrantes quam omnium quidem hominū per imprudentiam delinquere commune ſit: ſed afficere iniuria improbum

borum eſſe proprium. Dices etiam & æquum & bonum eſſe & iuſtum & conducibile his ignoſcere qui per imprudentiam deliquerint, neminem enim omnium ſcire, ſi quid aliquando ſibi huiuſmodi euenturum ſit. Oſtendendum eſt etiā ſi quid aduerſarius ipſe aberrauerit, & veniam tamen eſſecutus ſit. Poſt, hæc ex præoccupationes ſequantur quæ ab aduerſarijs dictæ ſunt, harum igitur alias ſatis ſuperque à rebus ipſis ſoluere poterimus. Sed ſi calumnietur ſcriptas nos orationes recitare, aut quo eas recitemus meditari, aut mercede conductos patronos fieri, ad hæc tā illis contraueniamus oportet, diſſimulandóque dicamus minime omnium lege prohiberi aut ſe ſcripta, aut illum non ſcripta loqui, lege namque talia patrare non permitti, loqui vero vt quiſque velit, facile ſint. Dicendum quoque erit vſque adeo aduerſarij delicta vel ipſius eius ſententia perangua eſſe, vt exiſtimet me nunquam digne in ſe accuſando ſatisfacere poſſe, niſi quæ dicturus eſſem & antea ſcriberem, ac multum temporis meditatus ſim. Ad ſcripturam igitur orationum calumniam ſic occurrere poterimus. Si vero dixerint nos dicere meditatique dicendi facultatem, confitebimur id quidem, dicemúſque, nos quidem quos ais dicere, neque calumniatores, neque contentioſi certe ſumus, tu vero qui orationem teues, cū hoc tempore, tum ſæpe alias nos calumnius circumuenire deprehenſus es. Quare cognoſcere cuibus videtur, vt & ille oratoriam diſcat, non enim ſic malum neque inſimulatorem eum fore. Eodem quoque modo ſi quis nos mercede conductos cauſarum patronos, dicat, & fatebimur, & cauillabimur, huiuſque rei authorem accuſatorem noſtrum ac reliquos demon-

strabimus. Mercedum autem species diuidemus dicemúsque alios pecunijs, alios gratis, alios supplicijs, alios honoribus aduocatos assistere. Ergo igitur gratis id obire muneris ostende: aduersarium vero dicito, ne parvo quidem pretio aduocatum assistere. Eum namque vt aliquid argentum iniuste capiat, non autē ne persoluat, * in iudicio ire. Idem quoqi modus seruandus est, si quis nos aut aliquos edocere dixerit, qui controuersias apud iudices vtantur, aut iudiciales orationes conscriberemus & alios omnes ostendes pro viribus adiumento amicis esse, & docendo quidem & suadendo: & artificiosissime in huiusmodi rebus occurres. Oportet autem & circa interrogationes atque responsiones, quotquot in huiusmodi speciebus inciderint, ne nos negligētia vlla capiat, sed quæ respondeo, concedantur, quæ negantur sunt consideranda. Cōcessiones igitur sunt huiusmodi, Mihi filium enecasti, enecasti quidem inquam ille in me prius distrinxit gladium. Filium mihi pulsasti, pulsani equidem: iniuria enim in me prius manus iniecit. Mihi caput confregisti, confregi equidem: nam noctu imperium in meam secessi domum. Tales igitur concessiones legibus freti nonnunquam facimus. Huiusmodi vero negationes legem declinant. Mihi filium occidisti: non ego quidem, sed lex occidit. Hæc autem omnia ita oportet respondere, cum duarum legum altera iubet hoc faciendum, altera non vetet. Quæ igitur in aduersarios dicenda sunt, ex his omnibus colliges. Post hæc autē ex rum quę ante dixerim* iteratione breuis est admonitio adhibenda. Ea vero est vtilis omni tempore: quamobrem & singulis in speciebus ea iteratione vtendum est. Verum in accusationibus maxime

3. iteratione.

maxime & defensionibus ea congruit. Itidem quoque in suasionibus atque dissuasionibus. Neque solum ea hic commemorare quę ante dixerimus quemadmodum in laudando & vituperando, verumetiam animos iudicum in benevolentiam nostram conciliare, & in aduersarios concitare debemus. Hanc vero iterationem in orationis partibus postremam constituimus. hæc enim facit vt reminiscaris summatim quæ dicta sunt enumerando, aut ratiocinando, aut interrogando, ita quidem quæ optima sunt: aduersariorum autem, quæ nequissima, si quidē interrogationis figura vti volueris. eiusmodi autē vnumquodqi horum sit, ex iis cognoscere possumus, quæ superius dicta sunt. In benevolentiam vero nostram iudices conciliabimus, & in aduersarios concitabimus ex iis beneficiis. vt etiam in deliberatiuo genere summatim ostēdimus, quibus nos aut amici nostri ipsos à quibus iniuriam suscipimus, ipsorúmve necessarios, seu iudices ipsos, vel eos qui eis curæ sunt, siue affecerimus, siue afficimus, siue sumus affecturi, & si ipsi dixerimus nunc tempus esse referendarum pro susceptis beneficiis gratiarum. Et si eos in cōmiserationem, si opus fuerit, adduxerimus. Hoc autem eò faciemus, quò nostram in audtores benevolentiam demonstremus, & quàm indigne ab ea quæ male passi fuerimus aut patimur, passúrive sumus, miseria premimur, nisi hi nobis adiumento fuerint. Si vero nihil nobis adsit huiusmodi, commemorabimus quibus bonis priuati fuerimus, aut prius amur, aut priuabimur, vbi iudices nō neglexerint. sed vt nunquam boni quippiam nacti fuerimus, aut nancisci mur, aut nacturi sumus, nisi ab iis auxilium impetrauerimus. Ex his namque commisera-

tione nos dignos constituemus,& auditores nobis consiliabimus. Aduersarios vero calumniis circumuentos in inuidiam & odium apud auditores ex horum contrarijs adducemus,cùm ostenderimus ab his,aut horum amicis auditores ipsos grauissimè necessarios mali quippiam indigne passos,aut pati,aut passuros. Ex huiusmodi enim rebus ad odium & iram in aduersarios rapiemus. Sin autem hæc fieri commode nequiuerint,ea omnium redigemus, quibus auditores in aduersarios ad inuidiam concitemus. Inuidia namque plerunque est odio, his autem summatim inuidiosa fiunt, si eos indigne fortunatos, & ab auctoribus animo alienos ostenderimus percurrentes quàm multa bona iniuste passi fuerint, aut patiantur, passurúe sint. Aut quàm nunquam nullius boni indiguerint,vel indigent,vel indigebant,aut quàm in nihil vnquam mali inciderint, seu incidêt, nisi nunc à iudicibus puniantur. Ex his igitur rebus auditorum nobis animos ad benevolentiam in conclusionibus constituere, & in aduersarios contra commouere poterimus. Ex omnibus vero supradictis accusationes defensionesque quàm aptissimè ordinabimus.

De quæstionis speciebus. Cap. XXXVI.

inquisitio.

QVærendi autem species separatim quidem ipsa raro constituitur, sed aliis speciebus commiscetur,& aduersus contradictiones maxime est vtilis. Veruntamen ne huius nos ordo lateat,si quando vel oratio,vel vita hominum, aut actio, aut ciuitatis administratio quærenda contingeret, ité etiam hac de parte summatim percurram. Est igitur quærentibus eodem quasi modo

do exordiendum, sicuti etiam calumnia circumuentos oportere docuimus. Quare cùm idoneas in principijs causas attulerimus, quibus id recte facere videamur, ita ad quærendum veniemus. Causæ autem congruent in ciuibus quidé consuetudinibus, quòd aut contentione quadam quin possimus ne auditores lateat,id faciemus: demum quòd nobis hi priùs molesti fuerint. In priuatis vero vel inimicitias vel prauas eorum * qui quærûtur consuetudines, vel in eos ipsos beneuolentiam, vel vt quæ agunt remittentes, non amplius hæc faciant, proferre oportebit. In publicis autem, si legitimum & iustum & publicam vtilitatem proferemus. Ex iis autem & his similibus exordio constituto,ac singulis deinceps propositis aut dictis aut gestis aut cogitatis quæremus,eáque demonstrabimus & iustis & legitimis, & priuatis & publicis vtilitatibus aduersari. Et omnia demum considerabimus,si quo in loco ipsa sibi vel moribus proborum hominum, officijsue dissentiunt. Sed ne in singulis enarrandis longiore vtamur oratione, quo pluribus illustrium studiorum autorum aut verborum aut consuetudinum res eorum * quos quæremus,aduersari ostenderimus,eo ipsos obscuriores apud auditores constituemus. Opus est autem non tristi & acerbo quodam, sed mitis mansuetóque vultu quæramus. Hoc enim modo verisimiliores reddentur apud auditores habitæ orationes, & oratores ipsi nullum de se relinquent insimulationi locum. Vbi vero diligenter omnia quæsieris, atque amplificaueris, orationis exitum breui iteratione terminabis,& vt eorum quæ dicta fuerint auditores reminiscantur efficies. Has igitur species, vbi hoc pacto constituerimus, pulcherrimè ipsis vti poterimus.

* *in quæstionibus quæritur, mores.*

* *ex quæstionibus quæritur.*

Pero

Peroratio ante dictorum omnium per enumerationem & amplificationem. Cap. XXXVII.

OPus est præterea orando, & scribendo in ad quàmmaxime enitamur elaborem[us]que, ve pro rerum natura verba accommodemus, & in nosmetipsos trita consuetudine iis cunctis ceamus, vt eorum vsus nobis in prompta sit, vt ex arte quidē dicere possimus, tum in primis publicisq; disceptationibus, tum iis etiam in se monibus quos aduersus alios habuerimus, plu ma hinc & artificiosissima adiumenta sustipe mus. Elaborandum est etiam, vt non circa verba orator duntaxat, verum etiam circa vitam, quam antedictis speciebus exornet atque magnificā suam diligentiam omnem studiumque accom modet. Nam vitæ compositio & ad suadendum & ad boni & æqui viri existimationem adi scendam conducit plurimum. Primum igitur di uidendæ sunt secundum omnem disciplinæ tri stributionem, quid primum, quid secūdum, quid tertium, quid quartum tractandum sit. Deinde tibi sunt præparanda, quæ circa auditores atten duntur, de quibus in exordiis docuimus. Illos uero benevolentiam à persona tua captare pos ris, si promissis insistas, & eosdem amicos in con nem vitam tueare, neque in aliis actionibus constans esse, sed iisdem semper vti videare. Ad tenti autē fient auditores si his in negotiis ver ris, quę & magna & honesta sunt, multisque co ducant. Cūm vero benevolos auditores reddi ris, vbi ad negotiorū expositionem abs te deue tum est, quæcunque propulsationem malorum bonorum autem continent exhibitionem, facile apud illos admittuntur: quæcunque vero secus sunt, reiiciuntur. Sed pro celeri & aperta & vera

simile narratione hæc sunt tibi facienda. Celeriter autem absolues, si non omnia volueris simul agere, sed prius primo, & quod reliqui est deinceps. Dilucide vero, si non statim relicta actione in alias res prius trāsieris, quā illā absolueris. Verisimiliter autē, si nihil à tuo more alienum agas, item si non eosdem finxeris & inimicos tibi & amicos esse. Ex his autem probationibus eas assumemus, de quibus ita scientiam ad perficienda negotia tenemus, vt eam aliis interpretari & explicari possimus. De quibus autem scientiam non habemus, eas prout sæpius accidere solent adsumemus, tutissime nanque in huiusmodi rebus egeris, si cōsuetudinem sequi volueris. In certamine vero cōtra aduersarios, si quidem oratione contenditur, ex iis quæ dicta sunt nostram confirmationē faciemus. Sin vero contrahimus hoc faciemus, si secundum leges & non scriptas & scriptas, cūm testibus quàm optimis, ac tempore præfinito eos confecerimus. Ex conclusione vero eorum quæ dicta fuerint, remissi auditores faciemus, si quæ gesta sunt, summatim rursum dicemus. Ex his autem quæ agimus, ita commonebimus, quandocunque eadem negotia vel similia prioribus tractemus. Benevoli autem nobis erunt auditores, si ea gesseri mus quibus aliquid beneficij susceptisse aut suscepturi videbuntur. Magnas autem res geremus, si ea negotia tractauerimus quæ multorum sint bonorum causa. Hoc igitur modo quæ ad vitā pertinent, præparanda sunt: ex priore autem institu to circa orationem est exercitatio adhibenda. Sacrificia vero, vti permissum est, faciemus ad Deos quidem pie, ad sumptus autem moderate, ad spectacula vero splēdide, ad ciues autem vti-

liter

liter. Et aduersus immortales quidem Deos ea habebunt pie, si patrio more sacrificemus: ad sumptus autem moderate, si non quæcunque multa fuerint, ab his qui sumptibus præsunt, constituantur: ad spectacula vero splendide, si magnifica sint apparatu constituta: ad ciues autem vtiliter si & equites & grauioris armaturæ pedites bene instructi pompam celebrent. Quę igitur hoc modo mortales in Deos fecerint, pie certe fecerint. Eos autem amicos comparabimus, qui sint nobis moribus nō dissimiles, & quibus eadē quæ ciuibus nobis conducāt, & quibus magnis in rebus communis nobiscum fortuna sit, talis enim amicitia perdurat maxime. Socios autem eos facere debemus, qui & iustissimi sint, & non mediocri valeāt potentia, & in proximo habitent, hostes autem ciuium qui horum sint contrarij. Suscipiendum autem bellum in eos est, qui rempublicam, aut eius siue amicos siue socios iniuria violare moliuntur. Præsidia autē habeamus oportet aut nostra, aut sociorum aut hospitum causa, & primum quidem nostra, deinde sociorum, tertio vero hospitum. De tributis autē id quidem est optimum, quod à priuatis prouentibus ac possessionis[1] percipiatur: secundum vero à censibus: tertium autē à pauperibus, qui sua corpora ministeriis præbent, ab opificibus autem arma, à locupletibus vero pecuniæ. De administratione autem reipublicæ populatis quidem principatus est optimus, in quo leges optimatibus honores distribuunt, plebi neque vero dandis priuatur suffragijs, neque ferendis quidem sententijs proxima vero ea est, in qua leges à ditioribus affici contumelia plebem nō sinunt. Principatus autem paucorum duo sunt genera, aut enim est ex amicitia & iu-

ætate quibusdam, aut à censibus. Necesse autem est factios ficiamus, cùm ciues minus ex sese potentes sint, qui tum solum, tum oppida tueantur, aut hostibus repugnent. Est autem societas omittenda, cùm aut eam facere non sit opus aut socij longe à nobis dissideant neq; potentes sint qui opportune adsint. Ciuis autem bonus est, qui amicos ciuium vtilissimos comparat, inimicos vero & pessimos & infirmissimos, quique sine vlla priuatorum bonorum publicatione prouentus comparant quàmplurimos, & qui sese iustissimum præbens, eos in quæstionem agit qui rerum publicarum aliquid per iniustitiam violant. Largitionibus vero vtuntur omnes, aut quoniā aliquid inde sperant commodorum, aut quo susceptorum beneficiorum gratiam referant. Obsequūtur autem omnes aut lucri aut honoris, aut voluptatis, aut timoris gratia. Commutationibus vero vtūtur omnes, aut sponte, aut inuite, omnes enim actiones, aut vi, aut fraude, aut fraude, aut occasione peraguntur. In bello autem vincitur aut fortuna, aut corporū multitudine, robustitateue aut pecuniarum copia, aut opportunitate locorum, aut virtute sociorum, aut consilio & calliditate imperatoria. Socios vero delinquendos putant, aut maiore vtilitate, aut belli solutione. Inire autē agere est communes sequi ciuitatis consuetudines, parere legibus priuatāque pacta seruare. Cōstat autem corpori quidem bona habitudo, & formæ dignitas, aut vires, & bona valetudo, animo vero sapientia prudentia, fortitudo, temperātia, iustitia, his autem vtrique pecuniæ & amici. Inutilia vero sunt horum contraria, plurimum vero vtilitatis affert bonorum ciuium multitudo.

Arist. Rhetorices ad Alexandrum finis.

Arist.

ARISTOTELIS STAGIRITÆ,

PERIPATETICORVM Principis.

POETICA.

ALEXANDRO PACCIO, Patritio Florentino interprete.

SVMMA LIBRI.

De Poëseum conuenientia, ac differentiis: Poëseos origine, ac incremento: Tragœdiæ essentia, partibus, ac speciebus: Epopœiæ partibus: Poëtarum intrepationibus, ac defensionibus: Tragœdiæ: & Epopœiæ comparatione.

Quod sit operis propositum. Qua Poëseum conuenientia, ac pene imitationes differentiæ.

Caput Primum.

DE Poëtica, eiúsq; generibus quam facultatem singula habeant: & quo pacto, vt recte poëtis se habeat, componi fabulas oporteat: ex quot etiam, quibúsq; partibus constet: de omnibus item, quæcunque ad hanc viam & rationem pertinent, dicamus

camus, initio secundum naturam sumpto, primum a primis. Epopœia sanè, Tragœdiæq; Poëseis, Comœdia insuper, ac Dithyrambica, tum pleraque illarum, quas ad tibias citharáve accommodamus, omnes prorsus in hoc vno conueniũt, vt imitatio sint. Tribus autem differunt inter se, aut quòd genere diuersis imitantur, aut quòd res diuersas, aut quòd modo diuerso, minimèq; secundum eandem rationem. Vt enim coloribus atq; figuris pleraq; quidam æmulantes imitantur, hi quidem arte, consuetudine illi, nõnulli etiam vocesita quóque & in dictis artibus accidit, etenim omnes imitationẽ exercent, numero dico, sermone, harmonia, hísq; vel separatim, vel promiscue, verbi gratia: Harmonia simul & numero tantum vtitur illæ, quę ad tibias, quæve ad citharas pertinent, tum si quæ aliæ sint, quæ facultatẽ huiusmodi sortiãtur, vt est illa fistularũ. Numero verò ipso seorsum ab harmonia imitari, saltantium est: quandoquidem hi gesticulationis numerosa varietate mores, perturbationes, actionésq; imitantur. Nudis autẽ sermonibus, siue metris solúmodo Epopœia vtitur metrorũ quidẽ hactenus, siue mixtis aliquibus inter se, siue generis eiusdẽ alicuius. Nam quod Sophronis, & Xenarchi mimis cõmune dicamus, sermonibúsq; Socraticis, aliud prorsus habemus nihil: nec item, si quis trimetris, elegis, aliísve talibus aliquibus imitationem faceris. Quanquã homines, ipsi metro tinctorum illos nominant: non quidẽ secundũ imitationem, sed cõmuniter secundum metrũ poëtas ipsos appellantes. Etenim si quid medicum, harmonicúmve numeris efferũt, hac sane ratione appellare, cõsueuerunt. Homero quoque, atq;

Empedocli nihil planè præter metrum cōmune est quamobrem legitimus quidem ille poëta, sed physicus potius quàm poëta, merito vocādus est. Similiter quoq; si quis metra permiscens vt Chæremon qui Hippocentaurum omnifariam metra rorum mixtum cētonē edidit, non iam poëta appellandus. De his igitur per hunc modum determinatum sit. Sunt vero qui his omnibus præter scue vtantur, numero dico, harmonia, metro. Dithyramborum. Mimorúmve poëtis. Tragœdia insuper atq; Comœdia: quæ tamē hoc differunt, quòd illæ quidē simul omnibus, hæ vero partim latim vtuntur. Has igitur artiū differētias dixi in quibus imitatio fit. Quoniam vero qui imitantur, agētes ipsos imitantur: hos autē vel probos vel improbos esse oportet, vt quos duntaxat fere semper ipsi mores cōcomitentur (etenim per vitium atq; virtutem moribus omnes differūt) aut cesse est (quod etiam pictores faciunt) vel meliores, vel similes, vel deteriores imitari. Polygnotus quidem meliores, Pauson deteriores, Dionysius vero similes effingebat. Ex quo liquido apparet, imitationum supradictarum vnamquāq; has differētias sortiri, planeq; diuersam esse quòd res diuersas ad hunc modum imitetur. etenim tum in saltatione, tum in tibiarū cantúmve modulatione, huiusmodi dissimilitudo fieri contingit. Similiter quoque & quæ citra omnes & nuda carmina versantur exemplis grauitatis: Homerus præstantes effingit, Cleophontes: Hegemon vero ille Thasius (qui primus parodias scripsit) necnon Nicocharis qui siellographiam vides. Pari ratione & qui per Dithyrambos, & Nomos, vt fatuos, & Cyclopas Timotheus, & Phi-

*leges. vt Pergæi.

xenus vtiq; imitātur. Qua etiam dissimilitudine Tragœdia a Comœdia differre dicim⁹: hæc enim humaniores, illa vero præstatiores, quàm qui modo sunt. Tertia præterea in his differētia est, quo quisq; modo singula imitetur, fieri enim potest, vt eadē eadē diuersa tamen ratione imitetur aliquando quidē narrantes nos, idque modo alienā personā induti, (quod Homerus facit) modo vt ipse nō mutati, aliquādo vero quasi negotiātes omnes, & agentes introducētes. Atque in his planè tribus differentiis (vt à principio diximus) imitatio est, quibus videlicet, quæ, & quo modo. Quo sanè fit, vt ab Homero Sophocles aliquo pacto in imitatione nō discrepet, quod vterq; præstātes imitetur: nec itē ab Aristophane, q̄ vterq; negotiantes & agentes, vnde δρᾶματα, id est, actus ipsos, nonnulli ab agentiū imitatione appellari dicunt. Quamobrem Tragœdiam, atque Comœdiam Dorienses sibi vendicant, Comœdiam quidem Megarenses, tam hi qui hic sunt, vt eo tempore inuentam, quo populari administratione eorum respublica regebatur: quàm qui ex Sicilia, si quidem ab his poeta Epicharmus prodiit, multo sanè prior Chonnida, atque Magnete. Tragœdiam vero quidem in Peloponneso, etiāq; rei indicium illi vocabula esse volunt, cūm ipsi quidem κώμας vicos appellari dicant. Athenienses vero δήμους, quasi Comœdos, non à κωμάζειν, hoc est, a comessando, sed tanquam errantes per comas, id est vicos, in vrbe despectui habitos, dictos existimant, rursus hi quidem facere δρᾶν, Athenienses vero πράττειν dicunt. Ac de imitationis hactenus differentiis, quot videlicet, & quales, hæc dicta sint.

De ipsius Poëtices, eiusque specierum origine, ipsarum incremento, ac mutatione: Tragœdiæ aliqua Epopœia similitudine.

Cap. II.

CAeterum à duabus causis, & quidem naturalibus, videtur Poëtica habuisse originem. Nam & insitum est à natura hominibus à pueris imitari: & differunt à cæteris animantibus, tum quòd aptissimi ad imitationē sunt, tum quòd primas disciplinas imitando acquirunt, & vniuersique imitationibus gaudet. Cuius rei, quòd ita operibus accidit, argumentū sit. Etenim quæ cum molestia aspicimus, eorum imagines affabre factas gaudentes intuemur, vt ferarum formas truculentarum, cadauerúmve. Huius vero ratio sit, quòd non solum philosophis, sed etiam cæteris moralibus addiscere iucundissimum est, quanquam modice in hoc hi cōmunicent. Itaque huiusmodi imagines inspicientes gaudent, quoniam ex illarum contemplatione accidit, vt & discant vnūquodque, & in eis, quòd hoc ipsum sit illud probe ratiocinentur, alioqui si veras formas nequiquam inspexissent, nullā omnino voluptatem præberet imitatio, præterquā vel opificio, vel colore, vel tali aliqua ratione. Cùm ergo nobis natura insita sint imitatio, harmonia, numerus (metra enim numeri partes esse, satis apparet) ab initio ad hæc maxime fācti, ex paulatim promouentes ex ipsis quidem extemporalibus Poeticam genuerunt, in diuersa vero abiere pro vniuscuiusque natura. Vt enim actiones honestas dignioresque, taliúmq; fortunas imitabantur ita prauas humiliores, fanè primum conuitia agentes, quemadmodum superiores hymnis laudationibúsve. Ante vero Homerū nullum exstat

no tale poëma habemus, tametsi plura extitisse credere par est. Extat autem ipsius Homeri (vt ab eo initium sumamus) Margites, & huic consimilia: quibus insuper, quo maxime congrueret, iambicum metrum accessit: iambicúmque propterea nunc appellatur, quòd his plerúnq; numeris veteres *ἰαμβίζειν*, id est, conuitiari inuicem soliti sint. Et veteribus aliqui heroici iambici Poëtæ exitere. At vero ipse Homerus, quemadmodum præcipue heroicus fuit: (solus enim hoc non modo rectè, sed actionum imitationibus referta poëmata condidit:) sic etiā Comœdiæ normam primus tradidit. non quidem probrum, sed ridiculis in actuum formam collatis. Vt sanè similis in Margite ratio, hic enim ita se ad Comœdiam habet, vt ad Tragœdiam. Ilias, atque Odyssea. Alij vero pro vniuscuiusque ingenio impulsi, ad alterum tantum Poeticæ huius partem animum applicuerunt, sicque nonnulli loco iambicorum comici, nonnulli loco hexametrorum tragici, vt qui circa sublimiorem, honorationemve dicendi characterem versati sint. Tragœdiæ doctores exiterunt. An vero Tragœdia, quatenus attinet ad ipsa genera, satis adhuc sit absoluta, necne, cùm id per se iudicando, tum ad theatra referendo, alia cōsiderandi ratio est. Cùm igitur à principio rudes essent, planēq; informes Tragœdia atque Comœdia, illa quidem ab iis qui Dithyrambum, hæc autem (quantum fingi aperiebat) ab iis qui Phallica produxerūt, quæ nostra etiam tempestate in vrbibus nō paucis in consuetudinem ex lege recepta sunt: paulatim auctæ fuere. Sicque Tragœdia diuersis mutationibus varrata quoad proprios numeros impleret, tandem quieuit. Tunc enim histrionū nume-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum, ex vno videlicet in duos Aeschylus primus *auxit, & ea, quæ circa chorũ sunt, imminuit, fermonemque primarum partiũ instituit: quos Sophocles ipse cum scenæ ornatu ad tertias vsque produxit. Ad hæc ad magnitudinem ab exiguis fabulis, & ab ridicula dictione, satyris exclusis, ad grauem habitum pronecta, sero tandẽ quouit, senariúmq; metrum ex octonario adoptauit: hoc enim antea metro vtebantur, quòd satyricæ magísque saltatoria Poësis esset. Itaque elocutionem iam constitutæ natura ipsa proprium admouit metrum. Maxime enim sermonibus apti sunt ternis iambicum esse, argumento sit, quòd in colloquendo plurimi sanè iambi rarissima vero hexametra mutuo in sermone à nobis proficiscentes, licet etiam colloquij ipsius harmoniam excedentibus. Ad hæc Episodia quoque plura, cæteraq; vt singula exornata fuisse dicuntur. De his igitur satis: nimis enim fortasse operosum sit in singulis immorari. Comœdia autẽ est (vt diximus) imitatio iorum quidem imitatio, non tamen secundum omne vitij genus: quanquam ridiculum à turpi proficiscitur. Ridiculum enim aliquo pacto peccatum est, & turpitudo sine dolore, minimeque noxia: perinde ac ridicula statim appareat deformis facies distorta sine dolore. Igitur de prouentione Tragœdiæ, & per quos, satis constat: sed vero de Comœdia, siquidem initio, quòd parum sui studiosos habuerit, latuit: sero enim ab Archonte comœdorum chorus, vt quisq; fese obtulisset, inductus est. Eius vero professores, vbi iam aliquam speciem præ se tulit, memorantur. Quas autem personas, prologos, histrionum multitudinem cæteraq; huiusmodi protulerit, prorsus obscurũ. Cæterum cõfingere fabulas, quod quidem

*induxit.

à Sicilia primum manauit, Epicharmus, & Phormis cœperunt: ſecuti quoq; ex Atheniẽſibus Crates, iambica prorsus ratione omissa, in vniuersum sermones, vel fabulas cõfinxit. Itaque Tragœdiæ Epopœia dũtaxat similis esset apparet, quòd metro sermone præstantium imitatio est, hoc differt, quòd simplici vtitur metro, quòdque enarratio est longitudine præterea: quoniam Tragœdiæ quidem intra vnius potissimũ solis, vel paulo plus minúsve periodum actio est: quandoquidem Epopœia temporis spatio non vrgetur, qua sanè libertate in Tragœdus, perinde ac in hexametris, à principio vſi sunt. Circa vero partes, vt hæ ambæ in aliquibus inter se non discrepãt: ita propriæ nonnullæ, atque peculiares huius sunt. Quo fit, vt qui de Tragœdiæ virtute ac vitio diiudicare nouerit, idem quoq; & de hexametris nouerit: si quidẽ quæ hexametrorum sunt, in Tragœdia prorsus inesse apparet: quæ vero Tragœdiæ, in his nũ omnino. De hexametri igitur imitatione, atque Comœdiæ, post dicemus, nunc autem de Tragœdia: cuius essentiæ definitionem, veluti iam enatam ex his quæ dicta sunt, iterum sumentes, hanc esse dicimus.

Quæ sit Tragœdiæ essentiæ definitio.

Cap. III.

Tragœdia est imitatio actionis illustris, absolutæ, magnitudinẽ habentis, sermone suauiter, separatim singulis generibus in partibus agentibus, non per enarrationẽ, per misericordiã vero atq; terrore perturbationes huiusmodi *purgans. Sermonem suauem appello, in quo numerus harmonia, & melos ineſt: illud vero separatim genere dictum: cùm metro tantum quædam absoluantur, quædam rursum melodia.

*purgationem terminant.

Quot, & quæ sint ipsius Tragœdiæ partes: qualis & quem inter se ordinem habeant.

Cap. IIII.

QVoniam vero tota imitatio in actione versatur, primum quidem apparatum ipsam, partem Tragœdiæ ponere necesse est, mox melodiam, & dictionem: vtpote ex quibus imitationem cõficiant. Dictionem appello, illam quidem metrorum compositionem. Melodiam, cuius omnino vis per se ipsa satis apparet. Sed quoniã actionis imitatio est, agitúrq; ab agentibus quibusdam, qíos tum moribus, tum sententia tales esse omnino oportet, sicuti quoq; & actiones aliquas esse tales dicimus: manifestum est harum actionum duas esse causas, sententiam, & mores, per quas plenè vel voti compotes, vel minime compotes omnes fiunt. Ad hæc actionis imitatio fabula est. Fabulam vero rerum ipsam compositionem appello. Mores, secundum quos agentes tales esse dicimus: Sententiam ex quocunque dicentes vel aliquid declarãt, vel mentem propalã aperiunt. Necesse est igitur cuiuslibet Tragœdiæ sex esse partes, secũdum quas talis esse nuncupetur. Hæ vero sunt, fabula, mores, dictio, sententia, apparatus, melodia. Quarum duæ ad ea per tinent, quibus imitamur: vna tantum ad id, quo pacto imitamur: cæteræ vero tres ad ea, quæ imitamur: præter has, nulla. His itaque illorum non pauci partibus (vt sic dixerim) vtuntur, etenim & apparatum totum ipsum cõtinet, mores videlicet, fabulam, dictionem, melodiam, sententiámque similiter. Horum vero maximum est, rerum constitutio: cùm non hominum imitatio sit Tragœdia, sed actionis, atque vitæ, tum felicitatis, infelicitatísve. Quippe felicitas ab actione pendet: finisque ipse actio quædam est, non qualitas. Aliqui vero per mores fiunt tales: at per ipsas actiones, sanè felices vel infelices. Non ergo vt imitentur mores, in actione versantur: sed per actiones mores complectuntur. Quapropter actiones, & fabula, Tragœdiæ finis esse dicuntur omnium autem maximum finis est, etenim sine actione Tragœdia quidem fieri non potest, sine moribus potest: si quidem iuniorum non paucæ morum experies inueniuntur. Tum poëtarum plerique tales omnino sunt, vt etiam ex pictoribus Zeuxim à Polygnoto differre dicimus. Polygnotus enim morum optimus expressor fuit: contrà Zeuxidis pictura mores minime referre videbatur. Si quis præterea ordine moratos sermones, dictiones sententiásque bene formatas afferat, non quidem penitus negotium, quod est ipsius Tragœdiæ proprium, assequetur, id quod illa Tragœdiæ multo melius præstiterit, quæ talibus vtetur, perinde ac secundo loco necessariis: cùm iam fabulam rerúmque contextum habuerit. Ad hæc, quibus maxime mortalium animos Tragœdia delectat, fabulæ quidem partes, peripetiæ, id est, euentus in contrarium, & agnitiones, sunt. Eius præterea rei signum est, quòd qui conficere aggrediuntur, exactum illud nõ ante queunt dictione, atque moribus attingere, quàm actiones constituerint, id quod veteres poëtarum ferme omnes facere consueuerunt. Est igitur principium, ac velut anima Tragœdiæ, fabula: secundo verò loco, mores. In quo etiam picturæ similis esse apparet, si quis enim fucis pulcherrimis tabulam fusim illinat, non æque sanè delectabit, ac si imaginem albo tantum distinxerit. Itaque actionis imitatio est, tunc per hanc po-

tissimum agentium. Tertio sequitur sententia: hoc autem est posse explicare, quæ instant, atque quadrant: id quod in soluta oratione facultatis Ciuilis, atque Rhetoricæ propriũ munus est, ne veteres ciuiliter dicentes confingebant, nostri vero rhetoricè. Mos vero talis est, quo videlicet qualis * voluntas sit in his rebus, in quibus non satis liquet sectetúrne quid, an fugiat ipse dicens, declaratur: quo fit vt sermones interdum moribus careant. Sententia in his versatur, quæ quomodo aliquid est, vel non est, ostendunt, vel vniuersè enunciãt. Quarto sermonum dictio, appello autem, quemadmodũ diximus à principio Dictionem, per verba sensus explicationem: id quod in metris æque ac in soluta oratione eandem vim habet. Reliquarum vero quinque partium sic Melodia suauissima est, vt spectaculum grauissimũ, quod tamẽ nec artificiosum est, nec ipsius Poeticæ proprium: si quidem Tragœdia virtus extra quoque scenam, ac sine histrionibus consistit. Ad hæc ars struendorum apparatuum propria magis chorago, quàm poëtis est.

De Fabula magnitudine. Cap. V.

HIs absolutis, deinceps dicendum, quales omnino esse deceat rerum contextus, hoc enim primum, maximúmque in Tragœdia est. propositúmque semel nobis, Tragœdiam imitationem esse actionis perfectæ, totiúsque magnitudinem quidem aliquam habentis: si quidem & totum datur magnitudine carens. totum vero est, quod principium, medium, atq; finem habet. Principium illud esse dicimus, quod nõ necessario post aliud est: contrà quod posterius aliquid esse, vel fieri natum est, Finem, huic contrarium illud ipsum, quod post aliud natum est esse, necessario, vel plerunque, Medium, quod aliquo posterius, aliquo prius est. Decet autem rite contextas fabulas minime tenere videlicet initium sumere: nec item temere vbilibet terminari: vti vero semper supradictis partibus. Ad hæc pulchrum siue animal, siue quodcunque ex aliquibus compositũ, non ordine tantum, verum etiam congruenti magnitudine constare debet: si quidem ex magnitudine, ordineque pulchrum oritur. Nam sicuti fieri non potest, vt perexiguum omnino animal, pulchrum appareat: quandoquidem quæ in insensibili tempore speculatio fit, confunditur: pari ratione nec illud, quod omnino sit permagnum, ipsa enim speculatio simul fieri non potest: illúdque totum, & vnum è contemplãtium consideratione potius elabitur: ceu si decem millium stadiorum esset animal. Quapropter sicuti tum in corporibus, tum in animantibus magnitudinẽ inesse decet, eam dico quam probe oculis vsurpemus: sta & in fabulis longitudo inerit, quam quidem memoria facile complectamur. Longitudinis autem præfinitio, quatum ad ipsos ludos, planeque ad sensum spectat, minime artis est: Etenim, si in ludis haberi centum Tragœdiæ opus fuerit, vtique ad Clepsydram, vt olim non semel factitatum dicunt, haberi poterunt. Quæ vero secundum actionis naturam fuerit, illa quidem semper, quæ lõgius protrahetur, donec tota simul in aperto sit, in magnitudine quidem decentior erit. Vt autem simpliciter præfiniamus, quantam esse fabulã vel deceat, vel necesse sit: eum sanè dicimus legitimum huic fore magnitudinis terminum, cùm siue ad commodam fortunam ex incommoda, siue ex cõmoda ad incommodam perpetua serie mutata fuerit.

De

De Fabula vnitate. Cap. VI.

VNa namque est fabula: nō autem (vt nōnulli putant) si circa vnū aliquem sit. Multa enim minimeq; determinata genere accidunt: ex quibus sane quædam nullum constituunt vnum: sic mill ratione vnius multæ actiones sunt: ex quibus vna nunquam actio fiet. Quapropter omnes hi peccasse videntur poëtæ, quicunque vel Hercleida, vel Theseida cæteráque id genus poëmata cōfinxere: vt qui, vnus cum sit Hercules, vnam quoque ipsius debere esse fabulam existimarint. Homerum vero, qui vt in aliis etiam excellit, ita in hoc quoque, siue id artis, siue naturæ fuerit, oculatissimum fuisse apparet: quandoquidem Odysseam confingens, non sanè cuncta quæ Vlyssi acciderunt, in eam compegit: verbi gratia: saucium fuisse in Parnaso, & * in docum collectione simulasse insaniam, quorū cum alterum euenerit, minime necessarium fuit, vel verisimile, euenisse alterum: quippe qui vnam duntaxat actionem, qualem dicimus, Odysseam videlicet, itemq; Iliadem constituit. Decet igitur, quemadmodum vna vnius imitatio est in aliis imitatricibus artibus: ita & fabulam, videlicet, quę actionis imitatio sit, vnius eiusdémque integræ cōficique rerum inter se partes cohærere, vt ne vlla quidem vel transferri, vel subtrahi queat, quæ totum illud varietur, planeque immutetur. Quod enim vel additum, vel subtractum, totum nō immutare videtur, nulla quoquo eius erit pars.

* τῶ ἀγερωχίᾳ.

Quæ sit inter Poësim, & Historiam differentia. Cap. VII.

SAnè constat ex supradictis, non poëtæ esse, facta ipsa propria narrare: sed quemadmodum vel geri quiuerint, vel verisimile, vel omnino necessarium fuerit. Haud enim historicum, atque poëtam carmen, & soluta oratio designant, quippe (quod alioqui facile factu sit) si Herodoti historia carminibus pangatur, æque nihilominus apta sine carmine, erit historia, sed hoc differunt, quòd hic quidem res gestas, ille vt geri potuerunt exponit. Quo fit, vt sapientius atque præstantius Poësis historia sit: si quidem illa circa ipsum vniuersale plurimum versatur: hæc vero singulare sectatur. Est autem vniuersale, quæ cui conueniat, dicere vel facere, verisimiliter quidem, seu necessario: *id quod spectat Poëtis, cùm nomina imponat, contra singulare, quid ipse Alcibiades fecerit, tulerítve. Iam vero & apud comicos id manifestum: vt qui fabulas ex verisimilibus, constituentes, nomina interim pro arbitrio commiscentur: non quidem ipsa singularia, quemadmodum iamborum * compositiones facere solent, in Tragœdia autem vera nomina retinentur, cuius ratio est, quoniam credibile quidem illud est, quod fieri potest: quæ vero non dum facta fuisse scimus, fieri quidē posse parum credimus: quæ vero facta, fieri certo potuisse ambigit nemo, nam si fieri nequiuissent, nunquam profectò extitissent. Cùm tamen Tragœdiarum aliquæ sanè ex notis nominibus, vno vel duobus ad summum assumptis, reliqua deinceps confingant: aliquæ rursus, quemadmodum Agathonis flos, planè omnia, in quo, tametsi cum nominibus res ipsæ pariter confingantur, nihilominus delectant. Quare non omnino quærendum est, vt vulgatæ fabulæ, in quibus Tragœdiæ sunt, ad vnguem retineantur, idem quærere ridiculū esset: quandoquidem illæ etiam sic notæ, paucis quidem cùm notæ sint, iuxta tamen cunctos delectant.

* ad quæ collineat.

* compositiones.

stant. Ex his igitur patet poëtam fabularum magis, quàm carminum esse poëtam, vt qui sempercirca imitationem versetur: actiones vero imitetur. Si igitur & in ea quoque, quę vere prius fuere, fingendo incidat, non propterea à poëta abcedat: quandoquidem ex his quæ gesta sunt, aliqua quidem eiusmodi esse nihil prohibet, cuiusmodi vel extitisse verisimile sit, vel certe fieri potuerint: secundum quæ sanè horum poëta fuerit.

Qua Fabula deterrima, & qua pulcherrima. *Cap. VIII.*

CAeterum simplicium fabularũ actionumque Episodicæ quidem deterrimæ. Episodicam appello, in qua non verisimiliter neque necessario mutua episodia nectantur, fiunt autẽ hæ tum ab ineptis vatibus suo vitio, tum à probatis quoque histrionum gratia. Etenim to humano certaminibus, dum fabulas plus æquo spectando producunt, legitimum ordinem peruertere cogunt. Quoniam autem imitatio nõ tantũ perfectæ actionis, verum etiam miserabilium, terribiliúe est: hæc autem maxime talia erunt, quæ tissimúmque pollebunt, quotiescunque per se ipsa inuicem admiranda illa accident: nimirum hoc pacto admirabile magis sese offert, quàm si à casu, vel à fortuna proficisci appareat, siquidem in his etiam, quæ à fortuna prouenium, illa quidem maximam admirationem præ se ferunt, quæ veluti suopte impulsu prouenire videantur, vt Argo Mityi statua, quæ super inspectantem Lapsa authorem Mityi necis interfecit. Eiusmodi enim hæc sunt, vt non temere facta esse opinemur, ideoque pulcherrimas tales fabulas euadere necesse est.

De simplicibus, atque implexis Fabulis: Peripetia Agnitione, ac Perturbatione, fabulæ partibus. *Cap. IX.*

FAbularum aliæ simplices, aliæ implexæ, quẽadmodum & actiones, quarum imitationes sunt ipsæ fabulæ, talem illico speciem præ se ferunt. Simplicem actionem voco, in qua quidem (vt definitum est) continua vna, absque peripetia, agnitioneve, agendo fit mutatio: implexam, quæ vel agnitione, vel peripetia, vel etiam vtraque. Hæc vero in ipso rerũ contextu ita astruenda sunt, vt ex his quæ prius acta fuerint, necessario sequi, aut certe verisimiliter agi videantur. Multum enim differt, fiant hæc per hæc, an ex his. Peripetia est eorum, quæ aguntur, (quemadmodum dictum est) in contrarium mutatio. id autem (sicuti docuimus) aut verisimiliter, aut necessario fit: vt in Oedipode. accesit enim ille delectaturus Oedipodem, eundemque parentis incestandæ timore liberaturus: quis autem esse, vbi ostendit, contrarium effecit. In Lynceo quoque ductus ille quidem est, veluti mox * immolãdus: Danaus contrà subsecutus, * vt immolaret: sed accidit ex his quæ patrata sunt, vt hic necem, ille salutem sit assecutus. Agnitio est (vt etiam ex nomine liquet) ex ignoratione in notitiam ad amicitiam, vel inimicitiam illorum mutatio, qui seu felices, seu infelices determinantur. pulcherrima autem fit, si cum peripetia fuerit: vt in Oedipode. Sunt profecto & aliæ agnitiones. nam tum inanimatorum, tum quorumcunque, vt accidit, fiunt: si quando (vt dictum est) euenit, vt si quid patrarit quis, vel non patrarit, agnoscamus: illa tamen, quæ potissimum à fabula, quæve ab actione pẽdet, est quam

* *maritus*
* *velut*
interficturi

dixim

diximus. Etenim huiusmodi agnitio, atque peripetia, vel misericordiam, vel metum parabit, quarum rerum tragœdiam fortunatumq; insuper, seu miserum fieri ex his contigerit. Quoniam vero agnitionis quorundam agnitio est, alia quidem alterius ad alium tantum sit, cùm, quis hic sit, illi notus est: alia rursus mutua indiget notitia, vt Iphigenia ex epistolę illius missione ab Oreste quidē agnoscatur: vt tamen ipsum agnosceret, alia quoque agnitione opus fuit. Partes igitur hic fabulæ duæ habentur, agnitio & peripetia: tertia superest Perturbatio, nam de Peripetia, & Agnitione satis dictum diximus. Perturbatio vero actio est letifera, seu dolore plena: veluti cùm neces, cruciatus, vulnera cæteráque generis huius palàm fiunt.

Quæ & quæ sint Tragœdiæ partes quantæ. Cap. X.

CAeterum Tragœdiæ partes, quibus tāquam formis vti nos oportet, superius expositum est. secundum vero quantitatem discretam, atque in quas secetur, sigillatim hæ sunt: Prologus, Episodium, Exodus, Choricum. Chorici vero alterum mobile, alterum stabile, sanè cunctis hæc omnib⁹ communia: propria vero ea, quæ ad scenam pertinent, & commi. Prologus est pars Tragœdiæ iusta, ante chori ingressum. Episodium pars item iusta Tragœdiæ, inter choricos perpetuos cantus. Exodus iusta pars Tragœdiæ: Post quam nullus deinceps est chori cantus. Chorus vero ingressus, chori integri prima locutio. Stabile, sine Trochęo & Anapæsto cantus. Commus, siue planctus, est luctus chori communis cum his qui in scena sunt. Partes igitur Tragœdiæ, quæ quasi formæ habendæ sunt, superius explicatis

mentatus secundum quantitatem discretam, & in quas secetur, sigillatim quoque diximus, deinceps vero, quæ fabulas texentes fecari cōtra quæ vitare oporteat, tum vero à quibus locis Tragœdiæ ipsius opus ducatur, supradictis addendum.

Quæ vitare, fabulasque texentes fabulas oporteat: & à quibus locis Tragœdia ipsius opus ducatur. Cap. XI.

QVoniam igitur Tragœdiæ pulcherrimæ compositio, non quidem simplex esse debet, sed implexa, eademq; terribilis, miserabilisue imitatrix: quod quidem proficto imitationis huiusce proprium est. Primum quidem sane apparet minime decere, bonos & æquos viros ex felicibus infelices factos in scenam afferre: vt quod terrifici miserandive nihil habeat, sed execrandi: Parique ratione ab aduersa fortuna ad secundam prouectos, prauos effingere, hoc enim omnium à Tragœdia maxime alienum, vt quòd rerum quæ requiruntur, expers omnino sit, humanitatis dico, nedum terrifici, atque miserabilis. Sed nec omnino improbos ex secunda fortuna in aduersam lapsos: quandoquidē talis compositio, quæ alioqui humanitatem præ se ferre potest, miserandi aut terrifici plane nihil habet. Vt enim immerentis misericordiam excitat, ita terror à simili incutitur. Quocirca cùm nec miserandi, nec terrifici quicquam ab his proueniat: reliquum est, vt ad hæc maxime idoneus is habeatur, qui medius inter tales sit. Is autē erit qui nec virtute, nec iustitia antecellat, minimeque per vitium, prauitatemve, in ipsam infelicitatem lapsus fuerit, verum humano quodam errore, ex magna quidem existimatione atque felicitate

quemadmodum Oedipus, Thyestes, cęterique ex huiusmodi generibus illustres viri. Necesse est igitur pulchram fabulam constare magis ex vno hoc genere, quàm ex duplici, vt nonnulli putant: cuius quidem ex miseria ad felicitatem mutatio non fit: sed contra ex felicitate ad miseriam, cruore, sanè non leui, minime vero per dedecus. Ex illo quidem virorum, de quo dictum est, genere quódve potius ad meliores, quàm ad deteriores spectet. Huius autē rei indicium sit, vsus; etenim iam inde ab initio poetæ, quascunq; nacti essent fabulas, admittebant: nunc autem pulcherrimæ circa paucas omnino familias componuntur; vt sunt Alcmæonis, Oedipodis, Orestis, Meleagri, Thyestis, Telephi, cæterorúmque generis huiusmodi quibus vel facinora quidem grauia perpetrasse, vel ipsos tulisse contigit. Erit igitur pulcherrima illa Tragœdia, quę ex huiusmodi compositione cōstiterit. Quamobrem illi quidem decipiuntur ob id ipsum, quo Euripidem damnant, vt qui in Tragœdiis suis illud obseruet, earúmq; plures in infelicitatē terminentur, id quod omnino, vt diximus, ex arte est. Argumento vero illud sit maximo, quòd in scenis, atque adeo in certaminibus, hæ si recte recitentur, maxime quidem tragicę apparent: Euripidésq; ipse, tametsi aliquis parum recte dispenset, omnium tamen poetarum maxime tragicus videri potest. Secundo loco sequitur, quæ à nonnullis in primo collocatur, illa ex duplici genere compositio, quo ex ordine Odyssea est: vt quæ diuersa ratione, partim ex præstantioribus personis, partim ex humilioribus consistat. Huic sanè primas tribuit theatralis * imperitia, quippe vates hanc auram sequuntur, cōponētes quidem ad vota spectatorum. Cæterum voluptas illa non Tragœdiæ, sed Comœdię propria est. Iam hanc enim si qui, velut Orestes, & Aegisthus, secundum fabulam inimici fuerint, reconciliata tandem inter se amicitia, neuterq; ab altero obtrūcatus discedet. Terrificum vero illud, atque miserandum, cùm ab apparatu scenæ prorumpit, tum à rerum compositione: id quod multo præstantius, meliorísq; vatis est. Sic enim fabulam contexuisse oportet, vt etiam sublato spectaculo quis, quę geri contigerunt, percipiens plane exhorreat, miseretúrve: quibus apprime duobus, qui fabulam Oedipodis cognouerit, affici-

imi cellius.

entur. Illud autem, quod ad spectaculum pertinet, minus sanè operosum est, & impendio indigentosum duntaxat spectaculo exhibent, alieni prorsus à Tragœdia habendi sunt, quippe delectatio non omnifariam à Tragœdia, sed quæ tātem propria ei fuerit, quærenda est. Quoniam autem a timore, misericordiáve talem delectationem per imitationē poēta parare debet, satis qui dem apparet in ipsis rebus id esse inferēdum. De rebus itaque cōtingentibus, quę terrifici, quæve miserabilis speciem allaturæ sunt, deinceps dicemus. Necesse autem est huiusmodi actiones vel amicorum inuicem, vel hostiū, siue etiam neutrorum esse. Itaq; si hostis hostem obtruncet, obtrunceturúve sit, nequaquam misera bile illud, prēterquam necis ipso affectu, assequetur: neq; si quetur, si inter neutros id accidat. Perturbationes vero ipsæ, quando euenerint inter necessarios, veluti si frater fratrem, filius patrem, mater filium, filius matrem vel necet, vel necatus sit, aut etiam tale quid facinus patret, patratusúve sit, captiuæ sunt. Proinde receptas fabulas

mutare non licet: verbi gratia, Clytæmnestram ab Oreste extinctam, Iriphylen ab Alcmæone: * quas sanè inuenire, atq; suscepti iam recte vti oportet. Id autem, quod diximus recte, exactius declarandum. Fit enim interdum sic ipsa actio quod antiqui obseruabant, perinde ac ab scientibus, & agnoscentibus: vt Euripides fecit, qui filios necantem Medeam induxit, sit etiã ab ignorantibus quidem vim facinoris, agnitionis vero mox necessitudine: qualis Sophocleus est Oedipus: id quod omnino est extra Tragœdiam, in Tragœdia vero ipsa, vt Alemæonem Astydamas, Telogonũue in Vlysse vulnerato. Tertius præter ea modus est, per ignorantiam: videlicet debere aliquem hæc facinora patrare, inter patrandum vero agnoscere, præter hos nullus est alius, siquidem quid agi, vel non agi, idque à scientibus vel nescientibus necesse est, è quibus facinus prudentem aggredi, minime vero perficere est absurdum: cum nũ tragicum quidem, velut perturbationis expers, sed omnino scelerosum præ se ferat. Quo fit, vt huiusmodi actionem sequatur nemo, vel certe rarissima sit inuentu, vt in Augone Creontem Aemo fecit. Proximũ huic erit, scelus patrare: quo sanè potius est imprudentẽ quidem patrare, patrantem vero agnoscere, etenim & à facinore scelus abest, & ipsa plane agnitio stuporis est plena. Nouissimum vero præstantissimum est: exempli gratia in Cresphonte Merope filium interficere debet, non autem interficturam: etiam & in Iphigenia soror fratrem, in Helle filius matrem abalienaturas agnoscit. Quapropter (sicuti iampridem diximus) multarum tragœdiarum Tragœdiæ non sunt, siquidẽ quærentes non ab arte quidẽ, sed à fortuna mutuati sunt, ita fabulas

* ipsum mutare potest.

fabulas contexere. Itaque fit, vt inuiti cogamur ad easdem sæpius familias recidere: quibus videlicet huiusmodi perturbationes contigere. Igitur de constitutione negotiorum, tum quas & quales esse fabulas oporteat, satis iam dictum.

De Moribus. Cap. XII.

QVantũ ad mores, quatuor sanè sunt, quę indigent cõsideratione. Eorũ vnũ, idq; primũ est vt probitatẽ præ se ferãt, vtcumq; enim mos inerit: in quemadmodũ dictũ est, tum sermo, tũ actio animi propositũ. qualecũq; fuerit, indicauerit: improbus quidẽ si improbũ, probe si probũ: id vero inest in vnoquoq; genere. Nam & mulier proba est, & seruus: tametsi fortasse, hoc deterius, ille omnino improbum sit. Secundo loco sequitur, vt cõuenientes sint. Fortitudo enim mos est: sed esse vel fortem, vel prudentẽ, vtiq; mulieri non conuenit. Tertio, vt constent sibi, est enim separatum hoc ab eo, quod est præ se ferre per mores probitatem, conuenientesque seruare. Quarto, vt æquali tenore procedãt. Quanquam enim histrio vt qui talem personam inducit, inæqualis appareat, omnino tamen illa inæqualitas æquabiliter perpetuo regenda. Exemplũ improbi moris sit alioqui minime necessarium: verbi gratia: in Oreste Menalas: indecori, atque inconuenientis, Vlyssis insultatio in Scylla: Menalippésque sermo: inæquabilis, Iphigenia in Aulide, vt cui posterior supplicatio priori non consonet. Et sanè in moribus, sicut in ipsa rerum cõpositione, tum necessarium, tum verisimile exquirendũ est: atque etiam vti necessario, verisimiliue ordine cuncta procedant. Quare manifestum est, fabularum solutiones ex ipsismet potissimum fabulis proficisci debere, non autem ab aliquo artificioso: vt in Me-

dea, & in Iliade illa per nauigationem. quo fane artificio vtendum in iis, quæ extra Tragœdiam sunt: quæcunq; videlicet vel prius fuere, quæ nequiquam fieri potest, vt alio pacto ad humanam peruenerint notitiã, vel quæ futura denuntiatione, diuinationeve indigeant: quandoquidẽ Deos cuncta inspicere, fatis quidem apud nos constat: quodcunque vero rationi consentaneum minus sit, explodendum quidem ab ipsis actionibus: si non prorsus, at à Tragœdia: vt est in Sophoclis Oedipode. Cùm vero Tragœdia præstantiorum imitatio sit, par fuerit quoque nos ab excellentium pictorum more nõ discedere: qui dum proprias, veráq; similitudines imagines referre studeant, splendidiores sanè depingũt. ita etiã poëta, iracundum videlicet, desidemq; dum imitatur, humilemque alia circa mores habentes, probitatis quidem, atque iracundiæ sibi exemplum proponere debet, velut fortem Achillem, vt ipse Homerus. Hæc profecto seruare oportet, inluperq; sensus ipsos, qui Poëticã consequuntur, præter illa quę necessaria sunt. Etenim in his fallimur sepenumero, sed in sermonibus iam editis satis dictum de his.

De Agnitionum speciebus. Cap. XIII.

QAnè quid sit agnitio, superius declarauimus: nunc vero de ipsius generibus. Primum quidem, vt est minime artificiosum, ita à plurimis vsurpatum, aut per dubitationẽ fit, aut per signa. Horum rursus ingenia aliqua: verbi gratia: lanceæ, quam Terrigenæ gestare solent: vel alterqualia in Thyeste Carcinus: aduentitia aliqua, sed hæc vel in corpore, vt per cicatrices: vel extrinsecus, vt per monilia, per torques, & vt Tyro, per scapham. Possumus autem melioribus his vti, atq; deterioribus: verbi gratia: ex cicatrice

quidem Vlysses agnoscitur, non tamen eodem modo à nutrice, & à subulcis: quandoquidẽ hæc fidei faciendæ gratia, artificij sunt expertia, cæteraque huiusmodi. Quæ vero ex peripetia, qualia in Nipteris, meliora, ordine huic proxima sunt. Quæ, quoniam à poëtis confinguntur, artificio non carent: qualis in Iphigenia Orestes: qui & sororem agnouit, & agnitus ab ea est. agnouit quidem ex epistola: agnitus autem ex indicijs. Hæc itaque pro arbitrio poëta profert, non ipsa fabula. ideoque in peccatũ supra dictum facilem lapsum habent. quippe nõnulla afferre permissum est. vt in Sophoclis Tereo radij vox. Tertium per reminiscentiam fit, dum spectando aliquid, in animum quid renocamus. quemadmodum in Dictogenis Cypriis, picturam quidem ille inspiciẽs ingemuit: & in sermone apud Alcinoum audiẽs citharœdum Vlysses, ex recordatione fleuit, vel agnitus est. Quarum per syllogismũ, vt in Chloephoris: quòd similis quidẽ accesserit: similis autem præter Orestem nemo: Orestes ergo accesserit. tum quod Polyidis de Iphigenia est. verisimile est enim rationcinatum fuisse Orestem: quòd, cùm immolata soror fuerit, sibi quoque vt immoletur contingere. tale est illud in Theodectæ Tydeo veniens ille, quasi natum inuĕturus extinguitur: & in Phœnissis, quæ locum conspicatæ, instare sibi fatum propterea commentæ sunt: quoniam in fatis haberent, ibi debere mori: etenim in eo fuerunt expositæ. Huic & adiungitur illud, quod in theatro per paralogismum fit. exempli gratia: in Vlysse falso nuncio, hic quidem arcum cognituru se dixit: ille vero tanquam arcum cognoscẽdo ab eo, propterea paralogismum facit. Omnium vero optime ex parte rerum agnitio est: à

qua videlicet ex verisimilib⁹ admiratio ipsa pa[n]-
tur, qualis illa in Sophoclis Oedipode, & in Iphi-
genia. Siquidem verisimile est literas hãc mitter[e]
cupiuisse. Huiusmodi enim solæ absq; vllo vel im-
presso signo, aut etiã extrinsecus, vt monile simo
ab his vero probantur, quæ ex syllogismo.

Quo pacto Decorum sit in ipsi⁹ Fabula
inueniendum. Cap. XIIII.

CAeterum constituere fabulas oportet, & ita
eas elocutione construere, vt quàm maxime
rem ante oculos ponant, sic enim quæ manifes-
sima ficat poëta inspiciẽs, perinde ac rebus ip[s]-
aguntur interfit, cùm decorum ipsum inueneri-
tum pugnantia minime illum latere poterũt. Ar-
gumento sit illud, quod Carcino vitio datur, eo-
nim Amphiaraus è templo exibat: id vero cũ
non videret spectator, obscurum fuit. cecidit au-
tem hic à scena, cunctis ob id spectatoribus in-
dignantibus. Proinde quantũ fieri potest, fingen-
dũ illud, quod ex habitibus naturalibus para-
quandoquidẽ hi maxime suapte natura persua-
dent, qui permutationibus affecti sunt. quo fit, vt
exagitatus exagitet, perturbẽtque verisimile per
turbatus. Quapropter vel *versatilis ingenij vir
vel furore perciti Poëtica est. etenim poëtarum
aliqui ab ipsa natura ad Poëticam bene formati
sunt, aliqui autem à mente abstrahuntur.

Consilios sermones prius in vniuersum esse expli-
candos: postmodum Episodia legitime con-
stituenda. Cap. XV.

CAeterum confictos sermones oportet etiam
confingentem ipsum vniuerse explicare,
mõxque Episodiis ad hunc modum vti, ac rem
diducere. Ad hunc vero modum vniuersale illud
specu-

speculari oportere dico. verbi gratia: Iphigenia
constituta ad aras quædam virgo, atq; ex oculis
sacrificantium clã surrepta, delata vero in aliam
regionem, in qua Deæ, hospitum sacrificia ex le-
ge debebãt, eius sacri ministerio ipso præpo-
sita est procedente tempore sacerdotis fratri il-
luc accedere contigit: cur autem contigerit, vt
ipsum Deus ob quandam culpam venire illuc
impulerit, extra vniuersale est: quorsum vero, ex
tra fabulam. itaque cùm accessisset captus, immo
landúsque mox sororem agnouit: siue vt Euripi-
des finxit, siue vt Polyides, ex verisimilibus lo-
cutus: quòd non modo sororem, verum & ipsum
sacrificari oportebat. vnde quidem salus parta
est: Quo facto nominibus statim subditutis Epi-
sodia aggredienda. sed hæc quo pacto legitima
sint, tanè considerandum: veluti furor in Oreste,
propter quem captus est, salúsq; per expurgatio-
nem. In dramatibus itaque, siue actibus Episodia
ipsa breuia esse debent: contra in his lõgior Epo-
pœia fit. nimirum, Odysseæ longus est sermo. Per
multos annos peregre quidam cùm iret, & à Ne-
ptuno obseruatus, & * à cunctis relictis, ita rebus
ipsius domesticis constitutis, vt fortunæ omnes à
procis absumerentur: filióque insidiæ iam insta-
rent, iactatus pelago domum peruenit: cúmque
aliquos agnouisset, *illos aggressus, ipse quidem
seru

ranque connexio continet: reliqua vero solutio. Connexionem appello totum id, quod à principio ad vltimam vsque pertinet partem, ex qua mutatio fortunæ fit. solutionē à mutatione principio, ad finem vsque: vt in Lynceo Theodectæ in quo connexio quidem, acta prius, natique ejus fabulæ: solutio à mortis accusatione ad extremum vsque.

De quatuor Tragœdiæ generibus. Quo pacto Tragœdia appellanda sit vna, vel diuersa: de emittendo Epopœiæ contextu in ipsa Tragœdia. Cap. XVII.

QVatuor autem Tragœdiæ sunt genera, totidem quoque & partes dictæ. quorum vnum Complicitum illud dicimus, quod omnino ex peripetia atque agnitione constat: Patheticum, vt Aiaces atque Ixiones: Moratum, Phthiotidas, & Peleum: Quartum, veluti Phorcidas, & Prometheum: quæcunque insuper, quæ apud inferos sunt. Quare magnopere poëtis conandum, vt horum omnium quàm locupletes sint. quòd si omnium minus queant, saltem principalium, atque quàm plurimorum: eóque etiam enixius, quo ad taxandos poëtas hæc ætas in tantū prona est, vt quos in omnibus his partibus probandos susceperit, in singulis etiam mirum in modum excellere æquum censeat. Minime vero fortasse conuenit eandem Tragœdiam, siue diuersam appellare à fabula: id quod earum ipsa quidem connexio atque solutio indicauerit. cæterum nō pauci eorum gie nectentes, inepte soluunt. Oportet autem ab vtraque parte plausum iugiter excitare: illūdque cum primis cauere, ne contextum Epopœiæ proprium. in Tragœdia confingamus. talem vero esse dicimus, qui cōplures cōtineat fabulas: exempli gratia: si quis totum illud Iliadis vnica velit complecti fabula: ibi etenim propter poëmatis longitudinem partes ipsæ cōgruentem suscipiūt magnitudinem: in actibus vero multo præter id, quod susceptum negotium expoſcit, longiores euadērent. Cuius rei signum id esse potest, quòd hi qui totum Ilij excidium simul compoſuere, ac non potius singulas separatim partes, ſicuti Euripides Medeam, vel Niobem (quod Aeſchylus minime obſeruabit) vel prorſus exdūt, vel certe infeliciter certant. ſiquidem propter id vnum cecidit Agathon, tametſi tum in peripetis, tū in ſimplicibus actionibus, hi quidem ſuum mirabiliter propoſitum aſſequantur. Etenim tragicum, atque humanum eſt, cùm ſapiens, *idemq; prauus, velut ſiſyphus deceptus fuerit: ſiue fortis, idemq; in iniuſtus ſuperatus. verisimile enim eſt, vt Agathon aſſerit, quandoquidem multa præter ipſum verisimile accidere, à verisimili non diſcrepat.

* cum prauitate vero.

De Choro. Cap. XVIII.

CHori ſummam penes vnum duntaxat ex histrionibus eſſe oportet, totiúſq; partem eſſe: vti autem concertationibus, non ſicut apud Euripidē, ſed ſicut apud Sophoclem. reliquis vero concinēſa potius ea ſint, quæ ad ſuſceptam pertinerent fabulam, quàm quæ ad aliam Tragœdiam: quapropter intercalare concinunt. Huiuſmodi ſanè res initium primum ab Agathone ſumptum. Atqui* quidnam differt inter canere intercalare, y locutionemve illam, quæ aliud ex alio nectit, integrāmque Epiſodium?

* aliquid.

De Sententia. Cap. XIX.

IAm vero cùm de his omnibus dixerimus: reliquum eſt, vt de Dictione, atque Sentētia agamus

musi tametsi de sententia in iis, quos de Rhetor
ea scripsimus libris, vt quod eius vim & ration
magis proprium sit, disseramus. Ad sententia
ea omnia pertinent, quęcunq; oratione adhibe
re oportet. cuius partes erũt ostendere, soluere
perturbationes præparare, sicuti misericordiam
timorem, iram, cæteráque huius generis: ad hæc
exaggerare, ac diminuere. Constat autem hæc
dictarum partium rebus accommodata adhibe
oportere: cùm videlicet vel miserabilia, vel gra
uia, vel mira, vel verisimilia adstruenda sunt:
quibus tamen hæc habenda distinctio est, quod
aliqua quidem nullo doctrinæ adminiculo appo
rere necesse est: aliqua vero sermone ipso dicen
tem præparari, ac vi etiam sermonis excogi
Quod enim dicentis munus esset, si non quoq
sermonis vi, grata esse viderentur?

De dictione, eius partibus, & partium speciebus.

cap. XX.

CIrca Dictionem vnũ quidem speculation
est genus, de figuris videlicet ipsius: q
quidem ad histrionicam, atque ad eum qui
iusce modi arti præst, pertinet. exẽpli gratia,
sit mandatum, quid preces, quid narratio, q
minæ, quid interrogatio, quid responsio, eger
id genus. Quandoquidẽ præter horum peritia
ignorationem ve nulla quidem accusatio, que
gna sit studio, ad Poeticam refertur. Nam q
obsecro, in his peccatum esse suspicetur, quæ
tagoras accusat? si quis videlicet, dum precan
existimet, interim præcipiat/hoc pacto: Iram

de Dea, quandoquidem (inquit ille) iubere ali
quid fieri, vel nõ fieri, præceptũ est. Quapropter
facessat hæc consideratio perinde ac alterius fa
cultatis, non autem Poeticæ propria. Dictionis
vniuersę partes hę sunt: elementum, syllaba, con
iunctio, nomen, verbum, articulus, casus, oratio.
Elementum indiuidua dicitur vox, non quidem
omnis, sed illa tantũ, ex qua suapte natura intel
ligibilis vox constitui potest. quandoquidem &
indiuisibiles sunt ferarum voces, quantum sane
nullam elementum dicimus. hæc vocalis, siue se
mivocalis, aut etiã muta appellatur. Vocalis, quæ
sine vlla prorsus adiectione sonum, qui exaudiri
possit, reddit. Semivocalis, quæ nõ sine adiectio
ne vt σ, ῥ. Muta, quæ cum adiectione per se nul
lum omnino sonum reddit: adiuncta vero his,
quę aliquam vocem reddunt, exaudiri potest: vt
γ & β. Hæc differunt inter se figura oris, locis,
aspiratione, tenuitate, longitudine, brevitate, acu
mine præterea, grauitate, inflexione: de quibus si
ne in his quæ ad metra pertinent, consideratio
propria est. Syllaba vox est nihil penitus signifi
cans, composita est muta, & vocem aliquo pacto
habente. nam γρ etiam absque α syllaba est: &
cum α, veluti γρα. sed harum differentias exa
minare, metricæ artis est. Coniunctio vox est mi
nime significans: quę nec impedit, nec efficit ali
quam vocem significare, apta quidem ex pluri
bus vocibus componi, extremo atque medio ora
tionis congruens: quam quidem in initio oratio
nis suapte natura poni minime conuenit: vt μέν,
ἤτοι, φημί: siue vox per se quidem minime signi
ficans ex pluribus vocibus vnam apta vero vo
cem vnam significantem reddere. Articulus vox
est minime significans, quæ vel principium ora

tionis

tionis, vel finem, vel separationē ostendit, quemadmodum τὸ φησὶ, τὸ φασὶ, & alia: sine vox nomine quidem significans, quæ nec impedit, nec efficit aliquam vocem significare, aptam ex plurib⁹ vocibus componi, tam extremis quàm medijs cohærens. Nomen composita vox est, significans sine tempore: cuius aliqua per se pars nihil significat. nam & in compositis sic obseruamus, vt nullam per se separatum significet: vt in ὁπὸ ἀνὴρ, in quo ὁ̃ς̃ nimirum nihil significat. Verbum composita vox est, significans cum tempore: cuius (quemadmodum de nomine diximus) nulla per se pars separata significat. Etenim homo, siue album, nequaquam cum tempore significat: ambulat vero, vel ambulauerit cum tempore significat: illud quidem præsens, hoc præteritum. Casuum, qui tum ad nomen, tum ad verbum pertinent, hic quidem significans est secundum hoc, vel huic, & quæcunque talia: ille vero secundum vnū, vel plura, vt homines, vel homo: reliqui alius secūdum personarum modos quatenus interrogant, siue iubent. verbi gratia ambulat: & ambulans quæ quidem eiusdem generis sunt casus verbi. Oratio vox est significans, compositæ cuius partes quædam separatæ aliquid omnino significant. quanquam enim non omnis oratio ex nominibus & verbis constat: vt hominis species definitio: siquidem sine verbis etiam constare potest: omnino tamen aliquas significantes partes habebit. vt in hac oratione, ambulat Cleon, illud Cleon significans est. Duobus vero modis vna dicitur oratio. aut enim significans vnum per se est, aut additis cōiunctionibus verbi gratia: Ilias quidem vna erit coniunctionibus oratio: hominis vero definitio vnum significat. Nominis generum

verum aliquod est simplex: simplex autem voco, quod ex minime significantibus constitutur. alio quod duplex, cuius aliud quidem ex significantibus, ac minime significantibus cōponitur: aliud ex significantibus omnino. Triplex insuper, ac quadruplex nomen esse potest, quemadmodum multa Megaliotorum, ἑρμοκαϊξαπλᾶ. Omne autem nomen aut est proprium, aut ab alia linguā, aut translatio, aut ornatus, aut fictū, aut productum, aut subtractum, aut commutatum. Proprio voco, quod omnibus in vsu est. Ab alia lingua quod aliquibus duntaxat, ex quo patet, huiusmodi atque proprium fieri posse, vt in idem quandoque recidant: minime tamen eisdem, vt σίγυνον: id est lanceola, quod Cyprijs quidem proprium, nobis vero ab illorum lingua. Translatio est nominis alieni illatio, vel à genere ad speciē, vel à specie ad genus, vel à specie ad speciē, aut etiam secundum aliquod, quod proportione respondeat. A genere ad speciem voco: vt, Stetit « hæc mihi nauis: etenim in portu esse, stare aliquod est. A specie ad genus: vt, Ipse decem pepe- « rit iam millia commoda Vlysses: decem millia enim multa sunt: quo sanè vocabulo pro multo vsuntur. A specie ad speciē: Abstulit æra animam, « omnis ære abscidit, hoc enim loco auferre pro « abscindere, & abscondere pro auferre, vsurpauit quod vtrūque subtrahere aliquod sit. Proportio ne vero respondens dixerim, quādo aliquod secundum ad primum simili ratione se habeat, qua quartum ad tertium, sumit enim vel loco secūdi quartum, vel quarti secundum: interdúmque addit, pro quo dicitur, ad quod est, exempli causa: similiratione se habet phiala ad Bacchum, qua scutum ad Martem. dicet igitur & phialam scutum

tum Bacchi,& scutum phialam Martis, rursus ad diem vespera pari ratione se habet,qua ad vitam senium,itaque dicet,vesperam diei senium,& senium vesperam vitæ:vel,sicut Empedocles,occasum vitæ. Licet autem quibusdã nomen proprietione respondens inditum non sit, nihilo tamen secius simili ratione dicetur: quemadmodum sagem quidem proiicere, ferere dicimus:proiicere vero à Sole flammam, nominis est expers:cui tamen ita ad Solis flammam hoc habeat, quemadmodum ferere ad frugem, ideóque Solactus, fator * diuinitus ignis. Licet autem huiusmodi translationis modo vti, & alio quoque cùm videlicet nominauerimus alienum quippiam, aliquid eius proprium ab eodem reuenientes:vt si quis appellare volens phialam, dixerit scutum,non Martis, sed Bacchi. Fictum est quod à nemine vsurpatum, à poëta ponitur. Cuiusmodi hæc esse apparent: vt Cornua rapum, & sacerdotem custodem. Productum, atque subtractum. Productum videlicet,quod longiore vocali vtatur, quàm sit eius propria, vel etiam adiectam syllabam asciuerit. Subtractum, quod aliquo siue peculiari,siue adiecto mutatum sit, exempli gratia: productum πόλεως πωλέος dicimus: subtractum, ἄρεως ἄρος, atque etiam,cùm vna ex geminis sit per ἐκτασιν, id est,suæ. Commutatum,cuius in denominatione aliqua quidem remanet pars, aliqua vero additur:velut,Dexterorem secundum mammam, pro dextram. Nominum præterea sunt aliqua mascula,aliqua fœminea,aliqua media. Mascula, quæcunque in ν & ρ desinunt, & in cunctas,quæ a ψ & ξ mutis cõponuntur: duæ enim omnino duæ ψ & ξ. Fœminea,quæcunque

* Græcitas φλόγα.

in vocales suapte natura longas,quales sunt η & ω,desinunt:productas insuper in α, quo fit vt hæ numero sint æquales illis,in quas mascula & fœminea desinunt. ψ enim & ξ non diuersæ sunt sa ne nullam nomen in mutam desinit, sed nec in vocalem breuem:in ι vero tria tantũ μέλι, κόμμι, κόμμι. in υ quinque, πῆχυ, πάχυ, γόνυ, ἄστυ, ἄστυ. Media in hæc,insuperque in ρ & σ.

De Dictionis virtute. Cap. XXI.

Dictionis autem virtus,vt perspicua sit,nõ tamen humilis, quæ igitur ex propriis nominibus constabit, maxime perspicua erit,humilis tamen,exemplum sit,Cleophontis, Sthenelique poëtis.Illa veneranda,& omne prorsus plebeium excludens,quæ peregrinis vtetur vocabulis. Peregrinum voco varietatem linguarum, translationem,ἐκτασιν,tum quodcũque à proprio alienum est.verum, si quis hæc omnia simul congerat,vel ænigma efficiet, vel barbarismum:ænigma quidem,si translationes:barbarismum vero, si linguas.Ænigmatis forma ea erit,oratio scilicet,quæ ex minime congruentibus inter se constabit;hoc itaque per nominum compositionem effici minime poterit,per translationem vero potest,Vid. »signe atque ære virum viro inhæren » tem vnam,cæteráque id genus,quemadmodum » quoque ex linguarum varietate barbarismus, quapropter aliquo pacto hic admiscetur.Proinde decurialiud non triuiale ac minime humile lingua, translatio,ornatus,cæteræque dictæ species parem inuenient: ita proprium perspicuitatem. Cæterum suum mammam conferre videntur partem ad di-

* τυτίχαι «ειν.

ctionis perspicuitatē,& ad vulgare excludēdam productiones,concisiones,nominūmq; immutationes,quandoquidē id quod præter vsum communē fit,quatenus à proprio diuersum est, illud minime plebeiū efficit:quatenus vero cū vsu communi cōuenit,claritatē. Quapropter errāt nōnnulli, qui huiusmodi dictionis genus accusāt, quòd Poetā ipsum incessere audent:id quod priscus ille Eclides fecit,quasi facile quis cōfingat,si ei,dum iambos cōscribat,in ipsa dictione nomina quantūlibet extēdere liceat, quēadmodum ,, τὸ εἶδον μολὼν Περικλέης ἐλεγείην : & ἐν δὲ γενεῇσιν ,, μὴ ἐὼν ἐγεγόνειν. itaq; ridiculus esse apparet ,, qui hoc dicēdi modo vsus est. Atqui mēsura quæ omnibus partibus regula est,nā si quis trāslationibus,linguis,cęteriſque huius generis vel inde cēter,vel affectate vsus fuerit,pari ratione ridicula struxeris. Quantum vero cōcinnitas in carmine polleat,vel ex eo cōsideretur,q̄ loco nomina ad mensurā in oratione comparatorū à varietate linguarū,trāslationū,cæterorūmq; generū huiusmodi,si quis proprias appellationes ponerē, verā nos attulisse rationem inficias nō ierit, id quod Aeschyli, atq; Euripidis in eodem facile iambo pariter versantium exemplo apparet,quæ cùm hic vnū duntaxat nomē lingua nō trita, eo propri immutauerit, tam pulcher apparet quàm ille abiectus est visus, etenim in Philoctete Aeschylus sic locutus est:Mei pedis carnē exedit phagedæna:ipse vero Euripides loco exedit epulatur apposuit.Ad hęc:Nūc autem parua me ,, existēs turpis ineptus:verbi gratia: si quis affectis magis propria,id ineptus immutauerit: hoc pacto:Debilis infirmis me existēs,exiguūsq; itaq; Indignum cursum,& exiguas dapes:dicātq; eorum prauum,& paruas dapes: rursūsque pro Ionēs vociferantur,Iones clamāt. Ariphrades præterea carpebat tragœdos, perinde ac in Tragœdiis suis his vterentur,quę in communi sermone ,, dicerēt nemo:τὸ δόματον ἄπο pro ἀπὸ δομάτων, id est,domibus ab, pro ab domibus: & νίσσει pro ,, νίσσει σὺν, pro σὺν ἀχιλλῆι, id est, Achille de, ,, pro de Achille,cęteraq; huiusmodi:prorsus ignorant,quod hæc omnia dum proprium vitāt,plerūmq; interim dictionem effugiunt. Cæterū magnæ negotij est, in supradictis singulis à decenti nōn discedere, minimēq; aboti cōpositis nominibus,linguisq;:cū primis vero decenter vti trāslationibus,maxime est arduum id quod vnū non dolem præ se ferat. Etenim rectè quid trāsferre,si mile aliquod illius contēplari est. Duplicia vero nomina vt maximū in modū Dithyrambis quadrant,sic Heroicis linguarū varietas, Iambicisq; trāslationes,quāquam Heroicis quidē supradicta omnia valde vsui sunt:Iambicis vero, quod maxime colloquia æmulentur cuncta illa cōueniunt nōmina,quibus rite quis in ipso sermone vtatur, sunt autem hæc, propria, metaphorica,ornata. De Tragœdia igitur,deque ad actionem accommodata imitatione, satis hactenus à nobis hæc dicta sunt.

De Epopœia Heroicaue imitatione ipsiusque cum Tragœdia conuenientia,ac differentia. Cap. XXII.

De narratiua vero, & per numeros imitatione,quòd ipsæ quoque fabulæ, non secus ac

in Tragœdiis actus, consistere debeant, paritérq; circa vnam, eámque integram atque perfectam actionẽ versari, principio scilicet, medio, fineque constantẽ, à qua sanè, velut ab integro quopiam animali, voluptas quædam peculiaris proficiscatur, omnino manifestum est, itemque quòd huiusmodi non vnius tantum actionis præbeant notitiam necesse est, sed temporis vnius, omnis sanè, quæcunque in eo tam circa vnum, quàm plures contigere, eodem scilicet modo, quo singula quæque inter se (vt casu euenit) se habent, verbi causa circa idem tempus nauale bellum in Salamine, prœliúmque Carthaginiensium in Sicilia, quæ minime quidem in eundem exitum spectatura quoque in insequẽtibus temporibus, dum alterum interdum post alteram fit, quibus vnus non est exitus, id quod ferè poëtarum nõ pauci efficere soleant. Quamobrem quemadmodum superius diximus, ob id etiam præ cæteris diuinus Homerus videri iure debet, quòd bellũ quidem alioqui principio, medio, fineque constans, totum scribere minime est aggressus: siquidem vel nimis magnum ὄψει σύνοπτα ἔσεσθαι. enasurum, atq; adeo* perceptu difficile exitimauerit, vel, si ad iustam magnitudinẽ perstrinxisset, inculcatum nimia varietate futurum. Nunc vero eius rectè vna duntaxat parte suscepta, pluribus in ea Episodiis vsus est: sicuti nauium catalogo, aliisque Episodiis, quibus Poësim ipsam locupletissimam reddit. Alij vero circa virum vnum, tẽpúsque duntaxat vnum versantur sed actionem ipsam multimembrem constituunt: quemadmodum qui Cypria, & Iliadem parvam conscripsit. Verum enimuero Ilias simul atque Odyssea vna tãtum Tragœdia, duabus ad summum clausa di

di possunt: contra Cyprica non nisi pluribus, tum parua Ilias ex octo amplius constat: vt sunt armorum iudicium, Philoctetes, Neoptolemus, Eurypilus, Emendicatio, Lacœna, Ilij excidium, Reditus, Sinon, Troiades. Isdem præterea generibus Epopœia, quibus Tragœdia consilet, est necesse, etenim vel simplicem, vel complicitam, vel moralem, vel pathethicam hanc esse oportet. Cui totidem, eædemque partes, præter harmoniam, & apparatum respondent: vt quę peritetiis agnitionibus, affectibus, adhuc etiam sententia & dictione, egregius quidem omnibus indigere videatur, quibus sanè cunctis & ante alios, & plenissime Homerus vates vtitur, siquidem vtroq; poëmate hęc omnia complexus est. Vt enim Ilias simplex, atque patheticum continet genus, sic Odyssea complicitum, vt quę agnitionibus constet, & per totum morata sit ad hæc quoque dictione, atque sententia, cæteris mirum in modum vatibus antecellit. Differt autem Epopœię contextus à Tragico, lõgitudine, metroq;, itaque longitudinis præfinitio sit, de qua nobis satis est dictum, vt principium, simúlque finis conspici queat, hoc autem fuerit, si cõtextus ipsi, veteribus quidem minores erunt: plures vero Tragœdias ad vnam auditionem dispositas cõplectentur. Quippe proprium Epopœiæ est, possе plurimum in magnitudinem excrescere: id quod assequi Tragœdia non potest, quandoquidem hæc plura simul facta imitari nequit, se id solummodo, quod in scena tunc, atque adeo penes histrio est: contra in Epopœia, vt quæ mera enarratio sit plures veluti partes transactas cõglutinari permissum est: quibus sanè perinde ac ubi propriis, poëmatis ipsius quasi

Arauidus augetur vterus. Quapropter hæc præ gratiua cùm polleat, tum facilem ad magnificentiam aditum habet, tum ad auditorem subinde leuandũ, neque non dissimilibus Episodiis connecta ad peragendum. Etenim Episodiorum vniformitas, vt quę cito facietatem afferre soleat, in causa est, cur Tragœdia ad finem festinet. Heroicum vero carmen ex ipsa quidem experientia congruẽs esse apparuit. Etenim, si quis alio quolibet metri genere, pluribúsve inter se mixtis, enarratiuam facere imitationem aggressus fuerit, præter ipsum decens factum videri poterit, quandoquidem numerorum omnium stabilissimum, atque targidissimum Heroicum est, quo fanè fit, vt linguas, atque translationes potissimum admittat, nam modus ipse enarratiuus præ cæteris aliis excellens est. Iambi vero, atque octonarij mobiles quidem sunt: verum vt hi saltationibus, sic agendis rebus illi aptissimi sunt. ad hæc illud etiam magis absurdum, si quis, vt ipse Chæremon, hos miscuerit. Quare longum cõtextum alio, præter quã heroico metro rite pangere nemo: mirum id congruere (sicuti diximus) natura docet. Proin vates Homerus in hoc quoque, quemadmodum & in cæteris, præcipua laude dignum est: quandoquidem omnium vnus, quid ipsum deceat poëtam, minime ignorat. Decet autem hunc ex persona sua pauca dicere, quòd in eo imitator non sit. itaq; vates alij, dum hoc studio semper certant, pauca interim, paucíssi in locis imitatione assequuntur: cõtra Homerus pauca admodum præfatus, modo virum, modo mulierem, interdum mores aliquos inducit. nihil enim vnquam non moratum: at semper moribus præpollens, quodcunque confingit. Sanè conue-

imitatio.

nit Tragœdiæ ipsum præbere mirandum, magis autem Epopœię: quod videlicet proportione respondeat. ideoque mirandum maxime huic conueniet: quoniam in ea ad ipsum agentem minime respicimus. Porrò, si quis illa, quæ de persecutione in Hectorem sunt, in scenam asferat, vtique ridicula apparere fecerit. nam & illos stare, & hunc abnuere videre esset: id quod prorsus in ipsis carminibus latet. Cæterum mirãdum ipsum per se esse gratũ, argumento sit: quòd omnes huiusmodi aliquod, dum nunciant, veluti dicturi in gratiam, id semper exaggerant. Homerus vero præcipue alios docuit, quo pacto mendacium ipsum dici oporteret: quod profecto paralogismus est. Existimãt enim homines, cùm hoc ipso existẽte, siue facto, hoc ipsum fiat, si posterius sit, etium prius esse, vel fieri: quod quidem mendacium est. sed ob id sanè mendacium primum est, quòd alio quopiam existente, hoc idem esse vel fieri necesse sit: siquidem cùm hoc esse verum sciat, anima nostra paralogismo colligit, etiam primum esse verum. Cuius exemplum ex Neptuni sumi potest. itemque fieri quæ neutiquã possunt, modo verisimilia sint, potius quidem eligenda esse, quã quæ minime verisimilia licet fieri possint. Sermones quoque ipsos adeo nõ ex parte rationis expertium constitui debere, vt etiam nihil quod non summa ratione præditum sit, contineant: si vero secus fiat, extra ipsam fabulationem saltem sit. exempli gratia: ignoratio Oedipodis, quo pacto Laius occubuerit non autem in actibus: sicut in Electra Pythicorum nuciatio: itemqi in Mysis, ex Tegea mutus vt loqueretur, profectus in Mysiam est: quapropter locutum fuisse dicere, fabula quidẽ ridicula esset. etenim

a principio eiusmodi constituendæ non sunt. at si semel constitutæ fuerint, & ita sint receptæ, eas admitti quamuis absurdas, probabilius erit. quandoquidem illa etiam in Odyssea circa Vlyssis expositionem, rationis expertia sunt: quæ quidem nullo pacto tollerãda apparerent, si hæc eadem non bonus aliquis poëta confinxisset. nunc vero diuersis bonis absurdum illustrans, suauem ipsum poëta reddit. Cæterum in dictione, ociosis in partibus maxime elaborandum: secus autem in his, quæ moribus quæque sententia polleant. quandoquidem ipsa valde luminosa dictio, tum mores, tum sententias quæ quidem per se satis conspicua sunt, obumbrare solet.

De obiectionibus in Poetas, earumdemque solutionibus. Cap. XXIII.

CAeterum dubitationes, ac solutiones, ex quot videlicet, quibúsve generibus consilent, ita considerantibus manifestæ fiẽt. Etenim cùm imitator poëta sit, sicuti quoque pictor, vel alius imaginum designator, eorum semper vnum aliquod quæ tria numero sunt, imitetur necesse est: qualia videlicet fuerũt, siue sint vel qualia dicẽtur, videntúrve: vel qualia esse oportet. hæc autem dictione tum per linguas, tum per translationes enũciantur. Multæ enim dictionis ipsius affectiones sunt, quas poëtis indulgemus. Ad hæc non eadem est rectitudo Ciuilis facultatis, quæ Poeticæ: sed nec alterius illius artis, præterquam Poeticæ. Huius vero peccatum omnino duplex est, alterum per se, alterum per accidens, itaque quod ad imitandum non imitabile sibi proposuerit, per se huius peccatum erit: proponere vero non recte, per accidens. Quemadmodum vtrunque dextrum latus equum promouentem, aut

aut secundum vnamquamque artem peccatum: verbi gratia: secundum medicinam, aliámve quamlibet artem minaut etiã, si quæ fieri nequeunt, confinguntur. Qualiacunque igitur hæc fuerint, minime quidem per se huius peccata dicimus. quo fit, vt obiectiones in quæstionibus, si quis ad hæc respexerit, solutus sit. Ac primum quidem, tametsi peccemus semper in his, quæ secundum artem sunt, si quæ fieri nequeunt, confingamus: rectè tum id factum se habebit, si propterea eiusdem finẽ assecuti fuerimus. id dicit* est enim eius finis, verbi causa, si hoc pacto, vel id magis stupendum fuerit, vel aliqua ipsius pars huiusmodi reddatur. Exemplum sit, illa Hectorem persecutio. si ergo finem magis, minúsve assequi contigerit, peccatum vero in his, quæ circa artem sunt, fuerit: nequaquam satis recte id fiet. quippe si fieri potest, nullo pacto peccandum est. Præterea vel est in his peccatum, quæ secundum artem sunt, vel quę secundum aliquod accidens. lecuus enim fuerit, si cervam cornua non habere ignoranerit, quàm si non bona imitatione delapserit. Ad hæc, si quis ex parum veris arguatur, at certè qualia esse decet, solutio sit: id quod Sophocles dixit, se quidem homines, quales esse oporteret effingere: Euripides aũt, quales essent. Quòd si neutro soluendũ sit modo, at certe ita esse dicuntur: respondendũ erit, velut in iis, quæ ad ipsos pertinent Deos. fortasse enim sic dicere neque meliorem in modum, neque secundum veritatem fuerit. sed tamen ita contigit, vt Xenophanes ait, *ferunt hæc. quãquam non meliorem fortasse in modum, nihilominus ita se habuere: velut illud, quod de armis perhibetur. Recta que solæ præfixæ hastæ. Sic enim eo tempore moris

* sed nõ est hæc

erativt nunc etiam apud Illyrios. An vero recte, vel non recte à quoquam siue dicatur, siue fiat, si quis inquirere velit, non modo idipsum factum, dictúmve considerare debet, vtrum laudabile an parum sit: verumetiam ad agentem, discentémve respicere, ad quem videlicet, vel quando, vel cui, vel gratia cuius: verbi causa: boni maioris gratia vt fiat: mali maioris, ne fiat. Sunt etiam aliqua, quæ si ad dictionem ipsam respexeris, licet soluere. verbi gratia: lingua, vt Principio sanè κῦρες. nam ea vox κῦρες fortè non mulos, sed custodes significat. ac de Dolone: Turpis erat specie: non, quòd esset corpore male compacto, verum turpi facie. nam vocabulum εἰδὸς pulchra facie aliquid Cretenses vocant. & illud ξυρὸς τύπος propinabāt. haud enim ξυρὸς τύπος eo in loco pro mero, quo ebrioſi gaudent, sed pro frequenter accipitur. Per translationem insuper: vt

Iámque Dea alas pernix, hominé, que tenebat
Insignes galea sumnas. tum illud quoque:
Si quando Troiæ ad eam pes sua lumina verterat.

Vt etiam tibiarum fistularúmque vocē. sane pro multis, omnes per translationem dicimus. Omne enim aliquod multum est. &, τὸ δ' ἄμουσος: id est, sola expers, similiter per translationem. illud enim quod notissimum est, vulgus & solum dicimus. Solumus præterea ratione accentus: vt Hippias Thasius illud, δίδομεν δή εἰ: id est, Nos vero damus. εἰ enim articulus est: cui si circumflexum addideris accentum, pronomen sibi, significat. quin & illud quoque, ἐ κατατήκεται ἀμφρὼ id est, himbre manus marcet. ἐ enim, quæ negatiua particula est, si circumflexum cum aspiratione iunxeris, aliud sonat. Per diuisionem quoque, quemadmodum apud

apud Empedoclem: Nata sed hæc subito mortali corpore vidi, Ante immortali quàm animantia seiungerentur. Item per Amphibologiam: Plurima pertexit nox. Illud enim πλείω amphibologicum est. Per consuetudinem quoque dictionis: vt illud κεκραμένον, id est, mixtum: quod ad vinum pertinere receptum est. Vnde & illud, Ocrea, quæ fuerat stanno confecta recenti. & χαλκῆας, quæ vox alioqui fabros ærarios significans, pro ferrariis sumitur. Iuxta quod etiã Ganymedes * à vino minister Iouis appellatur, cùm tamē Dijipsi vinum non bibant: id quod per translationem dici neutiquam potest. Quando autem in nomine contrarietas inesse significationis videtur, considerandum sanè, quotuplex est eius circa id, de quo agitur, significatio. quemadmodum: Huic spicula ferrea cum prohibebat. Etenim eo in loco ἔχειν quod alioqui inhærebat significat, pro prohibebat accipitur. Quotuplex vero illud. expenditur hoc ferme pacto: maxime vero, si quis contraria, è regione disposita susceperit: siue, vt inquit Glauco. Quoniam sine ratione aliqua præsumunt, ipsi quidem veluti iam iam pronunciaturi rationemantur: quasique pro arbitrio locuti, tametsi eorum opinioni contrarium insit, redarguunt. quo in genere sunt illa, quæ de Icario perhibentur. Siquidem Laconem hunc extitisse existimant: ideóque sequi absurdum, eundem quidem Lacedæmona Telemachum in eum minime incidisse: cùm tamen id fortasse se habeat, quēadmodum Cephalenses dicunt, qui quidem duxisse apud se vxorem Vlyssem dictitant: Icadiúmque esse, non Icarium. hoc autem in genere peccatum est, veri similis dubitatio. In summa, quod fieri nequit, vel ad ipsam Poësim, vel ad meliorem eius modum,

* ἀπὸ τοῦ οἴνου.

dum, siue etiam ad famam referēdum est. Quantum vero ad Poēsim attinet, credibile potius, licet fieri non queat, eligendum est, quàm incredibile, licet queat. huiusmodi autem sint, cuiusmodi pinxit Zeuxis: potiúsque in melius declinent. exemplar enim ipsum superare oportet. Et ad illa, quæ præter rationem dicunt esse, sic respōdendum: quòd aliquando fine ratione non sint. verisimile enim fieri aliqua præter id, quod verisimile est. Cæterum ita dicta contraria sic explorāda, quemadmodum in sermonibus elenchi, si idem, ad idem, & eodem modo: sicuti dicentem ipsum, aut ad ea quæ ipse dicit, aut quæ prudens aliquis supponeret, recte enim id increpatur, quod siue rationis est expers, siue probitatis: cùm videlicet nulla necessitate cogente, præter rationem aliquo quis vtatur: sicuti Euripides Aegisthi nequitia, & in Oreste Menelai. Tales itaque obiectiones ex quinq; generibus prouenient. Etenim vel sicut illa quæ fieri nequeunt, vel quæ rationis expertia, vel quæ lædentia, vel quæ contraria, vel quę præter artis rectam normam existunt, solutiones autem ex dictis iam enumeratis considerandę sunt omnino duodecim.

Vtra melior sit imitatio, Epopœicāne an Tragica.
Cap. XXIIII.

VTrum vero melior Epopœica imitatio sit, an Tragica, dubitare aliquis poterit. Etenim si illa melior, quæ minus inuidiosa: huiusmodi sanè est, quæ ad meliores sit spectatores: manifestum quidem, quod illa quæ cuncta imitari vult, magis inuidiosa est: vt quę parum sentientes, nisi multo

multo motu moueātur, excitare debeat. Id quod inepti tibicines efficere solent: qui cum discum imitari oporteat, seipsos in gyrum agunt: Scyllámq; dum medulantur, chori principē trahunt. Itaq; Tragœdia talis est: vnde priores illi tumores se pro histrionibus habeant, siquidem Mynisceus velut in eo nimium Callippidem, simiam appellabant: aliíq; propemodum de Pindaro opinio erat. Vt autem hi ad illos se habent, ita quoque integra ars ad Epopœiam. Hanc igitur sicuti præstantiorum spectatorum esse dicūt, histrionica arte minime indigentium: ita ignarorum Tragœdiam, quę, quoniam inuidiosa, ideo deterior esse apparet. Primum igitur huiusmodi accusatio non Poeticę, sed Histrionicę est, nam & indiciorum opificio, tum qui hexametros recitat, quod Sosistratus faciebat, vtiturr: tum qui hos concinit, quod Mnasitheus Opuntius. Deinde non omnes motus sunt improbādi, sicuti nec saltationes: sed imperitorum tantum, quibus & ipse tunc arguebatur Callipides, & nunc etiam aliqui: perinde ac minime liberales fœminas imitentur. Ad hæc Tragœdia sine motu, quēadmodum & Epopœia conficitur vt quę ex lectione quoque, qualis omnino sit, manifestiō apparet. Itaque si in cęteris est præstantior, illud ibi quasi minus necessarium esse planè dicimus. Omnibus insuper, quęcunque Epopœia continet, abunde pollet, nam & numeris vtitur, & quę non modica pars habenda est, musica quoq; & apparatu: ex quibus sane voluptates ipsę manifestissime percipiuntur. Nec non in agnitione, cęterisque actionibus euidentissima est, & ambitu minori poēticę imitationis finē assequitur, id enim vberiorem voluptatem præbet, quòd per longam temporis periodum spar

sparsa habentur, breuiori collecta gyro perstrinxit, exempli gratia: Si quis Sophocleum Oedipodem tot in carmina, quot Ilias continet, distribuerit. Ad hæc Epopœicam imitationē, qualiscūque fuerit, non vnam omnino esse argumento hi, quòd ex hac, qualiscunque fuerit, Tragœdiæ semper plures exeunt, quare si vnam ipsi fabulā composuerint, necesse esse eam vel breuē nimis, instárq; muris caudæ apparere: vel, si ad iustæ mensuræ longitudinem produxerint, quasi vinum dilutissimum, quòd si plures, verbi gratia, si ex pluribus actionibus cōmixtam, profectò non vnam qualem Iliadem & Odysseam, plures quidem huiusmodi continens partes, quæ alioqui per se ipsas etiam magnitudinem habent: tametsi huiusmodi poēmata tum optime quantum fieri potest constituta sint, tum etiam quàm maxime vnius actionis imitatio. Si igitur Tragœdia non modo in his omnibus præcellit, sed artis quoque opificio (quippe non quamlibet voluptatem, verum quam diximus, præstare debet) sanè liquet meliorem hanc esse, multò quidē perfectius Epopœia finem assequentem. De Tragœdia igitur, & & Epopœia, deque earum generibus, atque partibus, quot etiam, quibúsque differunt, de causis insuper, cur hæ merito probentur, reprobentúrve, tum de obiectionibus, ac solutionibus, satis hactenus à nobis hæc dicta sint.

*

Aristotelis Poëtica.
Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITÆ

PROBLEMATVM Duodequadraginta Sectiones, Quibus ALEXANDRI APHRODISAEI Problematum libri adiecti fuêre.

Tomi Sexti Pars altera.

LVGDVNI,
Apud Ioannam Iacobi Iuntæ F.

1579.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ERRATA SIC CORRIGITO.

pag. 712. ver. terram. pro gradiri, lege, gradi. pag. 713. ver. loris. pro parere, lege, parit, & sequentibus, pro producere, committere, gignere, lege, producit, committit, gignit.

ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS *Problematum*.

Sectiones duodequadraginta,

THEODORO GAZA interprete.

SECTIO PRIMA.

Eorum quæ ad medicinam pertinent: cuius qualitatis. LIX.

CVR exuperantiæ nimiæ * committendi morbi vim habeant? An quia vel excessum, vel defectum efficiant: qua quidam re morbum consistere certum est? 1

Cur morbi sæpe curari possunt, vbi quis abundè excesserit? equidem nonnulli Medici eam artem exercent, vt non nisi per excessum agant vel vini, vel aquæ, vel salsuginis, vel cibi, vel inediæ. An quoniam causæ, quæ morbos committunt, aduersæ inter se sunt? atque ita esse iter, vt genus alterum duci per excessum alterius in medium possit. 2

Cur temporũ, flatuúmq; mutationes morbos intendant, tollántve, iudicet, vel committant? An & aut frigidæ, aut calidæ, aut humidæ, aut ficcæ sunt, morbósq; qualitatũ huiusmodi excessus cõmittit? Secũda etenim valetudo mediocritas quæ dam est. Quòd si per humidam, frigidámve materiam morbus constiterit, tempus accedẽs contrarium tollere illum poterit. Sed si minus contrarium subsecutus sit, qui similis flatus temporis subuenerit, intendet sanè, atque interimet, quo etiam sit, vt qui bene valẽt, ægrotare tẽpore mutato incipiant: corporis enim proinde temperamentum soluatur necesse est, quippe & non ad tempora, ætatum, locorúmque flatu idoneo aptum sit augeri, seruarique. Quamobrem cùm tempora euariãt, ratio tunc valetudinis habenda diligẽtius est. Idem autem illud pro causa particulatim etiam adest, quod in vniuersum proposui de temporibus: mutationes etenim flatuum, ætatum, atque locorum, pro temporis cuiusq; mutatione accipi debẽt. Quapropter hæc etiam intendendi, vel tollendi, vel iudicandi, vel contrahendi morbum vim habẽt, quemadmodum tempora & syderum ortus, orionis, arcturi, vergiliarum, caniculæ qui flatus imbresque excitant, qui serenitates, frigora, tepores ve solent adferre.

Cur vomitus, cum tempora immutantur, citari maxime debeat? An ne conturbatio redundet, cum varia excrementa materiæ inutilis ex mutandi ratione proueniant? vnde fit, vt cibum alij parum concoquant, alij parum cupiant.

Quamobrem qui vel cibo vitioso vescuntur, vel fame diutina laborant, pedibus intumescere soleant? An vtrisque per tabem, consumptionemque illud accidat? Tabescunt enim & qui esuriunt, quia nullum penitus capiũt alimentum: & qui vitiose vescuntur, quia quod assumpserint, perfrui nequeunt.

Quamobrem cum vitia bilis per ætatem cõtrahi debeant, morbi acuti, qui certè ex bili cõsistunt, per hyemem potius vrgeant? An quia febribus illi comitati, acuti propterea sunt, quia violenti? violentia verò cõtra naturam est, locis enim quibusdam in corpore humescentibus, seruens oritur inflammatio, quæ cùm non nisi calore exuperante sit, febres vtique accendere potest. Aestiuo igitur tempore arida calidáq; vitia male homines habent, hyberno autem humida calidáque perinde acuta, celeriter nanque interimunt, cùm propter humoris supercrescẽtis abũdantiam concoqui nequeant.

Cur morbus pestilens solus ex omnibus vitijs præcipue afficiat eos, qui ad laborantes eo morbo prope accesserint? An quòd is solus omnium morborum communis omnibus hominibus est? itaque pestem facile omnibus infert, qui scilicet deprauato iam habitu sunt, fit enim, vt morbo cubantis veluti quodam fomite succedente, vitium illud protinus exultet, concipiatúrque in alijs.

Cur si venti septentrionales hyemem occuparunt, ver autem austros, pluuiásque exhibuit, ætas proxima grauis tam febribus, quàm lippitudinibus insequi soleat? An quòd ætas corpora nostra multum humoris alieni continentia excipit, & terra madet, & habundi locus perhumidus est, talísque redditur, qualis qui prauam pertinacemque cõstat? Primum itaque lippitudines tubercula, cum excrementa humoris in capite delinquere incipiunt, deia febres. Ita enim intelligen-

dum est, vt res eadem & calidissima, & frigidissima reddi possit, ceu aqua, vel lapis: seruet enim illa, vrit hic vehementius. Fit igitur, vt aëris suæ crassitudinis causa, calorem plenioré suscipiēs, exardescat, & corpora pari ratione, anxietate, æstéque vexēturæstus verò in corpore febris, in oculis lippitudo est. Deniq; mutatio quæque calida corpus peruertit, cum scilicet cœlo adhuc madēte, æstas protinus ficca, & calida occupauit, vitium etiam augetur, si pluuia æstate accesserit. Ita enim vis Solis materiā latè obtinet, quam ferueſcere tum in corporibus, tum in terra, tum etiā in aëre faciat: qua de causa febres oriuntur, & lippitudines.

Cur si hyems austrina & pluuiosa fuit, ver autem siccum & aquilonium est, corpora tam vere, quam æstate morbi exercent? An quòd hyemis tepor, & humor faciunt, vt corpora tēpori eiusmodi proxima in qualitate reddantur? humida enim, laxáq; fiant, & soluta, necesse est, quæ cùm ita se habeant, vere frigido atque sicco facile cōcrescere possunt, & indurari. Itaque grauidæ, quibus tunc adest partus, abortu periclitātur, videlicet incalescendi, crudescendiq; ratione: quæ *φλακελισμὸς* syderatio appellata est, quam ficca illa committit frigiditas, impariens omnino excernendi humoris. Infantes verò, quos gerunt, imbecilles, & ἰδέλ ἰόσας immodicam ob frigiditatem edunt, accidit enim vt qui tunc cœlo sereno nascūtur, iidem pidum se exhibuit) sed coacta à frigore constitit, cùm tepor occupauit, æstatis vi colliquescēte, biliosi, ficcíque sunt, quòd eorum corpora mimi-

me humidam, sed squalibundam sortiuntur naturam, excitantur quidem humores, sed tenues: quamobrem eos lippitudo arida male habet. Si verò pituita redundāt, raucitates distillationēsq; in pulmonē oriuntur. mulieres extorquent * difficultates inteſtinorū, quia natura sunt humidæ, frigidæque: seniores stupor attonitos reddit, vbi vniuersus resolutus humor incubuit, exq; imbecillitate caloris natiui concreuit. * δυσεντ. plaq.

Cur si æstas ficca, & aquilonia fuit, autumnus ex aduerso humidus atque austrinus, hyeme, quę proxima est, dolor capitis, raucitas, tussíque oriantur, atque in tabem demum euadant? An quia hyems multum materiæ excipit? itaque humorem cogere, atque pituitam inde conficere magnum ei negotium est. (Ergo difficile est humorem densari, cōficíque inde pituitam.) Quòd si in capite humor consiterit, grauitatem committit: & si nimius, frigidúsq; est, crudorem vtique mouet, cui syderatio nomen est: necnon si ob nimiam sui copiam concrescere minus potuit in locum desuit proximum, atq; ita tussim, raucitatem, & tabem contrahit. Hæc supra sunt. 10

Cur si ficca æstas, siccúsque autumnus aquilones habuerint, mulieribus, & omnibus pituita abundātibus secūda valetudo cōtingat? An quia natura vtrorunque in alteram exuberat partem? itaque tempus in partem trahendo contrariam ad medium habitū, bonúmque perducit. Eo igitur ipso tempore optime valent, nisi quid vltro ipsi perperam agant * aut humidi ad hyemē ita deueniant, vt fomitem quendam, & incitabulum frigori subministrent. 11 * Cod. Gra leg. & na humida.

Cur si ficca æstas & aquilonia, & autumnus ficcus ipsē aquilonibus perflatus morbo bilio- 12

sos infestet? An quoniam ad idem, corpus eorum, ac temporis habitus vergunt? itaque veluti ignis igni adnitur. Cùm enim corpora exsiccentur, quantúmque in his dulcedinis erat, euaporatum sit, vehementerque incalescant, necesse est, vt dum humor consumitur, aridæ lippitudines orianturi: esiduóque, quod bilioſum remanserit, eodemque recalescente, febres acutæ, vtpote ex bili syncera, inuadant. Nonnullos insania * rapit, quorum scilicet natura atra bile abundat: hæc etenim large supereſt, cùm eius humores cõtrarij reſicceſcant.

* μανία.

13 Cur mutationem aquarum grauem, aëris verò non grauem esse affirmet? An quòd aqua corpo- * ἀπαι-
ribus alimẽto est, quo iam habito * complexóque peregrinemur? aër autẽ nullo se exhibet alimento. Aquarum item genere multa, & varia per se sunt, sed aëris minimè. Itaque hoc etiam causæ esse poteſt, quippe cùm peregre etiã profectis a cœlo quidem prope eodem, in aquis autem varius versari eueniat: quapropter aquæ mutationem grauem esse recte putandum est.

ναικάτις.

14 Cur ciborum mutatio minus, quàm aquæ, grauis occurrat? An quia plurimum aquæ consumimus? nam & in pane, & obsonijs, & in potu, aquæ vsu plurimus est.

15 Sed cur cibi, & aquæ mutatio grauis sit? An quòd omnis mutatio etiam temporis, & ætatis motu facilis est? Extrema namq; generis cuiuscunq; moueri facile possunt, quomodo & principia, & fines. Ergo & cibi, qui inter se distant, corrumpere se inuicem queunt, quippe cùm aut nuper, aut nondum adhæserit, qui præcesserat. Ad hæc vt varius cibus grauis est (turbulenta enim, nec æqualis concoctio eius agitur) sic iis

iis accidit, qui aquam mutarint, scilicet vt variæ potionis vtantur alimento, estque id alimẽti genus, quàm siccum valentius: quoniam plurimum est, exque cibis ipsis non nisi quantum diutum est, vim habet enutriendi.

Cur mutationes aquarum faciunt, vt pediculi, 16
in quibus * haberi possint, multi habeantur? An * habẽtur
quòd humoris cruditas, quam perturbatio illa committit, quæ ex aquæ vario vsu in crebra cõmutatione redundat, humoris creare copiam potest, præsertim in loco humori opportunõre? Cerebrum autem natura humidum est: quare caput maxime perpetuo himet, cuius rei indicium est, quòd pili in hoc potissimum exeunt. Huius autẽ loci * vis ad progenerandos pediculos apta est. * humor.
Patet hoc in puerili ætate, caput enim puerorũ madet abunde, & sæpe aut * grauedine conflictatur, aut sanguinis profluuione. Quinetiam pedicu- * κορίζ
los plures illa ætas habere solet. ον.

Cur a vergiliarum occasu ad fauoni vsque 17
flatus hi potissimum pereant, qui morbo longo laborant, & senes quàm iuuenes potius? Vtrum summæ illæ intercundi causæ duæ adsint, frigus, atque excessus? Vita enim calore fouetur, seruatúrque, tempus autẽ istud ambo illa fortitur, frigidum enim, & hyems tum acerrime vrget, subsequens enim tempus ver est. An quòd qui vitiis laborat diuturnis, non secus ac senes effecti sunt? longus etenim morbus, quasi senecta iam adesse videtur. Ea nanque corpora sicca, & frigida sunt, altera scilicet ob ætatem, altera ob languorem: hyemẽ verò & gelu, frigoris atque siccitatis esse excessionẽ certum est. Quare fit, vt cum vel paruo momento corpora pateãt, hyemis rigor quasi ignis igni insungatur, atque ita interimat.

38 Cur *(in plenis impurisque corporibus) vlcera capitis non magno negotio sanentur, tibiarũ autem ægre? An humor eorum, quia terrenus, grauis est? graue autem omne deorsum tendit: ergo superiora curari facile possunt, quoniam deorsum humor decesserit inferiora propterea nequeunt, quòd admodum excrescant, & putredini pateant.

* a. l. pdo. tribus. a. l. vlcerosis.

39 Cur si post hyemem aquilonium, & ver austrinum ac pluuium, æstas sicca admodum fuit, pernitiosus omnibus autumnus accedat, & pueris præsertim? nam & ceteris difficultates intestinorum, febrésque quartanæ longæ eo tempore solent euenire. An quòd, si aqua mediocris per æstatem incesit, quantum * humoris collectum est per ver humidum, in nostris corporibus refrigeratum quieuerit? sed si non ita contingit, pueri, qui suapte natura humidi & calidi sunt, vehementer eo feruescunt affectu, quoniam refrigerati minime fuerint. Et si per æstatem restiterint, autumno certe, quorum humor vltra modum ferbuerit, corripientur. Excrementa verò nisi confestim peremerint, orta videlicet circa pulmonẽ atque arteriam: (suprà enim primum consistunt, eo scilicet quòd aëris tepori nostra corpora pateant:) hinc enim * lippitudines quoque prægressis febribus in graui æstate sequi consueuerunt: ergo si non locis superioribus excrementa humorum exorsa (vt dictum est) protinus interemerint, descendent cruda ad ventrem, atque ita difficultatem creabunt intestinorum. At si præ nimia sui copia humor excerni nequiuerit, quartanæ ita orientur, qui euadere mortem potuerunt, etiam si illud intestinorum vitium omnino quieuerit. Quod enim crudi humoris subtersedit, ita bile, sic

* humoris feruescit.

* & lippitudines præsequũtur feruorem in mora ex æstate facto consuescunt.

múmque vehementer modo atræ bilis adhæret.

Cur si æstas, & autumnus imbres austrósque habuerunt, hyems grauis consequi soleat? An quòd hyems corpora præhumida excipit, mutatio etiã ingens occurrit? Non enim paulatim, sed repente ex calore immodico ad frigoris acerbitatem venitur, quando autumnus quoque tepidus extitit. Itaque qui denso corpore sunt, hos morbi extorqueant acuti, necesse est: his enim humida excrementa supra potius colliguntur, cum partes superiores humoribus huiusce modi opportunas, inferiores inhabiles illi habeant. Ideoque qui tali textura corporis sunt, non multa excrementa sibi admittunt. Cum igitur qui locis superioribus corporis humor excreuerit, infrigescere incipit, fit vt prædicta vitia oriantur, quemadmodum violentis propè accidit, cum algent. At quibus laxius corpus est, iis febribus orsis euenit, vt quæ summa de cruditate febres constiterint, transeãt in ardores, quoniam his magis totum corpus ab humoribus occupatur, quàm densa illis mole constantibus, exque vi frigoris coacto eorum corpore humores incalescentes febres accendunt, superans enim calor totius corporis, febris est: & si idem nimio intendatur humore, ardor effici potest.

Cur annus pestilens tunc inuadit, cùm Sol multum vaporis de terra excitat? An tunc annus humidus, Pluuiúsque significetur, necesse est, terrámque madescere necessarium? Fit igitur, vt quasi locis palustribus, grauibúsque proinde inhabitetur: & corpora quoque multis tunc excrementis redundare necessarium est, ita vt cęgrotandi materiam habeant in æstate.

Cur grauis tunc * adeat annus, cum copia est, * adspusil

pusillarum ranarum, quæ rubetarum faciem repræsentant? An res vnaquæque loco suæ naturæ idoneo abundare solita est? itaque eiusmodi animantium genus cum natura humidum sit, humidum plurimúmque æruum ob eam ipsam causam indicat. Anni eiusmodi vero graues procul dubio sunt, quibus enim corpora facta prægnida fuerint, multis idcirco excrementis premuntur quæ causæ sunt, vt morbi proueniant.

23 Cur austri sicci, & nihil humentes febres creare soleant? An quia calorem, humoremque excitant alienum? Sunt enim suapte natura humido calidique: qua quidem re febris committitur, quippe quæ non nisi per excessum ambarum qualitatum illarum oriri soleat. Cùm igitur imber austri vacat, corpora nostra ita afficiantur, necesse est fiat cum flatibus imber abest, nos aqua refrigerat. Austros tamē, quos mare miserit, prodesse stirpibus certum est: refrigerati nāque beneficio maris, deueniunt contra æruginem, quę humoris caloreque alieno consistit.

24 Cur corpora humana se tardiora debiliorāque sentiant, cum austri afflant? An quia multum ex paulo tunc redundat humoris, quem deliquescere tepor coegit, exque leui afflatu grauis humor citatur? Adde quòd vires nostræ conditæ in articulis sunt, qui austrinis laxari flatibus consueuerunt. Constat id ex eorum crepitu, quæ prudem conglutinata tunc remittuntur, ac resoluuntur. Tenax etenim humor, qui articulis inditus est, vt concretus nos moueri non patitur, sic animis humefactus intendi minime sinit.

25 Cur per æstatem magis aduersa valetudine laboretur, per hyemem vero magis qui laborant, emoriantur? An quia calor, qui per hyemem intus propter corporum densitatem coërcetur, parum adiuuat, nec labor operum, qui amplius per id tempus suscipitur, excrementa humorum potest concoquere, ideo validam esse mali originem necesse est: quod cùm ita sit, perniciosum morbum vrgere ratio est. Contra in æstate, quoniam corpus vniuersum rarum, refrigeratū, resolutum atque laborum impatiens est, idcirco morbos plures quidem oriri necessariū videtur, videlicet ob lassitudinem, cruditatemque ciborum: nouis etenim fructus tunc adsunt: non tamē ita validos esse naturæ ratio patitur, quāobrem facultas hisce succurrendi datur facilius.

Cur post vtrumlibet solstitium, per centum 26
dierum spatium mori maxime accidat? An quòd eatenus vtraque vehementia, caloris & frigoris se dilatat, quæ morbos, pernitiemque afferre infirmis potest?

Cur ver, atque autumnus morbis infestent? An 27
quia mutationes graues omnes occurrūt? sed autumnus vere grauior est, quia corpore calido refrigescente, quam frigido incalescente potius ægrotamus: vt igitur vere frigidum recalescit, sic autumno calidum refrigescit.

Cur per hyemem minus quidem, quam per æ- 28
statem, sed pernitiosius ægrotetur? An quoniam in æstate morbi vel parua de causa exiliunt, quod in hyeme minime accidit ita? sumus enim tunc & ad concoquendum, & ad bene valendum aptiores. Itaque ratione maiora, pernitiosioráque mala fiunt, quæ maiori de causa prouenerint. Quod idem in athletis, & omnino in iis, qui secunda valetudine esse solent, licet perspicere: aut enim nullo morbo premuntur, aut pressi celeriter è vita decedunt: quippe qui nisi magna cum causa ægr

sa ægrescere nequeant.

29 Cur per autumnum, ac hyemem febres ardentes potius oriantur, quæ tempora frigus præ se ferunt: per æstatem vero, cùm æstus adsunt, rigores magis infestent? An quia in corpore hominis bilis calida: pituita frigida est? Itaque per æstatem quod frigidum est dissoluitur, diffusúmque horrores, tremoresque excitat, per hyemem autem quod calidum est, vi temporis pressum refrigescit? Febres tamen ardentes per hyemem, autumnúmque potius conflictant, quoniam calor pulsus à frigore, introrsus se contrahit: ardor enim non residet in summis, sed intrinsecus se expandit, atque ita efficitur, vt ratione febres ardentes hyberno tempore oriatur. Melius id in iis intelligi potest, qui aqua frigida, quique calida se hyberno tempore lauerint. Qui enim frigida se infuderunt, ibi aliquandiu, dum diluerentur, friguerunt, reliquo toto die tuti à frigore sunt: at qui calida vsi fuerint, frigus diutius experiuntur. Caro enim spissescit, calórque introrsus se colligit corũ, qui se aqua diluerint frigida, contra autem iis euenit, qui calidam admiscre: caro quippe rarescit, calórq; ad exterũ vsque locũ euocatur.

30 Quænam virtus sit cataplasmatis? An vt resolvat, vt moueat sudorem, vt euocet vaporem?

31 Quonam argumento constet abscessum iam purulentum esse? An si aqua perfusus calida immutatur, purulentus est: sin minus, nondum est?

32 Quænam vrenda, quæve sint incidenda? An quæ ore sunt amplo, nec breui coagmententur, hęc vrenda sunt, vt crusta illic incumbat: sic enim nullum pus cicatrice inducta occultabitur.

33 Quænam virtus medicamenti supprimentis sanguinem sit, quòd enæmum appellamus? An vt exsic

vt exsiccet, & materiæ inutilis confluuium compescat, sine crusta, aut carnis putredine? Ita enim efficitur, vt vulnus simul & inflammatione careat, & vnitati sit opportunum, quòd enim materia non superfluit, inflammatione carebit: quòd siccum est, vnitati opportunius erit, quandiu namque prædet, concorporescere nequit. Quamobrem quæ cruentis iniicienda censemus, acria magna ex parte sunt, quò acerbitate sua possint astringere.

Quænam incidenda, quæve vrenda, quæ contra non ita curanda sint, sed medicamentis? 34
Quæ in ala, aut in inguine abscesserunt, medicamentis curandum potius? diducta enim partim laboriosa, partim periculosa redduntur. Vrendi sunt illi abscessus, qui lati, processúsque multiplici eruperunt: quique venosis, non carnosis residunt locis. Incidendi, qui in acutum se colligunt, quique non parte solida extant.

Cur si quis ære incisus sit, facilius, quàm si ferro, sanescat? Vtrum quia æs leuius est? itaque minus laceret, ictúmque faciat. An è diuerso, quòd ferrum acie adactiorẽ recipiat sectionem? ideirco faciliorem, tolerabiliorémque efficere debeat. At vero æs medicamenti vim obtinet, & principium quodcunque pars potissima rei. Quòd igitur æs simul ac fuerit incisum, medicamento præsentissimo adest, facit vt vulnus celerius coeat. 35

Cur ambusta ex ære sanẽtur celeriter? An quo niam à laxioribus, minúsque corpulentis effecta sunt? plus enim calor corpori inhæret solidiori. 36

Vtrum ptisana ordeacea leuior, & ad morbos accommodatior, quàm triticea sit? hanc enim nonnulli anteponunt, argumentumque ex pistoribus 37

ribus capiunt, quòd multo coloratiores sunt qui
tritici. * tritici, quàm qui ordeacei pisturam exercent,
addunt etiam, quòd ordeum humidius est, quod
autem humidius est, concoctionem desiderat
pleniorem. Sed nihil prohibet, quò minus vt cō-
cocta quid difficilius ordeum habeat, sic ad le-
uitatem quid vtilius præstet: hoc enim non hu-
midius tantum tritico est, sed frigidius etiam:
qualit certe sorbitio, cibúsque competit febrien-
ti, vt parum alat, & satis refrigeret, quod ptisa-
na ordeacea facere potest: quia enim humidior,
vel corpulentior est, hinc alimenti parum, sed
frigidiusculum præstat.

18 Cur dentium stuporem portulaca herba, aut
sal tollere potest? An portulaca, quia lentum
quendam habet humorem, qui vel manducanti
aut manu aliquantisper cōfringenti patefcit? ha-
ret enim, ac trahitur. Lentor igitur subiens illi
à corpore educit acorem: quippe qui affinitate
quadam coniungi valeat, argumento saporis
quem aciduslum reddit. Sal vero macerat, lique-
facitque, atque ita acorem quoque extrudit.

19 Sed cur liximum, nitrúmve hoc idem facere
nequeat? An quòd hæc suam ob acerbitatem
astringunt, non liquefaciunt?

40 Cur æstuis lassitudinibus balneo, hybernis
vnctione mederi conueniat? An hybernis, vnctio
datur propter horrores, mutationeque vrgente,
per calorem enim laxandum est, qui membra re-
pescere faciat: oleum vero calidum est. At in æ-
state, humefaciendum censetur, quoniam tem-
pus id siccum est, nec metus interpellit horroris,
eo quòd status temporis ad tepore ingenue ver-
git. Hinc etiam cibus parcus, potio liberalis per
æstatem admittitur, ille magis, hæc omnino

potio-

potioni namque per æstatem ob temporum fic-
citatem indulgendum ex toto est. Parsimonia
vero cibi communis temporum omnium est,
sed magis æstati conuenit, ne ob habitum tem-
poris feruentem corpus cibo immodico pres-
sum exæstuet.

Cur ex medicamentis alia aluum soluant, ve- 41
ficam autem minime: alia vesicam soluant, cùm
aluum nihilo moueant? An quòd ea, quæ natu-
ra humida sunt, atque aqua referta, si meden-
di obtinent facultatem, vesicam soluunt? subsi-
dent enim in ea humores, qui putredine immu-
nes euaserunt: quippe vesica pro eius humoris
conceptaculo habetur, qui minime in ventre
concoquitur, qui non manet, nec prius quàm
agat quicquam, aut patiatur, excernitur. At quæ
terrenam fortiuntur naturam, si vires habeant
medicas, alium hęc fundere queunt, in hāc enim
terrena quæque materia se prouoluit, itaque tur
bat, si mouendi obtinet facultatem.

Cur alia ventrem mouent superiorem, alia in- 42
feriorem, vt veratrum superiorem; scammonea
inferiorem: alia vero citant vtrumque, vt elate-
rium, & thapsię succus? An quòd ex medica-
mentis, quæ ventrem mouent, alia frigida, alia
calida sunt? itaque alia propter suum calorem
protinus vt in superiori ventre fuerunt, loca pe-
tunt superiora, ac inde liquefaciendo, maxime
quæ aliena sint, animisque insidentia, sed etiam
quæ insunt naturæ intima, medicamento scilicet
vehementiori epoto, aut copiosiori quàm natura
patiatur, tam ea ipsa, quàm quæ excrescentia ad-
fuerint, in ventriculum deducuntur: hic vero fer-
uore excrementa perturbant, flatúmque excitāt
mirum, qui obliticns vexánique, demum vomi-

tum mouet. Alia quòd natura frigida sunt, deorsum versus pondere suo labuntur, etiam priusquam quicquam vel afficiantur, vel agant, ac inde proficiscentia, idem agitant, quod superiora, vbi enim per abdita foramina illinc ascenderit, atque materiam agitarunt, eodem tramite secũ quæ corripuerint, excrementa, colliquamentaque deducunt. At genus medicamenti, quod qualitatis vtriusque particeps, mistumque ex calido frigidóque est, hoc ob eam vtranque facultatem rem potest vtranque conficere. Hinc & Medici mistis sibi generibus sæpe medicinas cõponunt.

43 Cur medicamenta purgare valeant, cum alia pleraque amariora, cæteriſque eiusmodi qualitatibus insigniora id facere nequeant? An quia non ob eiusmodi vires purgandi obtinent facultatem, sed quia concoqui nequeunt, etenim quæ ob excessum caliditatis, aut frigiditatis, quamuis exiguo corpore incommoda sint, aptáque vincere, non vinci ab animantium calore, resolutaque eadem facile à ventre vtrolibet possint, hæc medicamenta habentur. Vbi enim ventrem adierunt, resolutáque sunt, statim ad venas per eadem ferũtur semitas, quibus permeat cibus. Nos cùm nihilo cõcoqui potuerunt, sed victrice pertinerint potentia, relabuntur, & quę sibi obstiterunt, secum detrahunt? quæ res purgatio vocatur. Aes vero, argentum, cæteráque genera eiusdem, etsi concoqui à calore animalium non possunt, sed resolui à ventribus nequeunt. Oleum, mel, lac, cæteríque eiusmodi cibi, purgandi quidem vim obtinent. sed quantitatis, non qualitatis ratione: vbi enim ob nimiam sui copiam concoqui minime potuerunt, tum purgant, & quando id facere possunt. Duabus enim illis de causis

causis aliquid concoqui nequeat, aut quia generis pertinacis est, aut quia modum excesserit, quamobrem nihil ex prædictis medicamentum est: quippe cum non ob aliquam sui facultatem purgare valeat. Acerbitas autem, acor, malúsque odor medicamenta comitantur, eo quòd genus medicamentorum cibo contrarium est, quod enim concoctum à natura accessit, id corporibus adhæreret, alimentumque appellatur: quod autem conuinci, domaríque minime possit, sed vetusve suæ perturbet, hoc naturam sanè obtinet medicamenti.

Cur piper, si large sumatur, vesicam soluit: si parce, aluum: è contrario scammonea si large sumatur, aluum soluit: si parce, & quæ vetus est, vesicam? An quia singula magis à singulis mouentur? piper enim magis vrinam ciet, scammonea aluum. Itaque si piper sumptum copiosius est, ad vesicam defertur, nec se in aluum diffundit: sed si exiguum ceperis, retentum id aluum soluet, atque ita medicamentum eius existet. Scammonea verò, quę data copiosius est, retinetur, vt resoluatur: resoluta iam medicamentum efficitur, ob causam, quã superius proposuimus, at si exigua vnà cum epoto humore per inuisibiles meatus imbibitur, ac celerius antequam perturbet, in vesicam defertur, qua pro sua facultate excrementa, colliquamentáque residentia * per summa abducit: sed illa multa, vt dictum est, quia ex virium soliditate permanserit, largè expurgat, fordesque terrenas potissimum detrahit.

Cur inflammationes easdem alij frigefaciendo sanent, alij calefaciendo concoquant? An quòd illis per refrigerationem, his per externum ca-

* ἔσω ἐπὶ τὰ κάτω ἐκκρίνει.

lorem, caloris sui copiam colligere placet.

46 Cur mutari cataplasmata debeant? An vt plenius sentiatur? Solita enim, vt ea quæ ventriculo mandamus, non amplius medicamenta sunt, sed pro alimentis recipiuntur: sic etiam hæc fungi suo munere nequeunt.

47 Cur cibum imminuere, laborem augere salubre est? An quia causam ægrotandi excrementorum habet nimietas, quæ tũc certe exultat, cùm aut cibus supereſt, aut labor deeſt?

48 Cur medicamenta, & res amaræ, aut fœdi odores magna ex parte purgare possint? An quoniam amara quæcunque, maleque olentia concoqui nequeunt? qua de causa medicamẽta quæcunque amara sunt, atque fœtida. Quòd enim concoctionem nullam sibi admittunt, moueréque eum amaritudine possunt, hinc medicamenti imitantur naturam: & si iusto plus data sint, perimunt. Quæ autem necant, etiam si exigua dentur, hæc non medicamenta, sed toxica esse dicimus? Ne illa quidem medicamenta vocamus, quæ non sui generis qualitate purgare queant. Sunt enim pleraque in genere cibi, quæ si large sumantur, facere idem poterunt, seu lac, oleum, mustum. Sed hæc omnia, quòd minus facile concoquuntur, idcirco purgant: nec omnes, sed aliquos. sunt enim alijs alia concoctu facilia, difficiliáve. quamobrem non eadem medicamenta omnibus sunt, sed propria plerisque comperiuntur. Denique medicamentum non solum à concoctione immune, sed etiam motus efficiens esse debet: sicut & exercitandi ratio extrinsecus, aut intrinsecus accedens, non nisi per motum alienam exernit materiam.

49 Cur odorata genera tam seminum, quàm plantarum mouere vrinam possint? An quia calida, concoctúque facilia sunt: quo in genere ea collocamus, quæ citant vrinam? horum enim vis insita calefaciendi breui extenuatur. Odor quoque nullam corpulentiam gerit: nam & ea, quæ odorem plenissime reddunt, velut alia, caliditate sua mouent vrinam, vel potius vim obtinent tabefaciendi. Semina vero odorata calida esse certum est.

Sectio Prima. 325

Cur impuris, tetrisque vlceribus, siccis, acribus, acerbisque medicamentis vrendum sit: puris vero & sanescentibus humida tantum imponantur? An quòd impuris detrahendum aliquid est, quo nõ nisi humor est alienus, qui adimi debet? genus autem medicamenti, quod mordax, acre, acerbúmque est, id efficere potest, & siccum magis quàm humidum. At quæ pura sunt. *cicatricem tantum desiderant. 50

Cur morbis, qui contrahuntur à pituita, libido immodica prosit? An quòd semen genitale excrementi cuiusdam detractio est? ideo naturam præ se fert pituitæ: quòd igitur multum pituitæ concubitus detrahit, iuuare idcirco potest. 51

Verum ergo inter initia mali cibum afferre melius sit, an post? An inter initia, nec iam penitus debilitato febris occurset? Igitur vel extenuandum protinus est, vel ita alendum. Sorbitio nibus primum recreandum: hę namque mitiores, leniores, colli quabiliores que sunt, & alimentum hinc capere infirmum corpus expeditius potest. Nihil enim cibum in ventriculo resolui, perserpereque ante oportet: quod non nisi labore corpus fieri potest. 52

Cur intuendum vrinam, an concocta sit necne, profluuio intercepto migendi potius, quàm 53

perpetuo? An quòd signum concoctionis vrina exhibet ruffa, quod quidem melius intercepto profluuio deprehenditur? Genus enim quodque humoris suum colorē plenius ostendit, cùm exiguum est, quàm cum multum. nam in multo figuræ, in exiguo colores conspectiores sensui obuiant. quod etiam in rore, * sanguinem, lachrymáque palpebris adhærente patescet. Vrina igitur si continue dimittatur, copiosior redundabit: sin intercipiatur, index sui coloris certior erit. Quòd si iam ex cōcoctione colorem traxit eiusmodi, talis profectò apparere etiā amplius potest, cùm lumen se refringat, & tanquam speculum fiat intermissionem profluui).

* guttis.

54 Quam ob causam corpus, cui secundam conciliamus valetudinem, non densum, sed rarū reddendum sit? At vt vrbs, locūsque quicunq; salubris est, qui placide aspiratur? quapropter & mare quoque salubre esse ita etiam corpus, quod spiratius est, sanitati opportunius constat. Aut enim nullum excremētum existet, aut quod extiterit, quam primum excernatur, danda opera est. corpúsque est semper ita regendum, vt simulátque excremētum admisit, habeat qua parte illud excernat, sítque motui debitum, non quieti. Quod enim manet, putrescit modo aquæ immotæ: putrescēs vero morbum committit: at quod excernitur, antequam vitietur, decedit. Hoc igitur vt corpore denso nunquam cōtingit, (fit enim propè vt inuisibilia foramina claudantur) sic raro, solutóque accedat necesse est. Quamobrem in Sole, nudo corpore minime ambulandū est: spissatur etenim caro, & concalescit, corpúsque parte interiore humidius redditur. quantum enim humoris residet, aboletur, quantum intestinum, est

est, manet intactum. Qua ratione quoque carnes assæ lixis humidiores sunt. Nec pectore quidem nudo ambulandum est: ita enim vis Solis à corporis parte optimè condita adimet, quæ nulla egeat demptione, sed interna potius eam desiderant. Inde igitur vt ex remota non nisi cum labore facilior educitur, hinc vero facile ob loci opportunitatem * digeri potest.

* educi.

Quam ob causam * pernionibus, & ambustis frigore tam aqua frigida, quàm calida prosit? An quoniam genus id vitij ex nimio humore consistit: frigida igitur humorem restringit, atque exasperat: calida in spiritum vertit, carnemque elaxans, libertatem efflandi præbet spiritui.

* pernionibus le. in bus Alex.

55

Cur frigus perniones, calor ambusta & facit, & tollit? An quòd eadem vis c. liquefaciendo facit, exiccando tollit.

56

Cur potio febrientibus sæpe, & paulatim subministranda sit? An quòd potio multa præceps defertur, exigua lente incedens irrorat, madefacit, sese ſi insinuat corpori? Sicut enim in humo, si aqua large acceſſerit, perfluet, si paulatim vero, madefaciet tātūmodo etiā in febribus agit. Nam & aquas fluentes si quis paulatim deducit, alueus humorem totum ebibit: sed si tantundem aquæ vniuersum dimiserit, scaturigo velox vsque eò profluet, quòd deducere libitum est. Tum æger quiescere, immotúsque, quoad maxime fieri potest, iacere debet: immotus inquam, quòd ignem quoque emarcescere certum est, vbi a nullo mouetur. Nec aduersus flatui cubet, quoniam flatus excitat ignem, solicitúsque per aurā ignis ex parno magnus assurgit. Obuelandus æger, operiendúsque propterea est: quia si nullum igni concedatur spiraculum, extinguetur? nec

57

veste quidem exui debet, donec insudare occeperit. vt enim subiectum hunc ignem videas, sic & delitescentem illum naturæ humor extinguit. At * in genere febrium intermittentium balneum, & fomenta pedibus admouenda, & veste plerumque superponenda, & quietem agendam: quibus præparetur, vt corpus perquam calidum sit ante accessionē. Vbi enim multū supereſt ignis, lucerna nequit ardere: exiguum quippe ignem multus ille ad se trahit, ita fit vt multum ignis in corpore præparandum sit: febris enim exiguum continet ignem, multúsque proinde ad se ducet exiguum.

* ἐπὶ πάσι τοῖς ἀπὸ τῆς ἑστίας.

38 Quartanis febribus ratio victus extenuandi non est, sed ignem corpori interserēdum neque exercitatione vtēdum: & qua die accessio nulla lauandum, somnúmque minime quærēdum. Hic victus calefaciens prodest, quia febris quartana imbecilla est: nam nisi imbecilla esset, quartana non fieret. Videsne lucernam, vbi multus ignis perflagrat, suam asseruare flammulam minime posse? multus enim ille exiguum ad se rapit, ergo multum ignis accendendum in corpore est, vt quod exiguum febris continet, reliti quartana. Sit igitur victus quotidiani ratio, quæ partim ignem, partim rorem indat in corpus.

39 Morborum alij ab igne, alij à rore creantur. Curat morbos ignis ros, roris ignis: hic enim exsiccat rorem.

Arist

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO SECVNDA.

Eorum, quæ ad sudorem pertinent: eiusque quæstiones. XLII.

CVR neque intento, neque contento spiritu, sed potius relaxato sudor prouenias? An quoniam retentus spiritus venas implet, itaque humorem exire non patitur: vt in aqua sit vasis, quod in mare demittimus, dulcem intra se colligit humorem, elephydráque ob id nominatum est. nequit enim effinere, cum quis pleno iam vase partem alteram obtūrauit: sed vbi per spiritus libertatem sudorē promere licuit, multus certe erumpit, quoniam eo ipso retentu, copia humoris paulatim collecta est.

Cur membra aquæ immensa calidæ non fudent, etiam si ex se ipsa recalescant? An quod aqua liquescere non finit, sudor autem res vitiose admixta corpori est, vt qui per calorem excerni debeat?

Cur sudor salsus sit? An quia motu efficitur, & calore secernente quantum alienū per adhærentiam, intimationemque inest in alimento ad sanguinem carnésq; ? id enim ocyssime segregatur.

quoniam nec aptum nutritioni est, & foras demum euanescit. Salsus vero propter id est, quòd pars quidem dulcissima leuissimáque tota ad corpus nutriendum assumpta est. Pars autem alienissima, crudissimáque tantum absoluitur, quę partim deorsum collapsa & subsidēs, vrina vocatur: partim in corporis summa emergens, sudor est: ambo tamen salsa ob eandem causam prodeunt.

4 Cur magis parte superiore corporis, quàm in inferiore sudemus? Vtrum quoniam calor sursum tendit, supérque manet, propterea humorem secum trahere potest? An quoniam sudorem spiritus moueat, qui sedem habet superiorē? An quia sudor non nisi humor est incoctus: quo certe humore pars humet superior? habitus etenim corporis supra potius innotescit.

γὰρ κρά : ἄνω.

5 Quam ob causam cùm manus exercitamus, sudor maxime oriatur, modo cæterę corporis partes positum suum seruent? An quoniā robur huic præcipue loco inditus est? hoc enim spiritum cōtinemus, qui parti robustissimæ proximus est. dum verò laboramus, vires augemus: his auctis, magis spiritum continemus. Tum etiam cum hæc perfricamur parte, magis, quàm cùm alia, laboramus, spiritu nanque rectò simul & perfricamus, & perfricamur, dum ita exercemur.

6 Cur sudor capitis aut nullum reddat malum odorem, aut minus, quàm reliqui corporis? An quia locus capitis opportunus spirationibus est? & quidem laxum se ipse demonstrat, argumento exoriendi capilli. Loca autem, & quæ in locis tenentur, grauiter olent, si spirandi careant libertate.

7 Quam ob causam, qui se lucta exercent, si inter posita aliquantisper quiete luctētur, magis sudabunt,

bunt, quàm si continue? An quoniam humor data requie sese colligit, quē deinde luctandi exercitatio educit? Continua vero illa, modo Solis, corpora exsiccare potest.

Cur magis sudamus, cùm non longo interposito tempore sudor euocatur? An quia non humor tantum causa est vt sudemus, sed foraminum quoque abditorum apertio, & corporis rarifactio atque solutio? His igitur, qui diu sudandi intermiserint vsum, foraminum iter clauditur: at his, qui crebro vtuntur, patefactum semper habetur.

Quare cùm Sol nuda magis, quàm induta calefaciat corpora, induta magis sudare soleant? 9
Vtrum quia Sol corporis, deurendo, foramina comprimat? An quia vapores exsiceet, quæ minus possint accidere indutis.

Cur facies maximè sudet? An quia quæ laxa, humida, solutáque maxime sunt, hæc sudori se 10
peruia exhibent? Caput autem fons esse humoris videtur. & quidem pilorum lasciuia sedem hanc propter humoris copiam posidet: locúsq; idem carnis, gracilentúsque est: igitur secundum naturam transitus agitur sudoris.

Cur igne neque vniuerso, neque per diminutionem oblato, sed per incrementa continua magis sudamus? qui enim in * caldariis ita se cale- 11 * ἀτρέμα ὥσπερ.
faciunt, magis sudant, quàm si protinus tantundem ignis admiserint. An eo quòd se modice ha- * sudare-
beat, agat vnumquodque? ergo si tantum agit, plus si fuerit, non aget. An potius è diuerso, quoniam scilicet eo rem quodque efficiat, quòd se modice habeat? hæc igitur de causa nihilo plus sudamus, vbi plus additum sit. Sed quoniam modi singuli singulis respondent, quódque iam egerit,

aqua

non amplius agit, hinc fit, vt modo aucto magis sudemus. neque enim quod præcedit ad singula & præparat, vt res subdita apta sit, idem potest etiã opus efficere, sed aliud hoc fungatur officio necesse est. Parum itaque potius quam multum caloris præcesserit, præparauitque corpus ad secandum sed ad efficiendum alio certe, ampliorique modo opus est. hoc efficit ab eo non potest, quod prius agebat, sed aliud post desideretur, quod modum obtineat conuenientem.

12 Cur detergenti magis prosuit sudor, quàm residere finenti? Vtrum quoniam refrigerari extra secus contingat? An quod sudor exterior, velut operculum foraminibus adhæreat corporis, ita ne inferior se promere possit.

13 Qua de causa ruta, & nonnulla pigmenta sudores fœtidos moueant? An quia quorum odor grauitatem præ se fert, hæc humoribus sordidis admista fœdum mouere odorem possunt?

14 Cur tergo magis, quã priore parte sudamus? An quòd in parte priore locus sanè intus habetur, in quẽ humor deducitur, quod in posteriore non est, sed foras ibi exernatur necesse est. Hoc idem etiam facit, vt ventre minus, quàm pectore sudemus. Addo quòd sudorẽ terga magis seruare possunt, & posterior pars magis, quàm prior, quoniam prior magis, quàm posterior refrigeratur. quod etiam causæ est, vt alæ citissime, atque maxime valeant resudare, videlicet quia maxime refrigerẽtur. Ad hæc posterior carnulentior pars est, quàm prior, & proinde humidior. Causam ro, cur humidior sit, medulla habet, quæ per ipsam tendens, multum humiditatis afferre potest.

15 Cur ea parte, qua iacemus, sudare non possumus? An quoniam pars, qua tangimus, cùm plus quàm

quàm modicum sit incalescens, prohibet, ne pernoceat sudor? resiccat enim, atque absumit. Item comprimi eam partem sic euenit: hæc vero sanguinem compressa diffundit, quo diffuso satis refrigeratur. Argumẽto sanè torpor est, quippe qui non nisi frigoris iniuria fiat, atque effici vel arti ficio, vel ictu soleat.

Quare qui dormiunt magis sudant? An * circumobsistendi ratione euenit? calor enim parte interna collectus potest expellere humorem. * Aliæ editiones, ἀφίησιν.

Cur facie maxime sudemus, cùm in ea minimum carnis sit? An quòd expeditius illa sudare possunt, quæ humida, laxáque sunt? Caput autem tale est: continet enim suam plurimam humiditatem: quod vtique venarum ratione patescit, quæ hinc pertendunt. Distillationes quoq; ex capite oriuntur, & cerebrum humidum est, & foramina permulta in capite habẽtur: quæ tam multa esse, ac foras vsque pertendere, capillorum iudicio constat. igitur sudor non à partibus imis, sed de capite oritur. Vnde etiam fit, vt primum, & maxime fronte sudemus: prima enim frons subdita est. *

* C. ad Gra.

Qua de causa qui sudant, si vel aqua, vel flatu refrigescant, nanseant. Vtrum quoniam humor, qui ex fluxu continuo minime quiescere potest, hic refrigescens, in parte priore vniuersus consistens, ad humorem ipsum ante frigescẽs, quàm exeat, transeat in humorem, atque in eam partem incũbens nauseam moueat? ad ἄνω autem deorsum nõ autẽ sursum

Cur in capite, pedibúsque incalescentibus sudores maxime excitantur? An quoniam humorem ad se membra incalescentia trahunt? humor autem

autem partem, qua absumatur, nullam habet; cùm ea loca ossibus scateant: itaque vt excidas foras, necesse est.

30 Quare qui laborant, vbi à labore destiterint, sudare incipiunt? nam si labor causa est, cùm laborarant, sudare debent. Vtrum quòd inter laborandum venæ spiritu inflatæ cõprimi foramina cogant, data vero quiete laxæ confideant? itaqi per ampliora iam facta foramina, expeditius humor peruadat. An quoniam, cùm laboratur, spiritum ex cohærente humore motus secernit, & calore qui à motu excitatur, humor in spiritũ per summa corporis extenuatur? cùm verò à labore cessatum est, simul & calor desinit, & ex spiritu spissescente humor, qui sudor appellatur, consistit.

31 Vtrum per æstatem potius, an per hyemem sudor moueatur sit? An tunc opportune sudatur, cum humidiora corpora sunt, neglectúque dissoluta reddũtur? igitur per hyemem potius conuenit. An magna per id tempus mutatio sit, nec excrementa concoqui possint, cùm cœlum contra naturã frigeat? igitur per æstatem potius mouendum, quippe cùm humores per æstatem potius omnes putrescere soleãt. quapropter exhauriendum tunc est, vt etiam veteres omnes authores hac eadem de causa censent.

quid hunderes & triculosis sine prouratione iderez sit tur.

32 Quare cum corpus assidue fluat, effluxúsque ipse de excremẽtis proueniat, corpus leuari non possit, nisi sudauerit? An quia minus excernitur quàm satis sit? Cùm enim ex humore mutatur in aërem plus de minori existat, necesse est. humor enim quicunque copiosius, cùm se discernit, redundat, diutiúsque ob eam rem profecto excernitur. Lenta enim glutinosáq; excrementa, vt cum humore propter mistionem excerni possunt, ita cum

eum spiritu nequeunt: quæ quidem res maxime officere potest. Hinc etiam vomitus magis, quàm sudores, corpora leuant: quoniam ea ipsa excrementa educũt, vt qui crassiores corpulentiorésque sint, vtque cùm carni quidem procul is locus sit, qui lentam illam glutinosámque materiam continet: itaque non sine magno negotio dimouendi datur facultas. Ventri autem e vicino est: aut enim in eo consistit. aut prope, quo fit, vt difficile queant aliter educi.

Cur minus inter laborandum sudamus, quàm 33 cum relaxati labore quiescimus? An quoniã cùm facimus, laboramus: cùm fecimus, laboramus? igitur plus tũc ratione excernitur. Alterum enim fieri est, alterum esse. An quia cùm laboramus, carnis foramina retento spiritu obseruantur: cum autem relaxauimus, aperiuntur? quo fit etiam, vt spiritu retento minus sudare possimus.

Quam ob rem non in currendo, agitandóque 34 corpus, sed posteaquam cessatum est, plus sudoris euadat? An riuus quemadmodum masse, vel aliquo, fluens vndique aqua obstrusa se colligit, relaxatáque demum copiosior profluit quàm ante? sic etiam inhiberi eadem à spiritu potest: vt in vase, cui nomen clepsydra, atque etiam in vesica, coërcetur enim, detinetúrque intus humor à spiritu. Pari igitur ratione cùm corpora motu vehementiori citantur, spiritus intus circumuenitur, coercetúrque: itaque venæ etiam distenduntur, ac intumescunt, cùm humor se educere nequeat. Quòd cùm vniuersus coërceatur, spiritu post relaxato, vniuersus erumpat necesse est.

Cur si quis cùm biberit, cibum sumat, minus 35 sudet? An quoniam cibus ingestus humorem

attra

attrahit quasi spongia, est enim non parum, rei impetunt retorsisse. quod vel fluentorum constat argumentorum enim cibo quoque ingesto, meatus apprehendisse plurimum valet.

26 Cur* trepidantes pedibus sudamus, non facie? Rationabilius enim tunc pedibus quoque sudetur, cū corpore toto sudamus: locus hic enim frigidissimus est, quam ob rem pedes minime solet sudare. Et quidem Medici in aduersis valetudinibus pedes potissimum operiendos præcipiunt, quoniam frigus hi quàm facillime sentiunt: itaque rigoris initium reliquo etiam corpori expedite committūt. An quòd trepidatio non caloris de summis locis ad ima transitio est, vt accidit in metu, ex quo alui etiam metuentium sæpe fundduntur, sed eius incrementum potius caloris accidit, vt in ira: quippe cum ira feruor cordis sit, si sanguinis sit, & trepidans ipse non metu, refrigerationeque sit ita affectus, sed membri ipsius affectione.

27 Cur iidem facie non sudant, sed erubescunt? An quoniam amplius incalescunt? itaque faciem calor exiccat errans per summa. Pedum tamen humorem propterea liquefacit, quòd vt minor est, quàm vt exiccet, sic maior infito præcordio quoque calore naturali est, vt sudore ciere possit.

28 Cur dormientes, quàm vigilantes sudare magis solemus? An quòd sudoris origo intrinseca est: interna autem calidiora habemus? ergo calor intimus humorem diffundens intimum, efficit. An humoris aliquid semper à corpore effluit, sed latet, quia nihil solidum est, cui humor occurrens se colligat. Argumentum cur ita sit, quòd partes cauiores assidue sudant.

29 Cur in caldario tum magis sudamus, cùm ex-

pus frigidum sit? An quoniam calor propter frigoris obsistētiam foras euadere non potest, arcetur enim. verum intus se peruoluens ac insidens, humorem soluit interiorem, sudoremque ex eo producit.

Cur sudor vtilior est, qui corpore nudo curreti prodierit, etiā si minor sit, quàm qui sub vestē se prompserit? An quod laborasse, quàm non laborasse melius esse perpetuū est: & sudor vero, quē labor præstiterit, eo melior est, qui sine labore præuenisset, & qui maiori cū labore melior, quam qui cum minori? Maiori autem cum labore is est, qui nudo corpore curreti prodierit. Nā nisi admodū cursum intēderit, sudare nō poterit, qui nudus est. vestitus cōtra, celeriter sudat, etiā si parum se concitarit, propter vestis retinentem. Et vero coloratiores reddūtur, qui nudi cursum æstiuo tempore agitant, quàm qui cum veste, quia vt omnes qui loca libera aspirationē que incolunt, melius coloratur, quàm* qui impedita & silentia tenent: sic etiā seipso quisque coloratior est, cum veluti spiritui afflati placide patet, quàm cùm perstrictus obductúsq; à calore nimio angitur: quod certe iis accidit magis, qui vestiti percurrūt. Hinc etiā fit, vt qui nimis dormiunt minus colore hilarētur, quam qui se mediocr somno recreant. nam dormiēs quoque ipse astringitur, & propemodum strangulatur.

Cur pedes in trepidatione sudant, & non facies cum in muneribus vitæ omnibus, vt facie maxime sic pedibus minime sudemus? An quia trepidatio metus quidam super re inchoanda est, metus autem refrigeratio partis superioris est. Quamobrem facie quoque pallent qui trepidant: pedibus item solis tantum, & palpitant: sic

enim trepidãtes homines faciunt, sesque quodammodo exercẽt quapropter ea ratione, putant sudare solent, qua laborant. Planus etiam assolent perfricare, & se modo inflectunt, modo extendunt, etiam sæpe exiliunt, neque eũ vequam quiescunt: sunt enim excitati, propensique ad negotium, quoniã calor eorum se collegerit in pectoris loco, qui copulẽtior est. quamobrem vndique cum eo ipso calore, tum sanguine turgescente efficitur, vt motu vario, creberque agitentur. Sed pedibus maxime insudant, quoniam pedes perpetuo tenentur labore, cùm cæteræ corporis partes quietem aliquam exercẽt per situs mutationem, motionisque positũ.

32 Cur in caldario igne neque vniuersi, neque decrescente assiduo, sed per increméta cõmodo oblato, magis sudatur? plus enim ita educitur sudoris, quam si principio statim ignis tantundem assumpserit. An quòd principio multum ignis adhibitum, carnem, cuticulamque summam siccorem occupans vrit, atque in modũ testæ indurat: quæ cùm talis reddita sit, sudorem arcet, obturatque. Parum autem contra carnem relaxans rarefacit, sensimque intestinum humorem excitat, vt secerni, educique possit. Carne autem rara plus ignis adhibitum, & corporis ita facile subiens, humores iam inde præmollitos in vaporem conuertit partesque eorum pernues secernens educit cum spiritu.

33 Vtrũ per æstatẽ potius, an per hyemẽ sudor mouẽdus sit? An hyeme calor intus se cõtrahit, concoquit, extenuatq; in spiritum humores interiores: quòd cũ omnes, aut certe maxima pars consumatur, nulla fili excretionem admodũ faciendam. At in æstate, cum per rarã, solutamque carnem calor euadat, humores minus concoqui possunt intestini: qua de causa exhauriẽdum omnino est, quoniã si permanserint, temporis eius qualitate putrescent, morbũsq; contrahẽt: putrescit enim quodque externo calore: nam vt suo quodque calore cõcoquitur, sic externo putrescit. Igitur per æstatẽ externus præualet calor: ex quo fit, vt quæuis in æstate putredinem sentiant. Per hyemem vero, quia calor suus alle'ac domesticus dominatur, hinc tempus hoc minime creare putredinem potest.

Quare ob causam cùm sudor calore, vel interno, vel externo fieri soleat, euenit vt horror nonnullis sudoribus possit excitari? An quoniã sudor, qui ex calore prodit interno, se scilicet de loco amplo in breuẽ (corporis dico ambitũ) contrahente, primũ caloris meatus & circuitus patefacit: deinde horror, carne iam madefacta ex toto, caloréque exeunte, citatur. Calor autẽ, qui extrinsecus mouet, primũ summa corporis aperit, rarefacítque: tum calor naturæ internus profluens excitare horrorem potest.

Cur caldi sudores frigidis meliores habentur? An quòd omnis sudor excrementi cuiusdã secretio est? parum autem excrementi amplius malefacere consentaneum est: plus autem non æque, sed minus. Itaque sudor frigidus excrementi multi indicium esse potest. quocirca morbos quoque is facit longiores.

Cur minus ad ignem multum sudamus cùm tamen præ calore sudor omnis moueri soleat? An quoniam humor, aut corpore vehementer calente in spiritum dissolutur humidum, aut cùm prosenerit, adeo cito calore nimio exsiccatur, vt secessus sudoris multũ eripi possit.

37 Cur ad Solem acrius calefacientem corporis quæ nullo indumento teguntur, nihil pene sudant; quæ autem satis veste intecta sunt, copiosissime sudant? Eandem de hoc etiam, quam de superiori, causam reddendam censemus.

38 Quam ob causam cùm motus acuti magis hebetes minus calefacere posse videantur, ingressus tamen per acclivia qui hebetiores sunt, magis movent sudorem, prosiliuntq; spiritu, quasi amplius calefaciant quàm declives? An quòd grave cuique, vt ferri deorsum secundum naturam est, sic ferri sursum contra naturam est. Itaque caloris natura, quæ nostra provehit corpora, vt nihil per declive laborat, sic per acclive pressa onere nititur, acriusq; ob eiusmodi motum incalescit, & sudorem mouet, & spiritum prosilit. Quin etiam corporis varius inflexus nonnihil afferre causæ potest, vt directa spiritus reciprocatio auferatur.

39 Qua de causa cum sudor moueri soleat, quo magis quis se operuerit, non ij sudant, qui vestem plurimam admiserunt? Eadem etiam de hoc ratio, quæ prius reddenda est.

40 Quam ob causam cùm corpora ficciora magis per æstatē, quàm hyberno tempore sint, sudori magis in æstate pateamus? An quòd per æstatē propter corporū laxitatē non multum naturæ calor continetur, humoresque prompte ad soluere in spiritum potest. per hyemem autem parte exteriori densata corporū calor frequens naturæ coercitus, humore minime in spiritum resolui patitur. Adhæc æstate humoris multum haurimus, hyeme autem è contrario agitur.

41 Cur sudoret, qui corpori bene valenti sponte prouenerant, iis deteriores habētur, quos labore

resitarint? An quòd labores exercitatem humorem exhaurientes, carnem efficiunt ficciorem, vt cauernæ foraminum sanitati sint opportunæ, & per caloris transmissionem fieri facilia possit obsepti, siue oppilatio. Sudores autem spontanei appellati, qui ex necessitate oriuntur, cùm scilicet foraminibus naturæ ab immodico humore confusis, calor non omnino occupatur ac vincitur, sed repugnare adhuc, extrudereque humorem potest: hi recte pro signis morbi habentur futuri. Nam etiam calor ipse à largiori humore, quàm qui modicus secundum naturam fit, hebetatur: & caro plene madescens, pessimum ad secundam valetudinem concipit habitum.

42 Cur tempore hyberno minus oriuntur sudores, nec not per id tempus sudandum æque censemus, quamuis corpora humidiora tum sint? An minus sudamus, quoniam humores per hyemem concreti, coactique sunt vehementer? quare minus dissolui, tum queunt, sudandum autem minime per hyemem censemus, quia corporis eiusmodi dispositio salubris est. Qui autem mouet sudorem, labefactat, confunditque habitum corporis, atque etiam laxiorem quam conueniat eundem habitum reddens, simul & intimum calorem educit, diminuitque, vt non æque gelido cœlo possit resistere: & humor externus expeditius se corporibus inserit, cùm laxiora iam foramina propter sudationem habeantur.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO TERTIA.

Eorum, quæ ad vini potum, & vinolentiam pertinent circumstantium quæstiones. XXXIII.

* ebrij.

QVam ob causam vinum cùm calidū sit, * vinolenti non calent, sed frigent, & dolore lateris, pectorisque huiusmodi vnus excipiuntur? An quòd multū humoris cùm refrigeratū est, multum frigoris concipit, ita vt calorem superet naturalem. Fit enim simile intrinsecus carni: vt si vestis nimio madefacta humore, rigorem promde acris frigoris admittat.

2 Quæ de causa non qui vehementer, sed qui leuiter se ebiberunt, delirant? An quòd neque tam parum biberunt, vt similes sobrijs sint, neque adeo multum, vt soluantur & langueant, quomodo efficiuntur, qui multum hauserunt? Adde, quòd sobrij ratione iudicant petulantes, temulenti ne tentant quidem aliquid inferre, leuiter ebriati iudicant, quoniam quidem vino non penitus detinentur: sed præcipue id faciunt, quia sobrij non sunt: quo fit, vt mox & contemnant alios, & contemni ab aliis se putent.

Cur magis crapulā sentiunt, qui dilutiusculū * vinum bibunt, quam qui merum ex toto? Vtrū fuæ temperantiæ causa vinū temperatū expeditius loca pleura, anguſtioráq; subeat, intemperatū autem minus facere id possit: itaq; difficilius educi potest quod dilutū est. An quod merum minus bibatur, vtpote quòd multum bibi non possit, magisque vomitu reiicitur. Ad hæc merū, vt cætera coquit, qui calidius est, ita etiam seipsum consumit: diluto autem illo è contrario agitur. * vinum. 4

Cur semen genitale ebriosorum magna ex parte infœcundum? An quòd habitus corporis eorū præhumidus est? semen autem non quod humidum, sed quod constat, crassumq; est hoc vim obtinet procreandi.

Cur ebrioſ tremūt, & eo magis, quo liberalius merū hauserunt? Absurdū enim id esse videtur, quòdcunque vinū calefaciendi vim habeat, & tremor ex frigore præcipue soleat promanare. itaq; qui rigēt maxime tremūt. Sed tamē multi eum mero tantū cibi gratia vtentur, tremores vehemētes adeo exceperūt, vt homines prementes reiicerēt, & aqua perfusi calida nihil sentirēt. An quod tremor tum oritur, cùm corpus admodū frigeat: scilicet aut calore intus circunfluente ob externi frigoris violētia, vt hyberno tempore fieri solet vel naturali calore extincto, quod fieri solet vel qualitate cōtraria, vel ætate, vt senectute, vel externi caloris excellu: quod in sanē accidit, qui vi Solis, aut ignis deurūtur. Igitur in eā id obuenit, qui mero abutuntur. vinū enim calidā sua facultate amplificata, plus quàm vires corporis patiātur, calorem proprium corporis se permiscens extinguit: quo extincto, refrigeratóq; corpore, accidit vt tremores

oriantur. Quin etiã præter omnes refrigerandi modos, quos præpolimus, ille quoq; notatus, vt delata materia, qua quisq; calor fulcietur & alitur, calor etiã ipse deleatur: quod lucerna interres mammatas demõstrat, quippe quę depto oleo, lumẽ amittere cogatur. Senectus vero in animatorũ genere illud idem efficit, & morbus lõgus diutino cõsumptu corpus in tabem redigens alimẽto nãq; deleto vel extenuato calore euenit, vt calor etiã ipse deficiat. calor enim humore alitur, nõ tamẽ quolibet humore, sed leni & copioso. Quamobrẽ tum ns, qui à prędictis tenentur vitijs, tum ætate profecti, exolescente, alteraſcẽteq; tali humoris genere, (fit enim pro leni & pingui, acre & siccum,) euenit vt calor ipse deficiat. Patent hæc argumẽto auxiliorum, quę iis impẽdimus, qui ob marcorẽ è vita abeũt. fit enim vt eorũ virtus vitietur, cùm aliquid nutrientis humoris inſtillatũ eſt, vtpote cùm ejusmodi humoris defectu resoluto illa eueniat. Mero igitur hominibus deditis, causæ id esse videtur. Vinũ etenim calidum, eo poris caloritui naturali cõiunctum, efficacius porrò, quæ calor proprius sibi subdita pro alimẽto obtinet, consumit. Vnde fit, vt alios ex his aqua intercus præmat, alios *fluctio, alios alui dejectio, & plerasq; alia vitia eiusdẽ alui exerceant. nam & reliqui humores acerbi, ineptique remanẽti & qui liquidi extrinsecus aduenerũt, crassari ob imbecillitatẽ caloris proprij nequeunt. Calor autem ipse imbecillis propterea manet, quoniam materia, qua contineri adhuc posset, imbecilla est: quo modo ignis, quem arundo reddiderit: hic enim propter materiæ imbecillitatem infirmior est, quam qui à ligno præſtatur.

* ἐπιρροια-σμός.

Cur

Cur vinolẽti, cùm vinũ calidum sit, rigere tamen 6
solent, estis meq; laterũ dolore, cæterisq; huiusce modi vitijs excipiũtur? An quòd multũ humidum cùm refrigeratũ est, in multũ frigidum se conuertit, ita vt calorẽ superet naturale? quæ autem sunt humidiora, eadem omnia naturæ calidiora occurrunt. argumẽtum, quòd rebus externis calescimus, non humescimus. Verum si minus calida, quàm humida sint, accedet profectò, vt suam caliditatem potius, quàm humiditatem amittant. Humore igitur frigido remanente, non sine causa vinolenti amplius rigent, & vitia rigoris propria patiuntur.

Cur pueri, cùm natura sint calida, vinosi non 7
sint, cùm Scythas, & viros robustos, qui certe omnes habitu sunt calidiori, constat esse vinosos? An quòd viri non calidi solum, sed etiam ficci sunt: virilis etenim habitus talis est. pueri calidi sunt, & humidi. Vinositas autem humoris cumulant libido est. itaque humiditas facit, vt pueri minus sitiant. Cupiditas quippe non nisi indigentia, siue desiderium quoddam est.

Cur temulenti aquas salsas vitiosasq; magis 8
sentimus, sobrij minus? An quòd suum quodque à suo nihil affici tur, similesque indomitum à suo simile perstit. tr contraria vero à cõtrarijs potius sentiuntur. Vinolentus itaque, quòd dulces intra se continet humores (nam vini naturam talem esse videmus) hinc vitiosi saporis sentiens magis est. sobrius autem, quòd acres salsosque habet, saporem eundem percipere non potest. Admisto itaque cibo, excrementitij redundant illi, & fluitant, vt & ipsi à suis similibus affici nequeant, & hominẽ sensus huiusce modi redãt expertem.

9 Cur graviter à vino detẽtis omnia circũferri videantur, iámque inter initia ebrietatis res remotas cernere nequeunt? itaque indicium hinc vinolentiæ nonnulli deducunt. An quia cõspectus frequenter à calore vini compellitur, atque cõmouetur? Nihil vero interest, cõspectus moueatur, an res conspectui obuia: fit enim ratione vtralibet, vt id, quod modo dixi, videatur. Et cùm propinquis etiam in rebus conspectum vinolentorum falli eueniat, multo magis idem in remotis accidat cõsentaneum est. quamobrem illas videre penitus nequeunt, propinquas autem aspicere quidem possunt, sed non quo sint posita loco. Circũferri autẽ tantum, non etiam prope procũl; vicissim agitari videntur: quoniam procul ob circularem mouendi rationem cõspectus nequeat progredi: haud enim facile est cõtraria simul agitari. Appetitio autem, quæ profluit ad elongatiora, vehementior efficitur: circularis vero, figura, quam nomen ipsum declarat, cõtinetur. Prope igitur, ac procul vicissim conspectus deferri ea de causa non potest: & si inferatur, rem tamen eandem contingere non queat: quippe qui vice alterutra temporis eodem in loco rem, quã intuetur, relinquat, cùmque reliquerit, intueri non possit: circulo autem suæ figuræ causa videtur. Est enim conus, cuius basis circulus est, in quo se agitans ipse conspectus, rem quidem percipit eandem, quia nunquam sibi rem subiectam deserit. Fallitur tamen in loco, quia non eodem intuitu rem contingit. nihil enim interest, vtrum res ad aspectum, an ad rem aspectus moueatur.

10 Cur vinolentis res vna, plures interdum esse videantur? An quia (vt dictum est) iam aspectus cùm

eius cõmouentur, euenit, vt nullo tempore idẽ visus in eodem quiescat: Quod autẽ eadem tẽpore varie cernitur, id serius occurrisse videri potest. Quod enim cernitur, non nisi cõspectus tactione sentitur. fieri autem non potest, vt idẽ pluribus simul attingatur. Quòd cùm nullum sensum admittat id tẽpus, quod interpositũ tempori distinguat, quo rem conspectus attingit, & quo repetit, efficitur hinc, vt tẽpus vnum esse videatur, quo attingitur, quòque repetitur. Itaq; cùm plures aspectus rem eandem attingãt eodẽ tempore, plura esse videtur, quod vnum conspectui subiacet: quoniam fieri nõ potest, vt res eadem modo eodem attingatur.

11 Cur* vinolenti coeũbere nequeant? An quoniam pars quædam magis caleat, quàm reliquum corpus oportet: quod in his fieri nõ potest, ob nimium totius corporis feruorẽ? extinguitur enim calor motionis internæ obtẽtu caloris occupantis, quoniam multum in his inest, quod humidum crudũmque officiat. Ad hæc, semen a cibo proficisci necesse est: cibus autem omnis cõcoquitur, quo satiati ad venerem planè incitamur. Vnde hac de re plerique prædere large, cœnare parce præcipiunt, vt cruda insint, quàm concocta, pauciora. *ebrij.

12 Cur si quis vnũ dulce, ac merum, aut cyceonem inter potãdum hauserit, sobrius perstitere possit? Et cur minus ebriatur, * qui calice amplo, fœcundóque hauriunt? An omnium eadem illa ratio est, quòd superficialis calor ita supprimitur? Vinolentia enim tum oritur, cum calor sedem capitis totam occupauit. *τὰς μεγάλας καὶ γονίμους

Quam ob causam cùm vinum dulce aptũ sit ad ustare, si quis temulentus dulce superadmisit, hausit

haustum vinū concoquitur, minúsque infestat? An quia vinum dulce lene, ac lentum est, itaq; foramina obstarcit, atq; intersepta austeriū contra, exasperans, rigidum est. Facilem item alcisum calori hoc præstat, dulce autem obstruit foraminum calorem arcet ac inhibet; vinolentia vero parte cū calefacta superna, oriri dictū iam est. Addo etiam, quòd vinum dulce in odorum auſterum autem odoriū est: odor autem omne caput tentat, & ingrauat.

14 Cur à vino diluto, meracius tamē, caput postridie magis dolemus, quàm ex mero? An merum quia crassius est, foramina capitis angusta subire ipsum non potest, sed vim suam, atque odorem, & calorem tantū trasmittit. Dilutū autem illud, quoniam per aquę admistionē tenuius factum est, facile ipsum subit, ac penetrat: cùm tamen partem corpulentiæ, facultatisq; meri non mediocrem adhuc retineat, concoctu difficilius est. Nam & humida, omnium difficillima concoqui, & corpora longe pernicaciora, quàm siccitates eorum persistere nouimus.

15 Cur inexercitati magis, quam exercitati ad vinolentiū vsq; potare, & vino facilius solui possint? An quoniam qui exercemēta humoresq; in se continēt, vrinam copiosè profundūt? quod fit, vt plus bibi & leuari facilius possit, quoniam non multū vinosi humoris in ventre remaneat. At qui inexercitati humidi sunt, excrementiq; redundant, exercitati contra, ficci siticulosique: vt vini humor sese totum intimare corporibus possit. Statim igitur hic vini impetus vrinam retractat. & post humor hic in corpore infidens grauitatem creare nimirum potest.

16 Cur vinum alios retardos, alios superbos reddit,

dit, atque insambubos? cūtrario enim affectu ad agitur, quādoquidem alteri magis, alteri minus moueantur? An (vt Chæremon ait) vinū sese pro moribus vtentiū applicat? Contraria igitur reddit, non quæ eadē, sed quæ sunt dissimilia: vt iguis alia exiccat, alia humefacit, sed non eadē: & quidem glaciem liquefacit, salem indurat. Nam & vinū, vt quod suapte natura humidum sit, homines tardiores incēdit, redditque mobiliores: econtra mobiliores dissoluit, atque retardat. Vnde plerosq; * melancholicos penitus resolui, labique in crapulis nouimus. Vt enim balneum corpora perfricta duriaque relaxat, agilioraque facit: humida vero, & mobilia dissoluit, atque infirmat: sic vinum quasi interna humoris diluens, ita afficere potest. * natura.

Quid est cur brassica seder crapulam? An quòd 17
succum dulcem, * discutiente mq; obtinet? vnde * fumosum.
Medici eam aluo infundunt. frigida autem ipsa est. Argumētum, quòd ad alui vehementes detectiones Medici ea vtūtur, excocta in plenum, & suo * callo purgata, refrigeratáque. Fit igitur * a l. caule.
detentis à crapula, vt eius succus humores in alium detrahat, qui vinosi, crudíque tenentur, & ipsa supra in vtriculo remanens corpus refrigeret: quo fit, vt tenues humores ad vesicā labātur. quòd cum humor vtriq; educator, corpúsq; refrigeretur, recte liberati à crapula possint. Vinum enim humidum, atque calidum est. Eueniat ad hæc, vt cùm humores deorsum se trahunt, atq; excernūt, flatum etiam secum deducant, quid si per vinum liceat, in caput se efferēs grauitatem creat, & crapulam: in autem deorsum se vertit, corpúsque ob causam prædictam refrigeratum est, dolor crapulæ omnis tollitur.

Est

Est enim crapula fermor quidam, & desinent inflammatio, quę plus cõflictat, quàm temulentia quòd mentem illa quatit & alienat, crapula autem mente sibi cõstante, dolorem admouet. Vt etiã qui febre vrgente ludunt potius, quàm dolent: idem vbi lenati malo fuere, atq; ad se redire, indolere occipiunt. Hoc enim idẽ in crapula quoq;, & in temulentia cõuenire solitũ est.

38 Cur vinũ dilutius temperatum vomitum magis, quàm merũ, quàm aqua prouocat? An quòd ea maxime vomitum mouent, quæ innatare solita, quæq; infuuia, fastidiosaque sunt? Vinum autẽ reprimendi vim obtinet: aqua tenuis, nec infuuis est. Quòd igitur tenuis est, cito pro sua tenuitate descendit: quod non infuuis, stomachum non perturbat. Vinum autem nimis diutũ, nec ita tenue est, vt perfluere possit celeriter: & fastidiosum est, quòd parũ obtinet vini: sensum enim conturbat, quia plures motus in eo excitat, scilicet quẽ vinum, quẽmque aqua cõcere potest: ambo enim sentiri queũt. Quod autem fuerit modice temperatũ, id sensum permutus aquæ tollit, vinique mollis, delinimẽtisq; sensum accommodat, ex quo suauiter bibi potest. Sed cùm vinum immodice dilutum ita infuuis est, tam innatare, redundareq; solet, quod autem tale est, vomitum id facile ciet.

39 Cur vinolenti aquas salsas & vitiosas melius quàm sobrij sentire possumus? An quo minus diuersa, & tristia certius ab iis sentiuntur, qui minime cupiũt: latent hæc enim cupientes, & sæpe fallunt. At vero qui late se habet, is non cupienti similis est: qui autem in tristitia est, cupienti hic gerit affectũ. Sobrius autem ita se habet: vinolentus contra satiatus repletũsque est.

Cur

Cur penitus vinolentis res omnes circunferri videntur, & cùm iam amplius vinum attingit, nequeũt quę circa posita sunt, enumerare? quo carere nonnulli hinc vinolentiæ indicium trahunt. An quia conspectus frequẽter à vini calore commouetur? Quemadmodum igitur, si sub oculo preſseris rem obiectã, geminari videbis: sic etiam vinolentis accidere illud potest. Nihil enim interest, vtrum suppresseris, an aspectũ commoueris, nec vtrũ extrinsecus, an intrinsecus: idem enim obuenire, vel accidere vtraque ratione conspectui potest. Itaq; res obiectæ minime conflare videbuntur, atque etiam magis quæ procul abestnã eò obtinebitur minus, quo se longius aspectus deducat. Propinquitas etiam illa mouendi amplius ad extremum absoluere interualla potest. Item si æqualibus cum vehemẽtia sursum deorsũmque aspectus se agitet, res minus assequatur remotas necesse est. Deducta autẽ circũferri omnia solent, velut sagittæ, & quæ appensa dimittimus. Igitur visus quoque suam ob imbecillitatem, quasi procul deferatur, idem hoc patitur: nihil autem interest, visum, an rem visu obiectam commoueas.

Codex Cr. ad l. idem enim operatur ad videndum.

Quam ob causam, quod vniuersum raptimq; bibitur, ventrẽ id minus humectat, cùm tamen ab humore copiosiore plus humectari consueuerit? An quòd humorem multũ, ac vniuersum vter superare nõ potest, sed locum adire suum indomitum patitur. Locus autẽ crudi humoris vesica est. Ignum vero facile vincit, & concoquitur quo mora hic diutius trahens, ventrem porrò humectare potest.

Quamobrem qui ante extenuatus, merum inde

inde multum hauserit, morte occumbat: & plerique vero bibaces, cùm se nihil extenuarint, multo tamẽ, vniuersóque meri hausto sicci efficiuntur? Quærendum enim hoc est, quòdloquidem vinum calidum suapte natura est, & vt vita calore cõtineri apparet, sic mors refrigeratione accidere. An vt ex cicuta, sic ex mero intercundum est, videlicet dum proprius calor paulatim extinguitur, modo tamen diuerso. Cicuta enim calorem frigiditate sua extinguit, humorem indurat: vinum autem sua caliditate calorem macerat naturalem. Et quomodo absque igne nimis aut Sole exiguus ignis extinguitur, sic intimus corporis calor à vini calore, si minus est, superatur, atque extinguitur.

* Codex Græcus & Lat. forte vtriq; mãs. sta legẽ

Cur vinolenti sunt ad lacrymandũ prompti?

* An quia calidi humidique sibi debiles efficiuntur?

21 Cur * vinolenti sunt ad lacrymandum prompti? * An effectũ huiusce modi omnium eadem causa est, quã repressio, quę scilicet agitur, per summa aëre potest: vinolẽtiam enim locis consistere capitis certum est.

22 Cur vinolentis somnus oriri nequeat? An ad somnum creandum calidum adesse humorem opus est? hic enim concoqui expedite potest quòd si deest exiguúsque humor, aut ecconstitu difficilis inest, somnus nõ oritur: qua de causa post cibum ac * potum somnolentissimi fiunt ob calorem solemus. Melãcholicos vero, & vehementer æstuantes insomnia tenent: alteros quia refrigeratus humor penitus est, alteros nullus, aut minimus extat. Ergo rationẽ vtriusque affectus inde esse petendam palàm est.

* Cur ebrioli tremunt?

* An efficiũ &c. ita vt duo sint Problemata, non vnum.

23 Cur ebriosi tremunt, & eò magis quò largius merum hauserint? cùm vinum calefaciendi vim habeat, tremor autem ex frigore maxime procreatur: atq; qui rigent, præcipue tremunt. Attamen

tamen plerosque, cùm mero tantummodo cibi gratia vteretur, tremores acres adeo inuasérũt, vt homines cõprimentes à se omnes eiicerent, & cùm aqua calida perfunderentur, nullatenus sentire possent. Alij vero cum eo ipso agerent modo, perfrictione que, & carnibus in cibo vterentur, in stuporem attonitum inciderunt: quos tremor quidẽ mitius, scilicet ob immobilitatem torquebat: dolor tamen acerrimus, & inquietudo tam inde exercebat assidue. Tremoris itaque causa frigiditas est: nam & qui rigent, ea re pati ipsa videtur, vt dictum est: & qui admodum senescunt, eorum vtrorúsque alterius affectu frigido, alteri à frigida ætate vrgentur. vinum autem calefaciẽdi vim præcipue obtinet: quocirca contrarius quidam vt proueniat effectus, ratio exigit. An nihil prohibet rem eandem à contrariis effici, dummodo non agant modo eodẽ, sed diuerso. Exempli gratia: vritur & à gelu, & à calore, vbi gelu calorem coegit vniuersum: itaque modo quodam à cõtrariis effectus proficiscitur similis: & modo quodam * non nisi idem gignitur. Tremor autem ob inopiam excitatur calo ris, non cuiusque sed proprij. Corrũpitur autem calor, aut marcore, aut extinctus extrinsecus quidem à contrariis, hoc est, frigido atque humido marcore autem, vel indigẽtia nutramenti, vt incensa cum fomite aut oleo careat: vel ab alieno calore, vt ignis in Sole, & licerna apud ignem. Igitur qui ex frigore rigent, caloris extinctu obtremunt: ex quo etiam fit, vt aqua obiecta calida horror exoriatur. frigus enim, cùm intus incubuerit, atque circumobsistit, pilos erigit. Et in senibus quoque accessione rigoris ne caeniens simile de causa venit. In senectute autẽ calor ali-

* Ex eadẽ ac Græca lect. ab eadem.

mento deficiente emarcescit: humor enim alimentum caloris est: senectus autem sicca est. Ebrios vero, & si qui ita affecti sunt alij, interdum emarescente calore, obtremiscunt: sed non modo eodem, quo senes, sed tertio cortespondente modo, vt proposuimus. Quod enim vinum venitur, nimio calor aduentitius superans, aut extinguit, aut debilitat propriam caloremque valemus. Fit enim tũ tremor, cùm moues quicquam rem nequit, superare, quã mouetur: cum ignum quis lõgum, erassúmq; obtinere, firmareque non pollet, tremit extremum, quod idem est, quoniam aut suscepta res maior est, aut minor, quæ mouet. Ergo tremor, cùm calor extinguitur, accidit: hic enim dum integer inuictusq; manet, causã animantibus esse videtur, cur moueri se valeant. Indicio autem ebriosos, senesq; ob frigiditatẽ affectos sic esse, quòd tremor his fieri sine vllo rigore solitus est.

26 Quam ob causam, qui leuiter à vino tenẽtur, magis peccant, vel delirant, quàm qui aut grauiter sese ebriarint, aut sobrij manent? An quia sobrius recte iudicat: qui autẽ pœnitus *vinolentus est, quòd sensibus interceptis, onus sustinere non potest, nihil diiudicat, atq; ita non peccat: at vero qui leuiter se ebriarint, iudicat quidem, quia non multum hauserit: sed quoniam à vino detentus aliquatenus est, potestatem recte iudicandi amisit: atq; peccat necesse est. Quemadmodum quòd Satyrus Claz omnium propensus admodum erat ad maledicendum, eius amore cùm accusaretur, pœnitus obstruxerũt, vt de re ageret, nõ in cõtumeliã se prouolueret. Postea tamen cùm cessante iam aduersario, reseratis & pauca dicente adhuc, ille audiuisset, neque quam

*ebrius.

quam obtinere se potuit, sed è vestigio maledicta cũndere incepit, quoniam sentire iã poterat, recte autem iudicare non poterat.

27 Cur vini dulcis, quod suauius est, ebriosum neminẽ esse arbitramur? An quòd vinum dulce nullum saporem obtinet proprium vini, sed alienum penitus reddit: igitur dulcis rei, non vini auidus appellandus est, qui vini dulcis tenetur desiderio.

*πρὸς τὸν γλυκὺν οἶνον ἐπιθυμίαν

28 Cur ebrioſi ſolis calore gaudere maximè ſolent? An quoniam concoctionem desiderant, atque etiã quod refrigerati admodum sunt: ex quo attonit, stupidiq; mox fieri solent à potu?

29 Cur vinolentis multa interdum apparet quod vnũ est? An quia conspectus imitia intrinsecus à vino mouentur, sic vt vel caput totũ solicitari necesse est. At cùm imitia mouentur cõspectus, idem sese applicare non quit, sed quasi partem rei obiectæ vis vtraq; cõspiciendi attingit. Merito igitur res vna suspicionem recipit geminationis: quod idem vel oculo subter oppresso potest euenire. Cõspectus enim mouetur imitium, vt ei cõire cũ altero non amplius liceat: sed hic motus extrinsecus est. vini autẽ ille intrinsecus oritur, nec quicquã interest. idem enim sequetur, qualitercunque aspectum commouueris.

30 Cur vinolentorum lingua oberret? Vtrum quemadmodum corpus totum in vinolentia titubat, ita etiã lingua labens oberrat, nec reddere articulatim vocabula potest. An quoniã carne linguæ mollis, & instar spũgiæ est, ampliatur madefacta, atque extollitur: atq; ob mollem retardatur? Sit, exprimereque syncere non valet. An quòd vt in aqua ob absentiam aëris loqui non possumus, ita neq; cùm nimiũ in nos humorem

indidimus:igitur quòd vinolentorum lingua in nimio humore se volut,ideirco exprimere ijs cere non potest.An animus quoque vinolentorum compatiens errat. at si animus ita affectus est,linguam etiam pariter affici consentaneum est:inde enim omne loquendi initium ducitur. Quo fit, vt etiam sine vinolentia, vbi animus quenquam hausit affectū,lingua etiam sentiat, atque compatiatur,vt in metuentibus patet.

31 Cur ebrij omnes,& qui mari operam dant,libenter Solis tepori se dedūt?An quòd ebrij cōcoctionem desiderant,simúlq; euenit,vt partes corporis quędam refrigerēturataque stupidos, attonitósque post potū fieri nouimus. Maritimi autem illi quoniam in humore semper suā degunt ætatem,calorem porro desiderant.

32 Cur vinolenti concumbere nequeāt? An quòd partem corporis quandam ampliusquām reliquū corpus incalescere opus est,quod vinolentis contingere præ nimio calore non potest.calor igitur,qui à motu naturę interno præstatur, obtentu caloris ambientis extinguitur. An quòd partes corporis imas recalescere opus est, vnde autem in sublime efferri aptum essitaque calorem quemadmodum illic excitat,ita hinc auocat atque abdacit.Post cibum quoq;libido veneris minime incitatur. Vnde prandere largo cœnare parce præcipiunt. cibo enim concocto sursum crudo,deorsū fertur & humor,& calor: ortus autem seminis ex his est.Et fatigatis ideirco per somnum profluat genitura, quòd laboc corpus humidum & calidum reddit.quòd si excrementitea in parte sublitterit,euenit certe,vt per somnum erumpat.Hęc eadem causa est,cur in aduersis quibuldā valetudinibus id euenat, atque

atque etiam metuenti,& morienti.

Cur iuuenes potius,quàm seniores immingāt, 33 vbi vino sese ebriauere? An quoniam iuuenes humidi sunt, & calidi multum, ideirco excrementum humoris conflat in vesicam:exiguum enim à corpore eorum absumitur, quamobrem id effundi necesse est. senioribus vero, corpus pro sua siccitate humorem nimium attrahit,atque imbibit? An quòd iuniorum natura ad seminum propensior, quàm seniorum est: quocirca grauiter iuuenes consopitos vrinæ sæpe excitatio latet,vt hæc prius erumpat,quàm illi surrexerint. seniores autem latere minime potest, quemadmodum nec externorsū motuum quisquam minus ab his percipi, quàm ab adulescentibus solet. Cōstat autem quod modo diximus, quando quidem iuuenes ipsi tum maxime immingunt,cum arcte,& grauiter dormiunt.

Cur oleum ad arcendam vinolentiam valet, 34 sorbitúmque facultatem præstat potandi? An quòd vrinam ciere potest, vinóque hausto iter regit?

FINIS.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO QVARTA.

Eorum, quæ ad rem veneream pertinent: eorumq; qualitates. XXXIII.

1 QVAM ob causam, qui concumbit & qui moritur, oculos attollit? qui autem dormit, submittit? An quòd de parte superiore calor exierit, eò deant oculos vertit, quò se destillarit per somnum autem deorsum se colligitque eodem conuertit. Claudiuntur vero propterea oculi, quia humiditas deficit.

2 Cur ijs, qui rem veneream immodice agunt, oculi, & clunes manifeste subsident, partes quarum alteræ propè, alteræ procul à genitalibus absunt? Vtrum quòd in ipso etiam coitu partes hæ perspicuè collaborant, cùm rem studiosius ipsi persequantur, & se cogant, nitantúrque in semine emittendo. itaque quantum alimenti facile liquescere potest, id pressum extruditur. An quòd obcalefactæ præcipue contabescunt, concubitus autem caloris agitur facultate, eáque maxime sentiunt calorem, quæ in agendo commouentur. Oculi autem, parteſque sedi proximę perspicue collaborant, haud enim fieri potest, vt semen profluat, nisi partes coagătur: nisi ſ

eiſq; oculi dimittătur: quippe cùm partib⁹ his cognatibus, humor quasi manu ex vesica prematur, ocuiisq; coactis cerebrũ sua dimittat. Oculos vero, & locũ his proximũ, vim ad procreationem maximè obtinere docẽt illanimẽta, quę mulieres tũ sterriles, quàm fœcundæ experiũtur, vt potè cùm vis ad semen transmitti hinc debeat. Sunt autem & oculi & renes omnib⁹ pingues, atque obesi. ergo & partes hæ rem venereã efficacius adiuuant, caloris participes sunt, cuius tabi sua vi extenuãtur, multumq; sui succi ad semẽ excerni patiũtur. Calor enim (si corpus vel pingue nũ est, vel si pingue quid est, sed nũ tamẽ laborat) æquè liquefacere nequit, vt late in venere patet. Renes tamen omnium maxime sentiunt, quia in vicinia positi sunt. Fit ipse quoq; semini transitus, cùm per ea loca perspicue agatur, extenuare proculdubio potest: adimit enim, nũ addit per suam istam propinquitatem.

Quam ob rem & * qui concumbunt, & spadones, qui re minime vtuntur venerea, in acutis morbis oculorum offenduntur. An quòd alteris ob libidinem, alteris ob excisionem partes illæ supernè plus iusto exsiccantur: quod perspicuum opus exquisitius administratur, aspectus autem tale est, humoribus vero deorsum ductis, superiora siccari necesse est. itaque oculorum concubitus fieri patet. Spadonum autem crura intumescunt, & alui faciles sunt, vtpote cùm deorsum se humoris copia fenoceat.

Cur homo, cùm concũbere posse incipit, tunc pubescit: cæterorũ autem animantiũ, quæ pilis teguntur, nullũ tũc pubescere incipit: An quòd per ætates mutari animantes in contrariũ solẽt. Vox enim grauis de acuta efficitur, & nuda quę

* *vocibus vetus. de nervis dicit.*

ante fuerūt, hirta reddantur. Vnde etiā animātes à primo natali die hirsutas enūdari debere tunc, nō densescere constat, cùm semen habere incipiunt. sed ita euenit, quia quæ semen effundunt, ficciora fiunt & laxiora: quibus de causis plus oritur: quod inde sanè patet. Pilus enim neque cicatricibus, neque pueris, neque mulieribus exit: cùm scilicet cicatrices spisso cōtextu non raro inducantur: pueri, mulieresque corpore humido sint non ficco.

5 Cur nuditas pedū obesse in re veneréa potest? An quoniā corpus, quod concubiturum sit, caldū intus, atq; humidū esse debet, quale per somnum potius esse, quàm per vigilia soleat? ex quo etiā celeriter, ac sine corporis agitatione semē dormientibus profluit: vigilātibus vero nō sine labore prodit. Simul autem fit, vt & reliquū corpus tale existat, & pedes humidiores sint, atque calidiores. Indicio, q̄ cùm dormimus, pedes obtepescere soleant, vt qui vna cùm interiit partibus ita afficiantur. At nuditas pedum è cōtrario agit: siccat enim atque refrigerat. itaque si ue impossibile, sine difficile sit, vt res agatur veneréa, nisi pedibus calidis; eam tamen nuditatem in vsu concumbendi incōmodam esse necesse est.

6 Cur omnium maxime animantiū homo postquam cōcubuit, dissoluitur, & lāguescit? An q̄ semen proportione sui corporis plurimū emittat?

7 Sed cur plurimum homo emittit? An quòd minus cibum in confecit, & omnium maxime animantium humidus natura, & calidus ex quarū rerum alteri semēis copiam reddit, altera naturæ vim efficit ad semen creandum. semen etenim tale est quandiu seruatur.

8 Quam ob causam cùm ratio cōcumbendi exiore

lore contineatur timor autem, & mors refrigerandi vim habeant: pleriſque tamen cùm ab his teneātur affectibus, semē excurrit? An quòd cùm loca quędam corporis refrigerantur, alia quædam intepescunt, cùm & suum calorē habeant, & pōlūm de locis refrigeratis illum ipsa suscipiant quam ob rem frigentibus quidē id euenit, verum non quia frigent, sed quia calent. Conflat hoc etiā ipso aspectu. partes enim superiores timentium sanguine priuantur, inferiores autem humescunt, & aluus soluitur, & vesica. Calor igitur cùm se per timorem deorsum, per mortem sursum deuius agitat, madificare, & semīnē excitare profluuium potest.

Cur neque concumbere, neque euomere, nec 9
sternuere, neq; flatum emittere oportet, nisi res targente corpore vrgeat? An quia cum non turgemus, similes terræ thirpib⁹ sumus, quib⁹ euulsis, aut alienū cōuellitur quippiam, aut aliquid abscissum relinquitur, quod autem cùm extrudi debet minutum remanserit, dolorem diutius id omne mouebit: & si quid alienum commotum sit, id cùm sua sede priuetur, dolorem creabit. Quę certe iis vsu euenient, qui cùm nō turgēt, aliquid faciunt ex iis, quæ modo retulimus.

Cur ieiuni celerius concumbunt? An quòd fo 10
raminia corporis ieiunio inaniora, repleto autē plena habentur: itaq; impediant, ne humor seminis Genitalis valeat permeare. quod latissime in vesica patet: hæc etenim plena, nunquam celeriter concumbere possumus.

Cur adolescentuli cùm primo concūbere inci 11
piunt, quibus cum fuerint congressi, eas re pera ita odio habeant? An quòd mutatio summa extiterit, sequentis tristitiæ memores, eam fugiunt

tanquam fontem, ad quam sese applicuerunt.

22 Quare qui equitant assidue, lubidinosiores euadunt? An caloris, agitationisque causa eodem afficiuntur modo, quo per coitum, quoce ea ætatis quoque accessione membra genitalia contrectata, agitatáque plenius augetur. Quod igitur semper eo vtuntur motu, qui equitant, hinc fluentiore corpore, præparatoque ad eum cumbendum euadunt.

23 Quare cõcumbendi facultatem dari pectori cum cœptum est, corpora male olentiora autem ante pubem non ita olent, nec viri, nec mulieres? An quoniã quæ incocta sunt, tum sapores habẽt deteriores: aut enim acidiores, aut salsiores, aut amariores: tum odores reddũt fœtidiores. Contra, quæ cõcocta maturáque sunt, sapores aut dulces, aut minus amaros, & odores suauiores præstãt, aut certe minus infuaues. Patet hoc in omnibus tam terræ fœtibus, quàm animantibus ipsis. Detractis autem, quæ matura concoctáque sunt, cætera cruda relinquũtur: vt & in cinere, portione dulci consumpta, pulueamarus relinquitur, & sordor quoque saltus eadem de causa est. Calor autem naturalis semen genitale concoquit: quod quanquam exiguum est, vim tamen obtinet maximam, quippe quod ex multo admodum tam exiguum constitutum sit. Quam ob rem vbi id secesserit, resoluiturque ea ex parte vehementius, atq; refrigerantur itaque humores incoctiores reddantur, patentibus meatib⁹ propter seminis excursum: quo fit vt sudor ob cruditatẽ & salsior, & fœtidior existat, quàm in puerili ætate. Quòd si cui forte talis natura sit, vt partem subsidentem sudoris secundam habeat, huic magis, magísq; res inuertitur, ac

præsertim eisdem in locis, quibus & exteris maxime consistit, velut in alis.

24 Cur si ex nostro semine procreatum animal est, proles id nostram appellare solemus: sed si ex aliquo alio nostro vel excremento, vel parte prodiat, nostrum id esse nunquam fatemur? simulta enim semine putrescẽte prouenit. Quid igitur causæ sit, vt si quales nos sumus, tales fuerit, nostrum id sit? si diuersum, id alienum sit? aut enim omnia nostra esse oportet, aut nulla. An primum quoniam quod ex semine nostro prodiit, id ex nostro est? quòd secus, id ex alieno, scilicet quę purgamentis, excremẽtisque enascuntur. Denique nihil ex omnibus, quæ animãti tribuimus, gignere animãtem potest, nisi semẽ genitale. Quod autem nocet, quòdque malũ est, id suum nullius est: nec quod alienum est, id suum esse potest. haud enim idem illa significãt, suum esse, & alienum esse, vel diuersum, vel malum. Excrementa autem, & putredines nõ nostra, sed diuersa, alienáq; sunt a nostra natura. Nõ enim quæ cuique in corpore exiterunt, corporis hęc esse putandum. nam & papulæ sæpe erumpunt, quas tollimus, atque excidimus. omnino quæ præter naturam constiterint, hæc aliena omnia sunt: multa autem præter naturam, vel rebus ciuilibus, vel naturalibus prodeunt. Quòd si ex rebus nostris solo semine natum animãs sit, recte quod ita prouenerit, prolẽ id esse, nostram tantum putabimus. ex semine vero ipso si quid existat aliquid, vt vermis, vbi vel foris putruit, vel corruptũ in vtero est, vt quę monstra appellamus, prolẽ id esse nostrã haudquaquam dicendũ est. Cùm enim corruptio creetur semine, nõ insuper ex nostro creatur, sed alieno: quẽadmodum

dum quòd ex crementis constiterit, vt quod ex stercore. Omnia vero huiusce modi ex corrupto creari semine hinc indicatur, quòd ex non corrupto creari tale natura statuit, quale illud est de quo semen genitale prodierit: ex pli grato si de equo equus, si de homine homo. Nec semen magnificemus ipsum, nec aliquid, quod interponendum cõfici solitum est, tunc enim humida & corpulentia quædã & caro consistunt, quæ nihil nobile est quoniam nondum naturã obtinent destinatã, sed eatenus naturam attingunt quatenus ita se habeant, vt ex illis tale creari possit, quale nos sumus, modo seruetur. corruptis autem nihil tale enasci potest. Causa est hæc cur nec alia ex re nostri corporis, nec ex semine ipso corrupto, aut imperfecto prolem nostram oriri arbitremur.

15 Cur minus in aqua homines cõcũbere queant? An φ res nulla in aqua liquescere potest, quæ ab igne liquefieri apta est, ceu plumbum aut cera, semẽ autẽ hominis igne plane liquescere videmus: haud enim prius fluere incipit, quàm per attritum recalescat. Pisces tamen sine attritu coire fatendum est.

16 Qua de causa res omnium suauissima conuenibitus est? Et vtrũ necessitate impellantur ad concumbendum animantes, an rei cuiuspiã gratia? genus hoc libidinis datũ est? An suauissime quidem concũbimus, quoniã aut toto ex corpore semen profluit, vt aliqui volũt, aut quia quamuis non toto ex corpore, tamen per eam partem se promit, in quã meatus omnes, venæque omnes applicentur, & cocant. Cùm igitur voluptas similis in libidine, atq; in prurigine sit, efficitur pariter, vt corpus gestiat vniuersum. Prurigo

enim secessio humoris spirituosi inclusi contra naturam est: & genituram vero secessionem humoris eiusmodi esse ad rem naturalem constat. Suauis autẽ tum ex necessitate, tũ rei cuiuspiã gratia cõcubitus est. Ex necessitate, inquã, quòd via omnis pertinens ad rem naturalem suauis est, si modo à sensu percipi queat. Rei vero cuiuspiam gratia est, vt ortus sit animantium perpetuus, sicut enim voluptas, vt animantes ad coitum ardentius excitentur.

Cur venus immodica morbis pituitę nonnullis cõmoda est? An quoniam excrementi quidã exitus est, ita vt multum vacantis materiæ cum semine detrahi possit? pituitam autem excrementum esse nulli dubium est. 17

Cur res venerea ventrem refrigerat, & siccat? An refrigerat, quoniam calor in concumbendo excernitur. & siccare quidem coitus venereus potest, quippe cùm euaporari dũ calor exit, necesse sit: exit autẽ, cùm refrigeratur. Adde etiã, quòd feruor coeundi siccare nimirum potest. 18

Cur lacrymæ hi sunt, quibus pili palpebrarum defluunt? An ob id ipsum, quo etiam calui fiunt? enim hæc ambo partes rei eiusdem. Quicunque autem ex pilis congenitis ætatis iam prouectæ non crescunt, hi omnes decidunt libidinis vsu immoderato. Capillus enim & supercilium, & cilium genere congeniti pili continentur, exque his supercilia tantum nonnullis ætate prouectis obdũ antur. Quod cur ita fit, alibi rationem attulimus. Reliqua autem vtraq; genera eadẽ illa de causa deficiunt, quòd partes superiores sanguinis parum obtinentes libido refrigerat. Ita enim efficitur, vt locus hic alimentum concoquere non possiticum autẽ pili alimento carue- 19

rint,

rint, desluant necesse est.

20 Quam ob causam qui mingendi desiderio te
nentur, cõcumbere nequeunt? An quòd meatus
implentur, quod autem plenum humoris est, ad
nullum præterea humorem potest suscipere.

21 Cur gignendi facultas is tollitur qui à varic
bus tenentur, siue homo, siue aliquid ex cæter
rum animatium numero est? An quòd varix ſa
tu trãslato fieri solet, quocirca in vitiis atræ hu
lis accommoda est, fit autem concubitus quoq
cum flatus excursu, quam ob rem, si impetus
le agitur, cum varix exercet, semen non insp
excitatur, sed refrigeratur, fit igitur inde, vt p
nis tentigo emarcescat.

22 Quare qui cõcumbunt, resolui, atque lang
re magna ex parte solẽt? An quòd semen m
ex parte corporis secretio est? itaque vt ad
constructio, sic corporis cõpactio quatitur: ad
semen decedit, quasi sanguinis multum, aut
qua pars alia decedat, ita quod exit, peropp
tunũ est, & quod exiguum ex multo alimẽ
conficitur, quemadmodum amylum ex fari

23 Cur ita, qui? cõcumbunt, si desiderio ming
di tenentur, penis intendi vehementius pot
An quòd foramina plena redduntur: humo
semen per angusta se promens, molem
ampliorem, atque extollit? penis etenim ad
fos meatus est positus.

24 Quam ob causam tentigo, & amplificatio p
nis illa existere posit? An duplex causa est, v
q̃ pondus vrgens post testes facit, vt penis e
gatur: testes enim vicem fulmenti vectore
piunt. Altera, quòd foramina spiritu
implentur ita vt genitale membrũ intume
atque se erigat. An humor auctus, translat

* dicti sunt tri ve nerea.

facit, vt moles amplior redundet: penis tamen,
qui mensura infigi adoleuerit, minus se pati-
tur efferri: fit enim, vt ita pondus à fulmento
vectis remotius maneat.

Quæ de causa qui rem agunt venereã, aut qui 25
ex ætate sunt, quæ sufficiat veneri, male olẽt, vi
ríq; hirci reddantur: pueri autem non ita olent?
An spiritus puerorum (vt dictum iam est) humo
rem, fœtoremque concoquere potest: virorum
autem nequit.

Cur per ætatẽ viri tm̃, mulieres magis cõcũ 26
bere valeãt? * quod Hesiodus quoq; poëta ingt:

*quod poëta quoque in scholijs ipsius.

Fœmineo venus est vsu magis essa senum.
Mutier illa viris, & sæpe acuisse languet.

Verum quòd testes eo tempore magis demittũ-
tur, & flaccent, quàm per hyemem, cùm qui cõ-
cubitarus est, retrahat, ac suscipiat illos, necesse
æstus tẽporis æstuãt, colla bũtúrq; frigidæ verò
resonẽtur, & vigent. est autẽ vir calidus & siccꝰ,
mulier frigida humidáq; ergo virorum tũc vi-
res infirmantur, mulierũ corroborantur, & vi-
gẽt per compensationem qualitatis contrariæ.

Cur nonnulli rem veneream cum voluptate 27
patiantur, & alij vel ipsi agere cupiãt, alij pati
tantũmodo gestiãt? An quòd excremẽtis sangui-
nis locus determinatus à natura est, in quẽ insti-
tuto secerni naturali debeat, solicitáque natura
ꝙ vim̃ extrudere solet, verbi causa, vrinã in vesi
cam, cibum cõsumptum in aluum, lachrymam
in oculos, mucorem in nares, sanguinem in ve-
nas naturæ deduci placuit: his autẽ proxime ge
nitura quoq; in testes, & pœnè deferri cõstitu-
tum est. Quibꝰ itaq; meatus habitu suo naturali

priuan

priuantur, vel quia obcecati sunt, qui ad penem tendant, (quod spadonibus hisq; similibus euenit,) vel etiam aliis de causis, his talis humor in * sedē cōfluit, quippe qui hac trāsmeare soleat quod eius loci contractio in coeundo, & partu sedi appositarū consumptio indicant, qui si aliomodum semine genitali abundant, excrementū illud large in eum locum se colligit. Itaque cum excitata cupiditas est, attritū pars ea desiderat in quā confluit excrementum. Cupiditas autem excitari tū a cibo, tum ab imaginatione potest. Cùm enim alterutra de causa libido commota est, spiritus eodem concurrit, & genus ad excrementi cōfluit, quo secedere notum est. Et si tenue, spiritus fumue est, cùm difflatum id fuerit requiescunt: quemadmodū pueris, & adolescentibus interdū nullo secreto humore cessare tentigines possunt. Sed si crassum, corpulētumque est, nisi extruso quiescere nequeūt. Quòd si neutrum eorum accidit, cupiunt, quousque alterutrum accidat. Quorū vero natura mollis & feminea est, ita ſ constant, vt genitura vel nulla vel minima conueniat, quo illorum fecernuntur, qui prædicti natura integra sunt, sed se in partis sedis dibertat: quod propterea euenit, quia præter naturæ normā cōstiterūt. Cùm enim marem crearētur, ita degenerarunt, vt partem virilem mancā, atque oblæsam habere cogerentur. Læsio autē alia rem omnino corrumpit, alia pertuertit, & vitiat. At genus illud corrumpēs, vt his sit, fieri non potest: ita enim mulieres, nō virī crearētur. ergo pertuerti, citariq; aliorsum quàm fecernendū natura voluit, necesse est. Vnde fit, vt insatiabiles etiā sint modo mulierum humor enim solicitās ille exiguus est, nec quan-

* vbi-libet.

quam se promere conatur, refrigeratūrq; celeriter. Quibus itaque sedem humor ex toto adiuit, ij pati tantummodo aueri; quibus autem in vtranque partem sese dispertit, ij & agere, & pati cupiunt: idque amplius, quo tandem plenius fluxerit. Sed sunt, quibus vel ex consuetudine affectus huc accidat. fit enim, vt tam gestiāt quam cùm agunt, vtq; genituram nihilominus ita emittere valeant. Ergo agere cupiunt, quibus hæc ipsa vsu euenerunt. & consuetudo magis veluti in naturā idcirco illis euadit, quibus non ante pubem, sed in ea vitium patiēdi inualuit, quoniam his recordatio rei, cùm defiderāt oritur. Vna autem cum recordatione gestiens exultat voluptas: desideratur autem perinde ac nati ad patiendum. Magna igitur parte vel ob consuetudinē res existit. sed si accidat, vt idem & fallax, & mollis sit, longe expeditius hæc omnia euenire posse putandum est.

Cur homines rem agere veneream cupiētes 28
confiteri se cupere maxime pudet: bibendi, aut edendi, aut aliquid eiusmodi faciendi desiderio cùm teneantur, confiteri non pudet? An quòd rerum plurimarum cupiditates necessariæ sunt, & nonnullæ nisi expleantur, interimunt? Rei autem veneræ libido superfluit, & abundantiæ index est.

Cur viri per hyemem, mulieres per æstatem 29
res veneræ appetentiores sunt? An quòd viris calidior natura, & siccior est: mulieribus autem humida frigidaque? Quamobrem illis humor, & calor satis cupiditatem veneris hyberno tempore accendere queunt, quibus rebus semen ceris certum est. mulieribus autem & calor minor, & humor cōcretus propter caloris inopiam

tunc est. At per ætatem contra mulieribus ex-
lor modicus, viris largior quàm satis sit: nimius
enim vires frangit, atque dissolut. Quapropter
pueri quoque per ætatem tenuiores redduntur: mendit enim vt ignis igni commigetur.

30 Cur quibus natura calida est, si modo robu-
sti, *pleniq; sint, nisi cœcumbant, iis sæpe bilis * πλη-
prouisat, & alius amara secedit, & pituita talia θεις.
cõiicitur, & color corporis immutatur? An quòd
semper cum semine vnà excrementi aliquid exit?
Vnde etiam nonnullorum excrementis abun-
dantium, genitura lanamentũ piscium redoleti
igitur excrementum quoque illud concumben
ti decedit: itaque nihil est, quod possit affingere. abstinenti autem manet, & amarum, salsúmve redditur.

31 Cur libidinosi sunt, qui melancholici? An
quòd statu redundant: semen autem decessio
status est: ergo quibus idipsum amplificatum,
hos sæpe purgari appetere necesse est. sic enim
efficitur, vt leuentur.

32 Cur aues, & pilosi homines libidine vehemẽ-
ter aguntur? Vtrum quòd multum humoris
continent? An non ea ratio est: firmina enim,
quæ humida est, pilis vacat, sed potius quòd
genus illud vtrunque naturæ multi humoris
concoquens propter caloris copiam est lasci-
cio plus est, atque penna. An quòd & multum
mest humoris, & id à calore superatur. neque
enim si multum non esset humoris, neq; si non
à calore vinceretur, pennæ auibus, pili homini-
bus possent vnquam oriri. semen autẽ vel loci
ac temporis portione, vel ratione creari plu-
mum potest vt in aere, vt in vere: nam eius na-
tura calida, & humida est. Fit etiam ratione ci-
mmi,

mmi, vt aues, & claudi homines salaces nimi-
rum sint. alimentum enim vtrumque seorsum
quidem exiguum profuit propter vitium cru-
ris: in sublime vero affatim effertur atque in se-
men conuertitur.

Cur homini, cùm concumbit, oculi potissi- 33
mum infirmantur? An quòd humore deficiente
id accidit? Argumentum vero frigidam esse ge-
nituram, quòd humida nunquam reddi-
tur, nisi calefiat, nec vllam deside-
rat liquefactionem: quando-
quidem per vniuersum
corpus expansa est,
quemadmo-
dum san-
guis.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO QVINTA.

Eorum, quæ ad laborem pertinent: cæterarum quæstionum XXXVIII.

VT ambulationes prolixæ quidē par plana laboriosiores sunt, *quā per inclīpta: breues autem leuiores? An quòd membra tum à multo, tum à vehemente motu frangantur? est autem vehemēs, qui passim per loca inæqualia agitur: multus vero, qui continens, vnúsque est. Locis igitur inæqualibus tametsi longa motio acta est: tamen requiem mutatio præstat, facítque vt longa non fit, ne ipsorum quidem equorū propter mutationem. Planis autem habitus similitudo, & paritas nihil interpellat, nec mēbris is vllā præstat quietē, sed efficit, vt mouendi ratio continetur. At vero si breuis sit nimietas quidē motus nulla in planis fatigabit: asperitatibus autē, quoniam immutatio vehemens, & cōtraria corpus modo sursum, modo deorsum vexat, fatigetur necesse est. Talis vero motus, vt dictū est, qui per arduā agitur: contrarius, qui per plana.

* vim acui-pasmon.

2 Quam ob causam qui animo deficiūt, & qui præ nimio excitandi labore dissoluuntur, mole corporis cōtractiore existunt, vocēq; reddere acutior

acutiorem putantur? An quia voces minores mittuntur, ideo acutiores esse videtur? Argumētum, quòd qui clamantes à longe imitātur, acute præferunt. Males autem corporum minores ideirco redduntur, quòd sanguis à summis corporis partibus se vocat ad imas.

Cur venter tantummodo extenuatur eorū, qui se exercitationi dederunt? An quoniā venter pingue amplectitur plurimum?

3 Cur pingue eorū absumitur, qui se laboribus dederunt: caro autem nullatenus emaceratur? An quoniam pingue concalefactum liquescit, quod carni non euenit. motio autem concalefacit.

4 Cur venter optimus admodū esse solet? Vtrū quòd cibi propinqui est: dūmque cætera membra ex ventre hauriunt, venter ipse sibi sæpius ingerit? An quoniam minime venter laborat: flexibus enim hic nullis contorquetur.

5 Cur melius fatigationes tum cessant, cū quis ex aqua oleo permixta se perfricuit? An quoniā oleum magis subire cum aqua potest, quàm si per seipsum est? ducitur enim suapte natura, vt innatet, & fluitet. vbi autē subiit, corpus subinde amplius emollitur. An quia oleū natura calidum est: calidum autem quodque & siccat, & indurat, at membris fatigatis, siccitas, & duricies incommodæ omnino sunt: mistum igitur aquæ eo plus iuuat, quo minus siccat.

6 Cur lassis corporibus cuomodū præcipue, cùm tamē vomitus sit laboriosus? An q̄ lassitudo collīs ossibus, aut prestātis, aut fatigatis cōsequi solet, quor quidē effectū* patiūtur extrinsecus, aut intrinsecus: idq; bifariā: aut enim cùm copia carnis viret exuperant ossa, aut cùm frequēs corpori se cætero corpori miscuit, quo locū ibi obti-

nere apte non possit: quale genus excrementorū est. Pōdera enim quæcunq; extrinsecus corpori applicentur, laboriosiora sunt, quam ipsa corporis mēbra, etiā si pondere leuiora illis esse cōtigerit. Argumentū, ꝙ qui plus æquo valederint, vel biberint, hi minus quàuis laborarint, quàm iejuni, grauius tamē fatigātur: quoniā cib⁹ locū suū non obtinet, vtpote qui adhuc maneat crudus. Cùm autē fatigatio maceret, atq; colliqui excrementū autē non niſi excrementū sit: hoc est, quod lassitudinē mouet, dum temere vagatur, occursātq; ossib⁹, & nerais, & intimis carnis, quæ rata, soluta, patefactāq; subsīāt. Vomitus igitur cùm id extrudat, quòd fatigationē inducit merito hominē recreat, liberātq; à lassitudine: corpus enim quale principio fuerit, tale restituit. Elaxat autē vomitus, non nimij motus ratione, sed si ita fuerit, vt nō plene agatur. Copia enim ciborū, quæ in vētriculo remāserit, & excremēta, quæ his inerant cibis, faciūt, vt lassitudo vomitū cōsequatur, quēadmodū in corporibus nimium impletis dictū iam est. Quòd si nec illis causam lassescēdi labor inferat, sed cùm ita sese haberēt, laborarint, nec ijs qui non totum cibū ejecerint, vomitus causa foret lassescendi. Nā si hoc esset, haud erat, ꝙ non omnibus euomentibus lassitudo incideret: nunc vero multi post, vbi euomuerūt, alacriores certe redduntur.

Cur laboriosius brachio est inanē iactasse manū, quàm cum lapide? An ꝙ inani in natura brachiū quasi cōuellitur vehemētius: nulla enim in re nititur, quemadmodū cùm mittit, missili obdito, fulcire se potest. Huic proximè* saltus quoque pōdusculis susceptis instituntur. Et qui currit, manus obquatiens, se sustentat. Quamobrē ille plus

* ἐγγὺς δὲ καὶ ἅλμα.

plus prosilit, halteres tenens, quàm non tenens: hic velocius currit, manus obquatiens, quàm non obquatiens.

Quam ob causam cursus velox tam in hominum genere, quàm in cęterorū animantium facit, vt capita a morbo tententur? quanquā cursus vnusquisque detrahere ad ima genus omne excrementorū putatur, vt ambulatio, quapropter cura eorū implētur, qui nimiū ambulant, quoniam de parte superiori ad imam labitur, & alimentū omne, & excrementū. An motus quidē vbiq; agere idē potest? Verū motus velox, cùm vires intēdit, & spiritū retinet, caput cōcalefacit, eāq; venas nimirū inflat, & attrahētes redit facultatis externę, vt frigoris, vt caloris, addeque in pectore cōtinenturnā ea quoq; attrahi, reciprocariq; inde credendum est. Quibus rebus admissis, locum ægrotare illum necesse est. 8

Cur locis æqualibus, quàm inæqualibus magis fatigatur: ocyus autē iter æquale quàm inæquale cōficitur? An minus laboris tunc est cùm motus nō semper eodē habitu agitur, quod ingressu inæquali potius fit: ocyus enim ingredimur, vbi minus cōtra natura mouemur. Ergo per locum æqualē parce atq; frequēter & ponitur, & attollitur, per inæqualem autem cōtra. Atqui ratio attollendi contra naturam est: vi nanque omnem attollendi vsum exequimur. Quod autem per singulos gradus paulum redditur, id multum per multos demum exulat. 9

Cur in planis laboriosius accubamus, quàm in concauis? An eadem ratio est, cur etiam in cōuexis laboriosius, quàm planis? Cùm enim pōdus corporis se eundem in locum, in sedendo, accubandóve colligit, facit per affixationē, vt labo- 10

retur. Incuruum igitur quàm rectum, ídque quàm concauum magis tale se exhibet: nostrũ etenim corpus in orbẽ se colligit potius, quam dirigat in processũ. quæ autẽ eiusmodi sunt, hæc per plura attinguntur à concauis, quàm à planis. His eisdem de causis etiã fit, vt quæ cedunt, minus quàm dura, & retinentia fatigent, & in accubando, & in sedendo.

12 Cur breues deambulationes fatigationẽ mouere amplius soleant? An quia *cuariãt, incomptæq; sunt? Faciunt enim vt sæpe subsista tur. Decõtrario autẽ in cõtrarium frequẽter mutari laborioſum est: neutri nãque assuescere finit, quæ quidẽ assuescendi ratio vacat fatigatione. vtrique autem simul vt assuescas, fieri non potest.

*ἀναμελεῖ ται.

13 Cur qui equo vehuntur, quo longius equus decurrerit, eo magis emittere lacrymas solent? Vtrũ quoniã aër, qui se obiectat, subinde eo frigidior est, quo minus tẽporis corpus attigerit? quod iis etiam euenit, qui cursum nudo corpore agunt: frigus autem mouere lacrymã potest. An contraires enim calida lacrymam ciet, velut Sol. motus autem nimirum calorem efficere potest. An propter ictum illatum ab aëre illud accidit. quomodo enim venti aduersi oculos perturbant, sic aër occurrens eo magis ferire potest, quo equus velocius agitatur.

14 Cur cætera mẽbra cùm perfricẽtur, pleniora euadãt, venter autẽ soleat extenuari? An perfrictione prorsus vehemẽtiore extenuatur, cũ is etiã impleri soleat illa fricãdi ratione, quã paulatim amplificando admouemus. sed non æque proficit, atq; caro qua de re quæritur quippe cũ omnino in exercitãdo, laborãdóq; venter præcipue extenuetur. Ratio igitur, quod optima quæ

quæque cõcalefacta liquescunt, & ea magis, quæ ortẽla suapte natura sunt vẽter autẽ cuteus est, cutis vero sua natura tensione habet. Sed enim quòd vẽter celerrime opinatur, ideo & pingue aliquid semper obtinet, nisi morbo laboret. Cuius rei causam dixerim quòd cibo ex vicino positus est. Cùm igitur omnino pingue res propria naturæ non sit, sed aduentitiũ, nec ita necessariũ, vt caro adhæreat: ideo exercitãdi, & perfricãdi agitatio ventrẽ concalefaciens, liquefacit, & macerat, alimentúmq; quod inde redundet, membris cæteris dispertit. quamobrem sedulo ventrẽ opimat reliquum corpus extenuat. motiones vero, perfrictionesque ventrem extenuant, reliquum corpus implent, & augent.

Cur peracto lõgo itinere, aut cursu, si quis se super lammos constiterit digitos, calces pedum cõquatiũtur, proniq; deorsum labũtur? An propter continuatũ, vehemẽtemq; motũ concitati nerui nondũ requieuerunt? Fit enim sæpe, vt animus euincere corpus totũ possit: mẽbra autẽ singula inhibere nõ possit, vbi se quẽdã in modũ cõmouere. nõ enim cor, nũ penẽ excitũ residere animus cogere potest. Ratio autẽ rei quã quærimus, est, q; multũ spiritus circa neruos deuiatur, quod non simul ac subsliteris, refrigescere potest. Is igitur spiritus concitiẽs, veluti subtrahendo sese motu deducit, excitq; vt pars remotissima minime cõtineatur. itaq; calces tremiscũt, quemadmodum imum labrum hominis irati. 15

Qua de causa qui non cõcitate admodũ curriũt, *numerose respirãt? Vtrũ q; numerus omnis mẽsura certo recipit motu: talis autẽ motus est, qui per æquas agitur portiones, quẽadmodũ agit, qui currit lenter. Ergo simulatque agere 16 * in 7ẽ 7ũ μῆ.

cursum incœperint,respirãt ita,vt cùm spiratio per cõpares vices propter parẽ metiẽdi motum reddatur,numerũ siue modulationẽ posit cõmeare. An quod omnis spirandi ratio comparivicissitudine cõfici soleat, modo quis non retineat,sed tenori trahendi à natura determinato vtatur? Igitur cùm sedemus,aut ambulamus, quòd motus corporis mediocris est,numerus palam non fieri potest. cùm item cursum cõcitate agimus,quòd potest consequi motum nequeat, numerum percipere respirandi haudquaquam valemus. At cũ mediocriter nosipsi cõcitemus, motus ipse mediocris modum respirandi sensibilem præstans,explicare numerum potest.

37 Quare inter currendũ aer inflatum conuerti nobis videatur? Vtrum quoniam dum per cursum agitamur,aërem corporibus nostris continenté excitamus, quod non nisi flatum mouere profecto est.quocirca non solum videtur,sed etiam vero inflatum aër cõuertitur. An quòd in currẽdo aërem impetu nostro violemus: quo facto,sensu aëris per motum magis afficiamur. ergo recte in flatum aër se conuertere videatur. hoc enim ratione impetus potest euenire.

38 Quamobrẽ curreantes potius cadimus, quàm ambulantes? An quòd magis,quàm moueamur attollimus: hoc enim inter cursum, & ambulationem interest.

1 Cur ascendẽtes genibus, descendentes femoribus elaboramus? An quoniã dum ascendimus, corpus sursum iactamus* diffẽtionemq; corporis,genuúmq; mouemus,ex quo genib⁹ laborãt. dũ est proclivius autẽ locis, eo femoribus laboratur,quod in ipsis enixi crura submouemus. Ad hæc omne,quod præter naturã fit,laborem dolorẽmq; mouet. est autem secundum naturã genibus,vt ante flectãtur: femoribus autem, vt retro. at locis acclivis genua retro flectuntur, nã innixi,firmarique volumus: proclivis autem femora ante cogũt,corpus enim se pronũ,propensúmque ita defert.

* διάστασις corporis. & genibus, multa fit.

Cur in itinere media femoris parte potissimum fatigari solemus? An quòd longi cuiusq; atque continui pars potissimũ media laborat, cùm scilicet stabilitũ,fixúmque manet: quamobrem hæc præcipue rumpitur: femur autẽ tale est. ergo partem potissimum mediã eius fatigare merito solemus. 10

Quam ob causam qui humida cõstant natura,facile è labore, æstúque strangulantur? An quòd humor cõcalefactus trãsit in aëra, itaque aerius vrit. ergo cùm ob nimietatẽ facultas sub moderandi nõ datur,refrigeratio nulla subsequitur,atq; ita celeriter homo calore insito,& adustitio exardescit. Quapropter sudor, spiritúsq; facessit eos nuãt,q se exercẽt,qui deniq; laboribꝰ se dederũt. Cùm est humor discernitur,atq; extenuatur,spiritũ inde enasci necessarium est. 11

Quare corpora,*quæ modice cõstãt,temperatáq; sunt,in morbum sæpius incidunt, & facilius curãtur? An vtrũque eadẽ de causa euenit? est enim æquabile,quod modicũ est: quod autem æquabile,id compatibilius est. quamobrem si qua eius pars laboranit, protinus totum collaborat. Immodicum autem contra, vtpote quòd seiunctius sit,partim suarum vitia minus hauriat,minúsque cõsentiens est. Ergo sæpius id in morbũ hac de causa incidit facilius autẽ curatur,quoniã malũ partium cõmune omniũ est: eo nãq; debilius redditur,quo se in plura degerit. * τὰ σύμμετρα.

ferititaq; curabilius est. Immodicū vero illud vt quòd rem cōmunem cum partibus non habeat, minus quidē ægrotat, sed difficilius curatur, quoniam malum vehementius vrget.

23 Cur æqualibus s, quàm inæqualibus locis magis fatigari solemus: ocyus autē iter æquale, quàm inæquale expedimus? An quòd minus laboris tum est, cùm nō assidue habitu eodē moueamur, quemadmodū ingressu æqualis potius agitur: ocyus verò ingredimur, cùm vbi minus pari tempore attollimus. Ergo per locū æqualem vsus attollendi exiguus est, atq; frequēs: per inæqualem autem è contrario. Quod vero per singulos gradus paulum redditur, multum id per multos demum exultat.

24 Cur femora in descendēdo, tibiæ in ascendēdo laborant? An labor in ascendendo est, qua corpus attollitur? fit enim vt totū corpus nobis oneri sit. Itaq; cui totum incumbit, & quo totum attollitur, id præcipuè premitur, atque laboratt hoc autem tibia est. postremā enim hæc longitudinem tenet, nec modo pedis latitudinē aliquam fortitur. vnde fit, vt hoc minus se valeat stabilire. Itaque vt humeris, ita tibus pōdus sustinemus, laboremq; ob eam rem, quo humerus maxime affici solet, tibia quoq; patiatur, necesse est. At in descendendo, quoniā corpus deorsum se defert, propellitq; contra naturam, hinc labor, & vexandi ratio prouenit: itaq; laborem huic præcipue admouet, cui incūbit, quōdque vexat. Atqui tibia manet, thorax pōderi est, femur sustinet atq; vacillat, eo quòd & pars ea in lōgitudinem est, & superne versatur, qua scilicet thorax procumbit.

25 Cur iter longius tū esse videtur, cùm ignari quantū

quantū sit ambulamus, quàm cùm gnari, si modo res cæteræ pares adsint? An quòd nosse quātum sit, non nisi nosse eius numerū est, remque non determinatam pluris quàm determinatam esse perspectū est. Ergo quemadmodum, si nosti quantum sit, finitum id esse necesse est: sic etiam si ignoras, quasi reciprocetur, animus caullatus oberrat, infinitūmq; id esse videtur, quod finitū est. Quāobrem si quantum quodlibet determinatū nō esse putetur, velut infinitum id esse videbitur, eo q̄ aptū est, vt sit determinatum. at si determinatum non sit, infinitū est: ergo id quoque infinitū quodammodo videri necesse est, quod determinatum esse nequaquam videtur.

Cur femora magis, quàm tibiæ fatigantur? 26
Vtrū quòd prope absunt ab ea parte, quę excrementū continet? itaque vbi ea pars agitata nimium recaluerit, femora expeditius ac plenius attrahere possunt, quàm tibiæ. An quòd femora ōstentiore constant natura? laboratur enim præcipuè propter continui distractionē: quippe cùm etsi nullo excremento substāte fessi sumus, tamen femoribus, ac lumbis acrius laboramus. An quomodo *inguina per iētū oriri nouimus, propter venarum & neruorum societatem, ita etiam lassitudo potius in femur incumbit: quod quidē ab initio propius abest. An q̄ femur eadē habitus ratione fungitur suo munere magis, quàm tibia: quæ quidē res laboriosior est. An q̄ femora carnis copia sustineant, itaq; res affatim in his mensa, quàm naturæ rationi tribuimus.

* Ex Rel. Gen. 192.

Quā ob causam tubercula, & vlcera nonnulli ex labore prouenīūt? An corpore impuro motus concalefaciens, excrementa alia etiam cùm sudore vaporatim detrīngit, quæ crassa & humore

27

more prauo, hoc est acuto, aut amaro, aut subdulci contenta, secerni penitus suâ ob concretionem non queũt utaq; per carnem intumescit, atque exulcerãtur propter amari humoris violentiã.

28 Cur nõ protinus ab exercitatione, aut à medicamento epoto cibus assumi debeat? An quòd adhuc corpus purgatur, nec dum à labore quæ scit, excrementáque excita redundant?

Quamobrem currere, quàm ambulare difficilius est? An quòd plus onetis fert qui curritur? is enim elatus, ac pendens onus super se totũ sustinet. At qui ambulat, parte insistente vicissim sustẽtatur, quasi parietate admotus requiescat.

30 Cur non protinus ab exercitatione esurire incipimus? Vtrum propter colliquefactionis redundantiã, dũ penitus concoquatur? An propter spiritum, quem labor ex humore subdito mouet. An propter sitim, quam laboris calor inducit. hæc enim accidunt omnia.

31 Cur * genitura in somnis iis profluere, soleat? aut labore lassescẽte, aut tabe consumuntur? An quod omnino ita * incontinentes sunt, qui naturâ calida & humida constant: semen enim tabescentia natura est. Quod autem tale est, ex iis, qui talibus halitu sunt, potissimũ profluit, cùm calor somni accesisset. quippe cùm corpora tantisper * exigui momentum desiderent, idque intrinsecus, non extrinsecus. Lassi autem, & tabescẽtes ita affecti sunt. redundant enim, & elassati colliquamenta calidis propter fatigationem, & motũ, & tabefacti propter distillationem, & calorem, quem inflammatio mouet,

* γένεσις σπέρματος. Genitura. * in sãcte polluũtur. * exigua propensione egeãt, eaq;

Quam ob causam crus suum sinistrum diutius 32 perfricare cuique difficilius est, quàm dextrum? An quod parte dextra laborare valemus: rebus autem

autem præter naturam proficiscentibus, annumeranda cruris sinistri frictio est: fit enim dextra translata in partem obiectam. Quæ autem præter naturam fiunt, hæc factu sunt difficilia. Sinistra vero manu partẽ perfricando dextram, nil tale percipimus: quoniam hæc neutram in partem apta potensque est.

Cur breues deambulationes laboriosiores 33 sint? An quod crebro subsistimus, neque æquabili incessu mouemur, cùm flectimus: quod certe laboriosum est.

Cur in Sole cùm stamus, amplius recalescimus, 34 quàm cum mouemur: cùm tamen motus omnis vim calefactoriã habeat? An non omne mouendi genus calefacit, sed est etiam quod refrigeret. quod etiã in ollis feruentibus patet, quoties eas afflamus, aut versamus? An quia cùm stamus calor permanetius autem cùm permanet, amplius calefacit, quàm cum mouetur. Corpus etenim nostrum vaporem de se quendam mittit assiduè tepidum, qui proximum aerem tepefacit, quemadmodum initio. Cùm igitur quiescimus, aër nos circunfundens, calidus ob prædictã causam redditur. At cùm mouemur, flatus excitatur, qui refrigerare nos potest. flatus enim quisque frigidus est.

Quam ob causam qui equo currunt, quo cõ- 35 tentius cursum arripit equus, eo magis lacrymas mittunt: & qui pedibus, eo magis, quo intenderint vehemẽtius? Vtrum quoniam aër occurrens frigidus est. frigus enim lacrymas mouet, quippe quòd contrahendo, cõdensandóq; carnem, humorem exprimat. An potius contra. calor enim sudorem elicit: lacryma autem sudor quidã est. quapropter à concalefactione

vtrum

vtrunq; mouetur,& sudor,& lacryma, salsúque pariter ambo sentiuntur:calorem autem efficere motus potest. An propter aëris ictum. quomodo enim flatus aduersi oculos perturbat, ita etiam aër, qui se obiectat, quò quis contentius equum agitat, aut ipse currit, eò magis ictu quodā mouetur, & obuerberat, & ferit. quo fit, vt se lacrymæ promāt, scilicet meatibus oculorū relaxatis appulsu eiusmodi. Omnis etenim ictus vim aut secandi habet, aut collidendi, & contundendi.

36 Quamobrem qui cursum concitate agūt, *eiusmodi* aulis maxime corripiantur, vbi quis inter currendum eis subsiterit? An quòd ea potissimum diuelluntur, quæ in partem contrariā vehementer trahimus, atq; mouemus? Cùm igitur homini currenti, vehementerq; membra vltra ppellenti, qs obuiā factus obstiterit, accidit vt in partem retorqueantur contrariā, quæ adhuc antea pertendūt, atq; prorupūt. Itaq; diuulsio eo vehementior incidit, quo cursus cōtentius agitur.

37 Cur ambulationes minus laboriosæ sunt quæ inæquales, quàm quæ rectæ agūtur? An q̄ clinatio erecta secundū naturam corporis vniuersi est? ideo ambulationes, quas loca æquabilia præstāt, laboriosiores, quàm inæquabiles sunt? quæ easdem partes labore admouent, quod inæquales illæ non faciunt: distribuunt enim magis omnes corporis partes. Calidis vero temporibus arctæ ambulationes plus valent, quàm frigidis: quippe quę partibus externis laboris plus afferant, & quidem sudorem ob ea rem euocando extenuent. Frigidis contra carnem reddūt constantiorem, & stomachū excitent, ciborūmque faciunt auidiorem. Partibus enim internis calorem augent. membrisq; ad frigoris appulsum torpē-

torpētibus, locum intimum calore amplificato efficacius purgant. Carnē vero solidiorem efficiunt, vt quæ per eā vniuersam nequeant superare. Acclines etiā ambulationes laboriosiores sunt, quàm declines, magisq; extenuant. Faciunt enim acclines, vt lumbi potissimū laborent, declines vt femora: pōdus enim totum femoribus incumbens grauissime premit: quod item, cum præter naturā sursum efferri à calore cogatur, maiorem in modum calefacit. Itaq; efficitur, vt arduū ambulandi genus sudores moueat, spiritum suspēdendo extenuet, lumbis dolorem infligat: crura enim magna cum difficultate se in sublime recipiunt, lumbos inflectunt, frangunt, euellūtq; quibus de causis labor præcipuus sequatur necesse est. Locis autē duris, ac renitentibus habitæ ambulationes musculos, & *neruos cruciant, fatigant: quippe quæ contentiones tam nervis quàm musculis moueāt, cùm enixu agātur violento. Mollibus vero & cedentibus locis facta ambulatione, articuli potissimum sentiūt. flexus enim articulorū pererebrescit, cùm solū facilè succumbat, dilabatur, & cedat. Eadem autem quæstio est. * tend. nes.

Cur locis *arduis difficilius ambulemus? An quoniam omnis ingressus attollētia, & positione cōficitur? attollere igitur præter naturā est, ponere secundum naturam, *proponere medū renece. In ambulādo autem locis arduis, multum fortis illius auersa à natura proculdubio est. 38 *similis * τὸ ἐφιστάναι.

Quare qui cursum equo arripiunt minus desistunt? An quòd *magis cauent, quam timent. 39 * timent, magis cauent.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO SEXTA.

Eorum, quæ ad frōnem accubitum, & habitum corporis pertinent: centum quæstiones VII.

1 VT sedile alios impleat, alios exeat? Vtrū habitus corporū distent inter sese, vt alij calidi, alij frigidi sint? ego si ita est, calidi implentur cibū enim corpus vi sui caloris exuperat frigidi autē, quòd adventitiū calorē deliderāt, quē ex mouēdi ratione potissimū corpus acquirit, cōcoquere nequeunt, dum quiescunt. An q̄ alij excrementis redundant, & ob eā rem motum, qui ea consumat, desiderant, alij non.

2 Cur partes corporis distendendæ sint quod qui se exercitant, facere consueuerūt? An quod meatus spiritu suo purgari oporteat?

3 Cur inflexo corpore cubare melius est, quod etiā medici plerique præcipiūt? An quòd venter cùm recalescit, cōcoquere celerius potest? ita autem fit, vt recaleat. Ad hæc, lucū flatibus dare in quem incūbāt, & innitatur oportet? ita enim minime infestabunt hinc enim & varices, & cæteri abscessus iuuāt, q̄ ventriculos cōtinent, in quibus flatū recipere queūt. Ergo corpore extento, cæterna nulla ejusmodi adigi, potest locū: etenim omnem viscera occupant. inflexo autem, singula laxantur, & sinuantur.

*pinguescat.

Cur

4 Cur vertigo surgenti potius accidat, quàm sedenti? An quoniam quiescenti humor *vniuersus vnū in membrum se colligit? ex quo cruda enim non nequeunt circunuerti, sed protinus deciduntur: mouenti autem humor se æque expādit, surgimus igitur à quete, qua ita affecti sumus; sedemus vero à motu, quo humor æquabili modo quaque versus se porrigit.

*confertim

5 Quam ob causam cùm parte corporis dextra collamus, somnus magis accedit? Vtrū quòd vigilantes cōtra, quam dormientes habemus? ergo cum vigilando parte accubemus sinistra cōtrarium sequetur in dormiendo, inutio, cùm id cōtrarium sit. An q̄ somnus priuatio motionis est partes igitur, quarū mouere interest, gestāt oportet: dextrarū autē parūm mouere interest. Cùm autem ita accubamus, velut initiū quoddam resurgēdi detentū, obligatāmq; habemus.

6 Cur torpeamus, & cur manus potissimū, & pedes? An quod torpor refrigeratio est? hi enim propter sanguinis peruationē, translationemq;. Manus autē, & pedes, omniū maxime partium carnis inopes, nerui vberes sunt, sed præcipue pedes. itaque ad refrigerationem celerem sua natura aptissimi habiles redduntur.

7 Cur libenter in latus accubamus sinistrum, in dextrū autem potius dormimus? Vtrum quoniam conuersi ad lucem, minus dormire possimus? tenebris enim in tenebris oculus obrepit. An quòd dū in latus accubamus sinistrum, vigilare magis ex parte consuemimus, & operū functio sic nobis expeditior est. Itaque ad contrarium opus cōtrarius habitus, siue situs requiritur. insitatur autem quisq; magis ad opus inuigendum, habitus sui ratione.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO SEPTIMA.

* ἐκ συμπαθείας.

*Eorum, *qua ad consensum naturæ animantium pertinent: omnes quæstiones V.*

1 *In duabus sequentibus sectionibus inquæstionum numero, ac ordine Græcus codex à Latino valde dissentit.*

CVR à morbis nonnullis ægrotantes, qui appropinquarint, à sanitate nemo sanari potest? An quoniam morbus motio est, sanitas autem quies? ergo ille mouere potest, hæc non potest. An quòd alterum non voluntarie, alterum voluntarie accidit? res autem non voluntariæ à voluntariis, consultisque plurimum differunt. Cur oscitanti sæpe in oscitando respondemus & cùm mingentem quempiã videmus, ad mingendũ monemur? quod iumentis præcipue accidit. An propter memoriã? mouemur enim ea ipsa parte, quoties meminerimus, hominibus tamẽ quia sensu prædita sunt faciliori, statim vbi viderint, euenit, vt moueantur, remiscẽturque iumẽtis autem vidisse nõ satis est, sed alio quoque sensu opus est. Quamobrẽ addito etiã olfactu, mouetur: quoniã sensus hic in brutis mõbilior est. Vnde fit, vt eodem in loco sequentia mingant omnia, quo primũ emiserit. tũ enim præcipue mouẽtur, cùm olfaciunt: olfaciunt autem, postequam appropinquarunt.

Quamob

Quamobrem cùm secari quempiam, aut vri, aut torqueri, aut aliqua re tetra afici videmus, animo vicem eius doleamus? An quòd omnium communis natura humana est? ignoscimus ergo, cùm tale quippiam inspeximus, propter naturæ consortionem, & familiaritatem. An quomodo nares, & aures delibationes quasdam rerum obductarum pro sua facultate concipiũt, sic etiam aspectus afficitur, & à re delectabili, & à tristi.

Cur à tabe, & lippitudine, & scabie capiuntur, qui appropinquarint: ab aqua autem intercute, aut febre, aut stupore attonito, aut aliquo ex numero cæterorum malorum capi nequeũt? An à lippitudine, quoniã oculus pars nostri corporis mobilissima est, cæterarũ maxime omnium rei sibi obiectæ similis reddi potest? quippe qui facile moueatur ab eo quod mouetur: taq; fit, vt cũ perturbatum obspicat oculum, facile ipse etiam perturbetur. Talis autem cõtagio ideo fit, quoniam spiritum vitiat, grauemq; reddit. celerrime autem omnes morbis arripiuntur iis, qui spiritu corrupto proueniunt, quale est omne pestilens genus: qui autem appropinquarit, talem profecto spiritum trahit, quale æger ille reddiderit. Aegrotat igitur, quia morbiferũ est, quod spiritu trahitur: ab vno autem morbum excipit, quoniam vnus ille sic spirat, cæteri secus: eundem vero, quia quo ægrotarit, hoc non aliter spirat, qui fuerit affectus. Sed scabies magis, quam lepra, cæteraq; vitia generis eiusdem, afficere potest: quoniam per summa corporis errat, & humore manat glutinoso. Igenus nanque pruriginosum omne tale est. Itaq; idipsum quia per summa effertur, glutinosũmq; est, nimirum ideirco attingere potest. cætera nequeunt, vel quia non

per summa proueniũt, vel quia persistere suam ob siccitatem non possunt, quamuis per summam cutem oriantur.

Quid est, quòd nonnulla ex iis, quæ auditu tristia nobis occurrunt, vt inhorrescamus, efficiat? vt serra cùm exacuitur, & pumex cũ secatur, lapis cum mola frangitur. Quæ autem nos affectionum patẽt aspectui, hæc genera affectionũ ipsa in nobis creant? dentes enim stupescũt, cùm aliquot rem acida edentes aspicimus. Et plerique cùm homines laqueo suspendi, vel aliter strãgulari viderent, ipsi defecerunt? An & vox omnis, genũsq; omne strependi spiritus est qui nostrũ subitũ sensũ, monere nos solet? cumq; suũ motũ vel magnitudine, vel pulsu vehemẽtiore amplificauit, aliquid ex iis, quæ nostro in corpore latẽt, inmutat, & sæpe interimit. Ergo spiritꝰ, qũ quãuis magni, leues tamẽ adierũt, ij sedẽ ipsam cõcutiunt sentiendi; & lætitia ob eam rem nos afficiunt. Asperi autem, quoniam ictum inferũt vehementiorem, sedem vtique illam cõcutiunt, longeq; pro ictus sui facultate sc porrigãt: quod idem res quoq; frigidæ faciunt. Frigiditas enim vis quædã est, sed hanc horrorem inuehere posse, dictũ iam est. Asperitas vero, quòd pulsu frequente initium pilorum concutiens, in partem pellit aduersam, efficit, vt pili se erigant, pulso nanque initio, cacumẽ pilorum se transferat in partem aduersam, necesse est, itaque fit, vt pili exurgant omnes enim deorsum procumbũt. Et spiritꝰ quoq;, qui per aures corpori se insinuat, de summis ad ima se defert. Ergo cũ soni, quemodo diximus, asperi sint, horror vtiq; ob causam prædictã moueri potest. Sed euenit, vt cæteris partibꝰ potius, quam in capite moueatur, quoniam

quoniam vt pili partium cæterarum imbecillio res sunt, sic affectus hic imbecillꝰ occurrit. Cùm vero sensus audiendi, quàm videndi obtusior sit, affectus quoque hebetiores per summa errant, qui ab eo ipso proficiscuntur, horror autem tardior est: quamobrem multis, ac variis causis existit. Sensus videndi vero, cùm omnium exquisitissimus certe sit, euẽta quoq; ipsa pro sua præstantia solet ingerere. quocirca efficitur, vti ipsi veri affectus proficisci ex eo possint, quàuis vero leuiores. At in sensu audiendi, vt ipsos minime, sic eorum expectationem murmurum horremus, rei enim tristis: & anxiæ expectatio existit.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO OCTAVA.

Eorum, quæ ad rigorem, atque horrorem pertinent: enim quæstiones XIX.

QVA de causa liuidi, qui rigent, efficiuntur? An quoniam sanguis appulsu frigoris gelascit, gelatus autem nigrescit propter caloris inopiam? albedo nanque igni tribuitur. Quapropter iis maxime, qui ætate processerũt, caro liuescit, eò quòd calorem minimum obtinent.

2 Cur extrema corporis maxime rigẽt? An propter angustiam, foramina enim, quę in his insunt angusta, parum obtinent sanguinis, & ob eam rem parum caloris sortiuntur? sanguis enim calidus est.

3 Cur pedes magis tunc rigent, cùm suspensi tenentur? Vtrum quòd frigus amplius ad eos aspirat? An quòd sanguis in breuiorem se contrahit partem? itaque reliquum frigori oportunius redditur, cùm calor desit.

4 Cur tẽpore frigido maxime vis illa famis intolerabilis incidat, qui * caninus appellat* vocatus est, & hyberno potius, quàm æstuoso? An q* * vitium hoc ab inopiã alimẽti ficci solet accidere, tẽpore autẽ frigido & hyberno, eũ calor in angusta se contrahit, ocyus interdũ deficit alimentum: quòd cùm defuerit, vitiũ id esuriendi accidere consentaneũ est. At si in ea cibi vitiosa cupiditate* resolutio, imbecillitásq; secuta est, materia statim interna corporis à collecto calore colliquescit, quę si ad locum cibo à natura destinatum influxerit, pro cibo seipsam corpori applicabit: sed si spirãdi sedẽ adiuerit, obmutescere, atq; laguescere necesse est, obmutescere inquã, quonã spirãdi meatus intersepitur, atq; obsidetur: laguescere autẽ est propter inediã, cõsumptionemq; corporis. Celeriter tamẽ, pauciq; remediis subuenitur, eò q* eius mali ort* extrinsecus est, frigus enim calorẽ corporis nostri intro cõpellẽs, ac cõtrahens, insatiabilẽ edẽdi illã cupiditatẽ iniicit, atq; intendit. Quãobrẽ quo modo, q in metũdo tremebãt, pallebãntq;, periculo demũ liberati, subito* ad priorẽ redeũt statũ? fic etiã esuriẽtes illi, vbi parũ sumpserũt panis, citissime recreãtur: vt qui vi paulo a naturę ratione summoti aberrẽt, nõ qui penitus corrupti desciscant, quod enim naturæ tenorẽ in partẽ aduersam violat, idẽ suæ naturæ eundẽ restituit. Ergo dimissile tantũmodo sat est, quẽadmodũ cũ aduersi inter se pueri funẽ enixi retrahũt: quippe qui funẽ dimisso, resupini protinus decidant.

5 Cur homines pleni admodum rigent, cùm tamen pinguę omne calidum sit? An propter amplitudinem molis, vt longe à calore interiore distant partes extremæ corporis, sic prope ab extremo frigore absunt.

6 Cur exercitati* frigus vehemẽtius sentiũt, q* * Δυσχερ. inexercitati? Vtrũ quoniã pinguę cõsumptũ à la τέρει.

boribus est, quod vtiq; tepore præstare potest: calidũ enim optimũ est. An quòd spiratiora, solutioraq; corpora eorum ideo sunt, quoniã pingue, excrementũmq; omne detractũ est, ita vt frigus arcere nequeat. An quòd meatib⁹ per dationem patefactis veluti ostia complura aperiuntur, habitum autem non eundẽ sanitatis, & robori esse idoneum manifestum est: alteri tamque pinguis, alteri lax⁹ videtur planè cõuenire.

7 Cur vt aqua frigida, sic etiã calida infusa horrescimus? res enim cõtrarias inter se idem efficere posse absurdum est. An frigida infusa calor interior extinctus horrorem mouet: calida autẽ frigus externum circumobsistens in vnum, fugaq; profugum intercolligens efficere identidem potest. Quamobrem vtrumque ab eodem agitur: verum alias ab interiore, alias ab exteriore, vt dictum iam est.

8 Cur pili in cute inhorrescunt? An vbi cutem contraxerunt, merito eriguntur. cõtrahunt autem & rigore, & aliis plerisque affectibus.

9 Cur ad extremam vrinæ missionẽ inhorrescere solemus? An dum humor calid⁹ ille inest, vesica, & meatus qui circa eam positi sint, plene expertesque frigoris subsistit: post vero, vbi effluxerit, aëre frigido replentur: quippe cùm inane nihil esse naturæ ratio patiatur, sed aut aëris, aut corporis plenum esse vnumquodque necesse sit. Quòd igitur aër se induxerit frigidus, recte vt inhorrescamus, euenire solitum est.

10 Cur lingua rigentium, quemadmodum vinolentorũ errare soleat? Vtrũ quod à frigore concreuerit, ac indurescit, mouẽti difficilis redditur? itaq; explanare non potest. An quia partes exteriores appulsu dentantur frigoris, humor intus collapsus linguam madificat, ex quo suo fungi officio lingua nequit, vt de vinolentis etiã diximus. An quòd per tremorem à rigore inductum motus temere agitur, articulate vocabula lingua edere non potest, itaq; oberrat, & hæsitat.

Cur pili rigentium eriguntur? An quòd ex refrigeratione calor in partem interiorem se colligit? vbi autẽ carni caloris beneficium defuit, magis coagitur: quod cùm fit, pili erectiores effici cõtingunt. An quòd * 12

Cur hyeme cũ currim⁹, magis rigemus, quàm cùm stamus? An quòd aër nostra ambiẽs corpora, cùm stamus, vbi semel concalefactus est, nullam præterea molestiam infert: cùm autẽ currimus, alius atque alius subindè frigidus occurrit: itaq; facit, vt magis rigeamus. Ad hæc, aër cùm mouetur, frigidior redditur: quod quidẽ in currendo maxime incidit. 12 * *cætera in Græco desunt.*

Cur tempore matutino frigus acrius est, cùm tamẽ Sol propius adsit? An quòd plus temporis absentiæ Solis existat? itaque terra magis refrigerata est. An q̃ die instante ros, & pruina cadere soleat, quæ frigida sunt? An hæc etiã ideo cadunt, quoniam calor, qui sursum se extulit, vi frigoris superatur, idque non nisi Solis absentia euenit. Quocirca cum longe distat, non cadũt: cum propius, tũ cadũt, atq; gelantur, quòd locus vehementius refrigeratus est, propter Solis diuturniorem absentiam. An die instãte potius flatus incitantur nocturni, qui gelidi admodum spirãt? An nobis frigus acrius idcirco esse videatur, quòd cibi cõcocti iam sunt? maiores autẽ cùm sumus, frigus vtiq; acrius sentimus, argumẽtũ, quòd à vomitu maxime frigere solemus. 13

Cur vbi sternimur, vel minximur, plerunque inhor 14

inhorremus? An quòd ratione vtraq; venis subtrahitur: quæ cùm redditæ sint maiores, sese ingreditur frigidus, qui rigorem cière potest?

15 Qua de causa qui vehemèter frigèt, si statim copioso igne cùcalefiant, indolescunt: si paulatim vero tepefiat, sine magno dolore recreantur? An quòd omnino cùm ex cõtrariis in contrarium proficiscitur, magna effici commutatio solet, vt in arbore, si quis paulatim deflectat, nihil est quod stirps ipsa laboret. at si vehementius corripit, nec sensim abducit, frangatur necesse est. Ergo si simile à suo simili affici nihil potest, vt autè calor hominis frigètis intus se contrahit & colligit, sic humor, & rigor parti exteriori relinquuntur, contrariúmq; sui contrarij corpus pens est: efficitur recte, vt si sensim, paulatimq; tepefiat calor prouocetur, & exeat, itaq; minus doleant: sin subito recalescat, amplius addolescatur, & astringatur, itaque dolendum acrius sit.

16 Cur refrigerati magis ab eodem calore vrimur, atque dolemus? Vtrum caro suæ causa diffitatis calorem occurrentẽ sibi tenacius suspipit, ex quo plumbũ calidius redditur, quàm lana? An calor vi penetrat, eo quòd foramina nimio frigore congelauerint.

17 Quam ob causam non rigẽt, qui irascuntur? An quòd ira & excandescentia timiditati contrarij affectus sunt? Est autẽ ira ex igne proficiscens, cùm enim intus copiam ignis retinemus concalescimus, quod maxime in pueris vtare perspicere licet, pueri nanq; primũ spiritus copiã retrahunt, deinde rubescũt, calor enim cùm intus affatim subsitat, atque humificat, facit vt erubescãt, nam si quis large aquam frigidã his infuderit, iram sedabit: sic enim calor extinguitur.

tur. Validi autẽ, & perterriti cõtrarigẽt enim, & frigidi, pallidíque redduntur. calor nanque eorum se summis de partibus seuocat ad imas.

Quamobrem quoties inhorrescimus, pili eriguntur? An quòd in humore occlasi cõtinentur? humor enim à pili altitudine vincitur. horror autẽ pulsu frigoris fieri solet. frigus vero calidũ humorem congelet, naturæ ratio valet. ergo vbi commutatus, congelatúsque humor est, in quo pili inhærent, pilos ipsos mutari consentaneum est. Aut igitur in partẽ aduersam se transferent, aut in eadem manebunt, si rursus vincere humorem potuerint, at verisimile non est, vt humorem gelatum, coactúmque pilus vincere suo pondulenlo possit. Ergo si pilus vndique gelido humore obsessus, ne quò valeat inclinari, relinquitur vt erectus consistat. An quoniam calor pilos frigore ad locum interiorem se colligit, vbi autem calor se à carne dimouit, caro plenius cogitur, coactáq;, pilos eminentius erigi cogit. quo modo si cùm terræ festucã, aut aliud quodlibet inseris, constituas, atq; vndiq; terram colligas, efficies, vt magis erigi possit quod insitum est, quàm si terra minus esse coactum fuerit.

19 Quam ob causam qui rigent maxime, dormire non valent? An quoniam qui riget, spiritum magis retinet, quàm laxat? qui dormit, magis reddit, quàm attrahit, facit igitur rigor, vt contra agatur, quàm cùm dormitur.

ARIST

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO NONA.

sigillata & cicatrices, et vlcera pertinẽs

Eorum, quæ ad vlcera & cicatrices, & pelles pertinent, centum quæstiones XIIII.

CVR pelles recẽter detractæ, maximeq; arietu, verberũ vulneribus, & vicibus admotæ, & cute per confracta prohibent vlcera ne consistant? An ratione vrens humor coilligi, intumereq; prohibetur? Pars enim collisa humorem trahit, intumescitque propter fernorem: cuius fuga lentius glutinant, atque ita intumescere non sinunt, vt etiam in ambustis glutine agitur. Conglutinare possunt pelles quoque, ob suam lentitiam hærentes nimirum, sinúsq; suo calore concoquũt inflammationemque sedant; neq; enim detrahere eas solemus, nisi diebus aliquot post: hinc qui ex sale aceto ne perfricandum censent, inflammationem tollere volunt.

2 Cur cicatrices reliquo quidẽ in corpore nigro oculis albæ inducũtur? An quòd cicatrix colorem priori contrarium trahit, scilicet quemadmodũ omnia, quę egregiarint? vlcera autẽ partes oculi nigra contrahi solent: veruntamen neque in corpore statim nigrescunt, sed principio albæ sunt: neque in oculo semper nigra, sed aliquã

vel ex toto, vel magna ex parte redduntur.

Cur ferula orax siue ambitum plagę rubidum, 3
medium album facit? Vtrum quòd sanguinem pellit ex medio, quòd maxime ferit, quia in orbem se colligit, & rotunda est. An ea quidem de causa sanguinem, deinde redire oporteret. Rubedo autẽ non nisi concursus sanguinis est, sique in eum locum, qui iãm est.

Quare cùm membra à ferula vehementius se- 4
rantur, medium carnis album, orax rubra reddunt: virgino autẽ contra, medium amplius rubet? An quòd ferula suam ob lenitatẽ, vbi vehementer percussit, sanguinem residẽtẽ per summa dispat, itaq; vnde sanguis defluxerit, mox cana pars alba existit: quò autẽ plenius fluxit, hic rubor ambit. Cùm igi plaga intumuit, sanguis cito suam sedẽ repetere non potest, quoniam & exigebat ea, & relationem per aceruũ agat necesse est. Nã enim nisi copia magna referri potest cõtra naturã. At ictus, quos dura corpora inferũt, affligunt, colliduntq; ponderis sui ratione, ac robore. Affligitur itaque medium cauum redditur, collisum autẽ rerum existit: collisio nanque depressio, & distractio lenis est. Quod cũ cauum, collisumq; redditur, sanguis ad id summus decurrit vndique ferrur. nam & aptus ferri deorsum est, & laxa exprimitur subit, quòd ea cedũt faciliùs. Vbi autẽ sanguis eò ipse se collegit, efficitur merito, vt medium rubore tingatur, quę autem defecit albedine decolorentur.

Cur nigræ cicatrices hominũ sunt, qui vitio 5
lienis tenentur? An quod sanguis eorum corruptus est, propter admistionẽ morbosi, dilutique sanguinis, qui à liene pendit? Cicatrix igitur cute prætenui, summãq; cõsistit, sanguis vero ille,

quia

quia vt dilutus & calidus sit niger est cicatrix nigram transpectus vtique ostendit, & quidem sæpius. Hac eadem de causa cicatrix nigrior fit sanguis etenim cutis imbecillitate frigescit, & calore euaporante atrior redditur. Senioribus etiam pari ratione cutis magis nigrescit, & natuæ cicatrices atriores, quàm iunioribus habentur, est enim quasi vibicatum corpus eorum totum, nō ob aliquam cutis tenuitatem, sed quòd calor defecerit.

6 Vtrum quęcunq; rei eiusdem causam obtineat vim habent eandem ad agēdum, an non? verbi causa, cū vibices discuti & ab ære, & à rediculo, & à faba cūmāducata, & à pulmone, & ab argilla, & ab aliis huiusce modi possint, singulāne vi eadem hoc efficiant, an diuersa? An æs ideo tollit, quoniam rubiginem præ se fert, quæ pro medicamento accipi potest? Faba vero, & pulmo, & argilla, eo quòd ad se attrahūt propter sui corporis raritatem: cęteraq; prædicta aliis ex causis idem faciunt. An vltimum quidē in his omnibus idem est, quod autē antecedit, hoc discrepare nihil est, quod prohibeat.

7 Cur cęteræ cicatrices nigræ, oculi albę cōstant? An quòd cicatrices colorem cōtrahūt contrariū parti, in qua efficiūtur? at in* parte oculi nigra fieri solet: ergo albę efficiūtur necesse est.

*oculo, qui niger est.

8 Cur ictus ferulæ dolore amplius mouet, quàm aliquod durioru? ita enim deprehenditur, siquis cūm verberat, ratione considerat: cūm tamen ictū durioris, vehementiorem esse ratio potius exigit, acrius enim ferit, quod durius est. An & caro non solum cūm percutitur, sed etiam cūm repercutit dolet? Igitur à duris percutit tantum potest: cedit enim propter eorum duritiem. At vero

vero à ferula vtrū que sanè accidit, vt & percutiatur, & repercutiat, propter ponderis lenitatem, cum scilicet non cedat, sed remitatur, ita vt ictus possit duplicari.

Cur thapsia, & cyathus, quæ contraria planè inter se sunt, paritur vibices possint discutere, hic principio, illa post? cyathus enim frigidus est, quod etiē poēta inquit Homerus: Et gelido dentes desixit in ære: thapsia vero calida, & vrens. An quòd vt* animo deficiētibus aqua, sic cyathus vibicatis occurrit? Obuians enim refrigeratio calorem prohibet educi è sanguine, quā per ictum ad summa confluere corporis, atque concrescere solet, vbi calor decesserit. fit enim, vt perinde ac si extra sit, cōgeletur, cùm sub cute est, propēque abest, vt extra sit. at vero cùm calori exitus negatur, non cōcrescit, sed se rursum diffundit, & sedem vnde effluxit, repetit. Quod idē thapsia quoque præstare potest, quippe quæ caloris sui facultate prohibeat, ne sanguis gelascat.

* μικρὸν ὕδωρ ψυχρόν.

Cur æneis quibusdam admotis, vt cyathis, ali 10
sique generis eiusdem, vibices reprimi, resolui-
que possint? An quoniam æs natura frigida est?
ergo calorem effluere vetat è sanguine, quem
ictus collegit. eo nanque per summa corporis
exhausto vibex existit, itaque celeriter admo-
uendum est, antequam geletur. Et thapsia vero
ex melle illita eadem de causa iuuat: quia enim
calida est, sanguinem refrigescere prohibet.

Cur si eodem in loco sæpius vlcus extiterit, 11
cicatrix atra ducetur? An quacunque parte vul-
cus se ostenderit, hæc admodum debilitatur,
eōque magis, quo vlceratum sæpius sit? debile
autem omne refrigescit, rumoriſque plenum

est: quo fit, vt nigrum quoque appareat. Et quidem vlcera magna, & vetera cicatrice atra obducta videmus. Sæpe autem vicus cœpisse non aliud est, nisi vicus diu habuisse.

32 Cur vibicibus cyathos admouere solemus? An quòd locus, quo ictus fuerimus, refrigeratus calórque inde omnis decesserit? cyathus itaque admotus facit aeris frigiditate, ne calor abeat.

33 Cur pili cicatricibus nequeunt exorti? An quòd omnes meatus obcæcantur, & varianté quibus pili se promouere solent?

34 Cur ictus tumorem, luoremque suscepturus? An quod de loco percusso humores diffecti in loca proxima ruunt, in quibus offendentes retorquentur: itaque coniuncta, conglutinataque humorũ copia, tumor per collectionem exurgit: & si quæ venulæ ruptæ sint, confluuium id humori subcruentum fiat necesse est.

ARIS

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO DECIMA.

Eorum, quæ ad res naturales pertinent: centum quæstiones LXVII.

QVr in animantium genere aliæ tussiunt, alia non? verbi gratia, homo tussit, bos minime. Vtrum quòd cæteris maxima ex parte excrementum aliorsum se vertit: homini autem eò conuerti natura voluit? An quòd homo maximũ, humidissimũque cerebrum continet? tussis autem pituita distillante fieri solet.

Cur homini tantũmodo ex omni animantiũ numero sanguis è naribus defluit? An quoniam plurimũ cerebri, idemq; humidissimũ homo cõtinet: vnde venæ excremẽtis per ora eodẽ tendent à nimiũ repletæ, profundere inde coguntur? Sanguis enim vitiatus quinq; integro tenuior redditur. talis autẽ est, qui se cerebri excrementis miscuerit, & quasi in saniem degenerat.

Cur alia ex animantibus sub cutẽ, alia intra carnẽ, alia vtroq; modo pinguescere cõsueuerunt? An quibus densa est caro, is inter cutẽ & carnẽ humor pro tenuis cogitur: quibus it semper sua natura eminet, atq; resolui, qui tandem

concoctus pingue effici solet. Quæ autē carnē sunt ratiore, cutemq; gerunt obuiam, hęc optima intra carnē redduntur. Quæ vero vtroque modo se habent, vtroque etiam pinguescunt.

24 Cur vitiliginem pueri, mulieresq; minus habent, quàm viri, & in eo ipso fœminino sexu, quæ prouectæ ætate sunt magis habent quàm moris? An quòd vitiligo exitus spiritus est? Corpora autem puerorum *contextu denso, non facili expiratu constant, & mulierum minus expirant, quàm virorum: spiritus nanque in meliorem se auertit fœminæ. deinde tenuitatem vero seu tas eiusdem satis declarat. Quæ autem corpora ætate processerint, aut consenuerint, respiratoria euadūt: hæc enim modo ædificij veteris structuram suarum partium laxiorem iam habent.

* διὰ τὸ σύστασιν πυκνὴν.

25 Cur homo tantū habeat vitiliginem? Vtrum quòd tenuissimū is ex omnibus animalibus cutem habet. simūlque flatibus redundat? indicio vero, quòd vitiligo partibus tenuissima contectis, maxime, primúmque existit. An & his ipsis de causis, & præterea quòd homo vnus & omnium animantium numero canescit: quippe cùm in vitiligine pili canicie immutentur? itaq; fieri non potest, vt viriliginē habeat, quæ nunquam canescere soleant.

26 Cur capris & ouibus lac plurimū demulgetur, quæ corpore non maximo sunt: homini autē, & bouī minus scilicet ad corporis proportionem? Vtrum quòd his copia in corpus absumitur, cæteris in excrementum se confert: ouibus autem, & capris quantum excrementi accesserit, omne in lac trāsit? An quòd plura gignunt, quàm quæ magno sunt corpore: itaque plus attrahunt excrementi, quoniam plura alendum sit. An his grauis

grauidis plus excremēti propter corporis imbecillitatem redundat. lac autem excremento cōfistere certum est.

Cur animantium alia cùm aquam mutarint, colorem suum amittūt, similiáq; loci illius domesticis redduntur, vt capræ: alia vero nunquā amittunt. vt homo. 27 τρίχες ἔχει.

Ad summam cur alia mutantur, alia non: vt corpus, qui semper incōmutabilis persistit? An quorum natura vincere, perdomareq; humorem non potest, vt auium, quæ veficam quoque nullam ob eam rem obtinēt, hæc nusquam mutari possunt? 28

Sed cur non illa eadem, sed quæ nata ex his sunt, hæc mutentur? An quòd recens nata suis parentibus sunt infirmiora? 29

Cur mares corpore maiori ex toto penè sunt, quàm fœminæ? Vtrū quòd mares calidiores fœminis sunt: quæ res vim obtinet augēdi? An & mares prædīti natura integra sunt, fœminæ mācā, oblæsāq; defectūt? An quòd mares longo temporis spatio perficiuntur, fœminæ breui? 30

Cur in animantiū genere alia breui tempore pariunt, alia diu gestant? An longius perfici solent, quibus longiora sunt vitæ spatia? sunt autē partu tardiora, quæ longo tempore viuunt. Sed non vniuersaliter id est. equus enim vt tardius maxime quàm homo parit, sic viuere minus potest. Cuius rei causam vulue, siue vteri duritiem habet, quomodo enim *ager sitiens haud cito suas stirpes enutrit, sic durior vulua equarū in formando, nutricandóque suo fœtu remoratur. 31 * ξηρὰ γῆ.

Cur proles cæterorum animantium magis, quàm hominis suis parentibus similem gerit naturam? An quòd homo vago, vatióque pluri- 32

mum animo in coitu est prout autē pater, ita
terque in conceptu affecti fuerūt, ita partus eua
riant. Cætera vero animantia omnia, aut certe
plurima, rei tantum ipsi intendunt, totāque ferè
veneri dedunt. Adde quòd ob eam auiditatem
minime repleri magna ex parte patiuntur.

23 Cur alibi tam homines, quàm equi oculis ma
gna ex parte cæsij sunt? An cùm oculi tripli
coloris genere distinguantur, nigro, caprino, &
cæsio, corporis totius colorem oculi quoq; co
lor cōsequitur? itaq; haud immerito cæsius est.

24 Cur homines magna statura proueniant? Vel
potius quærendū in vniuersum, cur in animan
tium genere alia parua, alia magno constituta
corpore? Causa duplex sanè reddi potest: aut
enim locus, aut alimentū id facit. locus, si angu
stus est alimentū, si exiguum: quod etiam parui
iam edito nōnulli efficere conātur, vt qui catel
los in caueolis occlusos educāt. Quibus itaque
causæ locus est, hi pomiliones reddūtur. Sunt
enim latitudine quidem, profunditateque pa
magnitudine suorum parentum, breues tamen
omnino. cuius rei causa est, quòd recte lineas
aducas se flectunt. igitur quomodo tabernacu
picturæ, quamuis breues, tamen dilatent in la
titudinem, profunditatemq; ceraunturata po
milliones quoque formari ex loci angustia in
dit. At vero qui ob alimenti inopiā perfici non
potuerint, hos membris quoq; puerilibus con
stare videmus. itaque vt aliqui, quamuis breues
admodum sint, modice tamen coagmentatas
omnes sui corporis partes habeant, vt Melitæ
ses catelli. Ratio enim, quòd non vt locus, ita
natura suum efficere opus soleat.

25 Cur in animantium genere alia maris ac fœ
minæ coitu creantur, alia concretis quibusdam
proueniunt, simulátq; primus eorū ortus extite
rit, quemadmodū qui de natura docēt primum
animantiū ortū, mutatione, & motione eq; mūdi
vniuersique orbis ingente differunt extitisse, &
nunc, si rursum ortus eiusmodi futurus sit, ta
les mutationes aliquas præcessisse oportebit. Prin
cipiū enim rei cuiusqimaximū est, quippe quòd
rei dimidiū sit semen autē genitale principium
esse certū est. ergo minutorum animaliū quo
runque ortus nullo agi mutuo concubitu solet.
causa cur vt principio extiterit, ei eari nūc etiā
possint, semenis exiguitas est. rei nanq; minoris
minus quoque principiū esse cōuenit. Quamob
rem huius etiā ſæculi mutationes semē anima
tum minutorū generi satis cōtrahere possunt,
quod sæpius vti euenit. tum enim maxime
extinguntur, cùm mutationes temporum incesse
runt. Maiorum autem genus mutationem quo
que pro sui magnitudine desiderat amplorem.

Cur animantiū alia partu sunt numeroso, vt 26
sus, canis, lepus: alia non, vt homo, vt leo? An &
alia vultures, siue vteros cotinēt multos, totidem
que formādi loculamenta, quibus impleri per
cupiunt, quibúsq; semen genitale diuidendum,
inferendumque efficatia contra se habent?

Cur homo inter animantes oculorum mini- 27
mum pro sua magnitudine habet interualium?
An quòd omniū maxime naturali tolertia ho
mo constat? Sensus autē cōtuendi partem verius
priorē natura posuisse? enim cōspicere oportet,
Tum quod nos ducit ratio mouendi. quanto au- * ἐπὶ τὸ ὄμμα
tem oculorum plus discriminis sit, tanto magis
cōspectus vergent in latus: qui si secundum na- τὰ πρόσω.
turā idem deberent obtinere, quàm minimum

esse interuallo certe oportet. sic enim partē ver sus priorem ingredi maxime possumus. Ad hæc cæteris animātibus cùm careant manibus, dē spiciant prorsus in latera necesse est: itaq; plus eorū oculi distant inter sese, & maxime omnium, eo quò maxime prono capite ingrediantur.

18 Cur cæteris animantibus partim nunquam profusio seminis per somnum incidere assolet, partim raro? Vtrū quòd nullum homine excepto resupinum cubare cōsueuit? nullum autem nisi resupinum semen profundere potest. An quòd cætera nō pariter, vt homines somniant? feminis autem per quietem illa profusio non nisi cum imaginatione fieri potest.

Cur animalium alia caput moueāt, alia non 19 moueant? An quòd quæ collo carent, ea caput mouere nequeūt? nonnulla autem carēt collo.

Cur in animantium genere homo sternuta- 20 re maxime solet? Vtrum quòd meatus obtinet ampliores, per quos spiritus, odórque subeunt? his enim spiritu repletis sternuimus. Indicium vero datos esse meatus homini laxiores, quòd is olfactu minime omnium valet. quo namque arctiores meatus sunt, eo magis vim obtinent olfaciendi. Quòd si in ampliores plus humoris ingreditur, quo inflato sternutamentum fiat solet. tales autem genus hominum omniū maxime animantium obtinet: merito homo solus sternuere sæpissime consueuit. An quod homo breuissimis naribus est, ita vt humor concalefactus celeriter commutari in spiritum possit, cùm cæteris refrigescat præ longitudine priùs quàm mutetur?

21 Cur nullius animalis lingua est pinguis? An quoniam pingue vnum quodque densum est? Lingua

Lingua autem rara sua natura propterea est, vt percipere possit genera saporum.

Cur fœminæ * intēcto corpore mingūt, mares 22 minime? An quòd fœminarum vesica remotius, * σπανιώ-
tū profunditate, tum longitudine sita est? iacet τερον.
enim vulua earum interitus sedem, atque vesicam, itaq; humor emittendus vim propter spatium vulvæ desiderat plenioré, quæ per spiritum corpore intento acquiritur.

Cur sues hybernum pilum amittere non so- 23
lent, cùm cæteræ quadrupedes soleant? nam & canes, & boues certæ amittere assolēt. An quod sus calidissimus omnium est, partíque calenti corporis eius pili adhærent quippe cum pingue tale esse necesse sit? Cæteris itaque, vel quia humor refrigescit, pili defluunt: vel quia suus calor alimentum concoquere non potest. Suibus vero non idem incidit, vel quia nihil humor interior affici potest, vel quia bene alimentum concoquitur. nam & si quando causa, cur defluant, sit, tamen pinguedo vetare potest. Oues, ac homines propter sui pili tum densitatem, tū copiam, non ita affici pulsu frigoris possunt: non enim altius refrigerationi subire licet vt possit vel humorem gelare, vel calorem cōcoquendo seuocare.

Cur ouibus expilatis mollior pilus subnasci- 24
tur, homini durior? An quòd ouium pili summę cuti cohærent, euellíque ob eam rem sine vllo possint labore, cùm initium alimenti integrum maneat, quod carni iunctum est? meatibus itaq; patefactis, excremēta respicare melius possunt. vellitur enim proprio carnis vescitur alimēto: carro autem molli, dulcíque alitur pabulo. Hominem cōtra, quòd altius pili inhærent, per vim,

ſummóque cum dolore euelluntur. conſtat id
quàdoquidē ſanguinem ſecum detrahunt. Cor-
pore igitur ſaucio euenit, vt tādē cicatrix obdu-
catur. vnde fit, vt vel ſinē pili amplius promen-
di ficiāt, qui euulſi fuerint, vel quandiu præter-
ea promere poſſint, duri extrudantur, eo quòd
omne valens alimentum carnis exhauſtum eſt,
nec niſi materia inutili, & ſuperuacua pilus pro-
uenit. Indiciū, quòd hominū omnium plagam
inhabitantiū meridianā pili duritiē præ ſe fe-
runt: quoniā calor exterior altius corpus ſubēn
alimētum cōcoctu facile abſumat in vaporem.
cōtra eorum, qui ſub aquilonem incolunt, mol-
les, laſciuiſq; ſunduntur, quòd his ſanguis, dul-
ciſque ſapor per ſummā potius fluitat formam:
quamobrem his color quoque hilarior eſt.

25 Cur omū pili eò duriores ſunt, quò prolixio-
res: hominum cōtra molliores, quò probiores?
An quòd omū pili, qui quale diximus capiunt
alimentū, vbi procul ſe ab ſuo deduxerunt ini-
tio, ieiunius veſcuntur: & alimentū, quod ineſt
vi caloris, facile pro ſua inconcoctione euapo-
rantur: itaque ſiccati duriores reddūtur: molle
nanq; humidum eſt. Hominum vero pili minus
alimenti, ſed plus ſuo initio hauriunt. cōcoqui-
tur autem plenius, quoniam minus eſt. concoc-
tum autem pilum efficit molliorem: concocta
etenim quæque mollora inconcoctis reddun-
tur. Indicium, quòd oues recentes vellera mol-
liora gerunt, quàm vetulæ: copia nanq; excre-
menti pilum & ouis, & hominis procreat.

26 Cur hirti homines, & aues veneris ſunt ami-
diores? An q̄ natura humida, & calida ſunt, qua
quidē vtraq; qualitate opus ad coitū eſt: calor
enim excernit, humor excernitur? Hæc eadem

ratio eſt, cur etiam clandi homines ſint ſalacio-
res. his enim vt parum alimenti deorſum pro-
pter eruriū vitiationē labitur, ſic multum lo-
ca petit ſuperiora, ſeque in ſemen conuertit.

Cur homini nulla ruba data à natura eſt? An 27
quoniam barba data eſt? Ergo quod excremen-
titium alimentum cæteris animātibus in cerui-
cem ſe confert, id homini maxillas adire ſoli-
tum eſt.

Cur pedes animalia pares habeāt? An q̄ fieri 28
nō poteſt, vt aliquid moueatur, niſi parte aliqua
ſui conſiſtat, dummodo nō profiliat: cùm igitur
ex duobus illis, motu & ſtatu conſtet ingreſſum
neceſſum ſit, paritatis iā inde ratio patet. Bipes
enim altero pede mouetur, altero ſtat. Sit qua-
drupes quoq; eū duobus mouetur, reliquis duo
bus innititur. Parique modo de cæteris, quæ vel
ſenis, vel etiam numeroſioribus pedibus ingre-
diuntur, animadvertere licet.

Cur equis, & aſinis pili è cicatrice ꝓmere ſeſe 29
poſſunt, hominibus autem nō poſſunt? An quòd
cæteris animalibus tergus pars per ſe corporis
eſt: hominis autem cutis veluti * affectus carnis *ri mallo
exiſtat, quippe quę ſumma illius forma refrigē
te, lobidiuſcula exiſtere videatur? quemadmo-
dū cruſtæ in pulte ſuperducūtur, *quas vetulas *di dyn
appellamus: cum itaq; illæ non niſi farina eli- a καλαι
xa ſint, hominis quoq; cutis nominata, non niſi μεσ.
caro putāda eſt. Vbi igitur hęc vel vulnus acce-
perit, vel attrita fuerit, incidit, vt hominis quidē
caro cōdenſetur. quamobrem ſumma corporis
parte immutata, vulnus non eādem compagem
capit, qua corpus iam inde ab ortu naturæ exti
tit. cum itaque hæc immutata ſit, mihil profecto
abſurdum fuerit, ſi ex ea nō idem præterea ꝓ-
ficiſcat

ficiscatur. Sicut* in areis quoque appellatis licet
περὶ τῶν ἐκπνοῶν καλουμένων. perciperetnam illas etiam corporis summi corruptionem, immutationemq; esse nouimus. At iumentis attritis, vbi ad sanitatē redierunt, partes vitiatæ corporibus denuo eisdem replētur, quanquā debilioribus, quàm principio fuerint. Sed cùm etiam cutis eorum pars sit, cōfici pili, prouenireque possunt: cute nanque pilos enasci certum est. sed candidi propterea oriūtur, quoniam vt secūda hęc cutis imbecillior, quàm prima est, sic pilus candidus ille imbecillimus exit.

50 Cur in animalium cæterorum genere seruari æque gemini possunt, quanquam sexus sint vtriusque: in hominum autem non possunt? An quòd homini maxime partus geminatio cōtra suæ naturæ legē accidit? singulos enim parere sancitum est, tum in geminis ipsis marem, ac fœminā creari natura omnino recusat. Ergo quod maxime contra naturam est, id & imbecillum esse ratio postulat.

51 Cur equis, & asinis pili è cicatricibus possint euenire, hominibus autem nō possunt? An quòd cicatrix vel suam ob densitatem impedimento est, vel quia deprauat nutrimentū hominibus itaq; ex toto hominibus propter pili infirmitatē impedimento est: equis autem ne pili exeāt, nunquam est, sed deprauat, facitque ne prior integritas seruetur.

52 Cur pares pedes natura animātibus dedit? An cuique cū mouetur, partem aliquam requiescere necesse est? Quòd si pedes impares essent, ne hoc fieri posset, accideret: agitur enim motus situ obuersario pedum.

53 Cur animalia, vt minus temporis dormiunt, quàm vigilent, & non cōtinue, sed vicissim modo

do vigilando, modo dormiendo somnum suum perficiunt? An & non simul omnis vacans materia coquitur, sed vbi pars aliqua est cōcocta, le uatū iam animal expergiscitur? Et vero sæpius illis expergiscētur, quib⁹ ea pars frigida est, quæ quidem excrementum domat, & concoquit. fit enim, vt celeriter, sæpeque cessetur: cessatio autē non nisi expergefactio est. Suauis quoq; res ea ipsa, quoniā requies est, nō immerito esse videtur: sed nihilo quidem plus tēporis in munere naturalium actionum cōsumimus. nam etsi esse suauius est, quàm nō esse, non tamen plus tēporis propterea edimus quàm à cibo abstinemus.

54 Cur animantium alia statim parentes sectantur, alia sero, vt homo, vel vix, vel nunquam? An quòd alia cito vim recipiunt cognoscendi, alia sero, & alia rei sibi commodæ sensum obtinent, alia carent? Quæ igitur hæc ambo sensum dico rei cōmodæ, sinique corporis perfectionem sortiūtur, hæc parentē sectari protinus queūt. Quæ nō vtrunque illorū habeāt, hæc id facere ipsum nequeunt: opus enim est & viribus, & sensu.

55 Cur genus vitiligmis, quod leuca appellatur, quasi albam dixeris, cæteris animantibus contrahi nequeat? Vtrū quòd hominibus morbo hæc est: cæteris autē animalibus tergora varia, pilīq; eodem modo albedine efficiuntur? Attamen ambiget aliquis puærētque, cur nō postea, sed statim ab ortu naturę varietas illa existere soleat. An quòd cæterorum animantiū tergora dura sunt: homo autem è natura prętenui cute cōtinetur? Vitiligo autem spiritus secretio est, qui cæteris animātibus excerni tergore denso prohibetur.

56 Cur vbi vitiligo, canities quoq; est: reciproca ri aut

ri autem non licet, vt semper vbi canities, & etiam vitiligo? An quòd pili omnes cute proueniunt: canities autem putredo veluti quædam est? cùm itaq; cutis morbo laboret, pilum etiam laborare inde necesse est: cùm autem pilus, cutem male affici necesse non est.

87 Cur animantium alia post partum fœnire solent, vt canis, vt fussalia nihil afferantur, quod perspicuum sit, vt mulier, vt ouis? An quæ superuacua reundant materia, hęc suã elementum seruant? quantum enim dolori esset, secretũ in partu est. Quibus autem secretio non à vacuitatibus, sed integris fieri materiis solet, hęc exactè ratur, & sęuiunt. Vnde fit, vt extenuatio quoque iram ratione habitus mouerit vt etiam gallinæ furiũt, non cum pepererint, sed càm incubandi tatione inedię.

88 Cur spadonibus cętera in sexum fœmineũ vitiata mutãtur, (vox enim tenuis, corpus imbecillum deniq; ita homines cõmutantur, vt etiam cæterorum animantium quæcunq; castrata. nã & tauri, & verueces sua cornua è contrario gerunt: itaq; fœminę quoq; eorum contra, quàm mares armãtur cornibus: itaque alij maiora excũ gerunt, alij minora: magnitudo vero tantũmodo spadonibus dico, ad sexum virilem cõmutatur: maiores nãque reduntur quæ quidem res maris profecto est, quippe cum fœminæ minores maribus esse soleant. An ne id quidem ad marem, sed ad fœminam pertinet? haud enim omne magnitudinis genus, sed lõgitudinis dũtaxat acquiritur, cũ mas profunditate etiam augeatur, & latitudine: sic enim perfici ipse assolet. Ad hæc, vt fœmina ad marem, sic fœminæ ipsius virgo se habet ad mulierem: altera enim genero-

si iam est, altera nondum est. In eã igitur ipsam fœminæ magnitudinem mutantur: crescere nãque in longitudinẽ corpus assolet fœminarum. Vnde carmen illud Homeri.

Virgo Diana dedit prolungi corporis vsum. ea

Vtpote cùm rem, quam suã ob virginitatẽ haberet, largiri nimirum posset. Ergo nõ magnitudine in marem mutatur, cùm nõ in magnitudinis genus perfectè cõmutetur. spadones enim longitudine tantũ in magnitudine proficiunt.

Cur spadones, vel omnino varicibus vacant, 89
vel minus habent, quàm cæteri? An quoniã naturam suam dum castrarentur, in genus fœminis inferendum cõmutarint? Talis autem est puer. & mulier: quorum neutrũ habere varices solitum est præterquam si mulier raro.

Cur homo omniũ maxime animantium oriri 40
claudus potest? Vtrũ quòd cęterorum crura robustiora sunt: nosse nanq; & neruo tam quadrupedis, quàm anium cõstant, hominum carne redundant? Itaq; facilius hæc ob suam mollitiem lædi possunt, cùm se in vtero mouent. An quòd solus ex omniũ animantium genere varia generationis tempora obtinet? nam & septimo, & octauo, & decimo mense venire in lucẽ potest: cæteris tempus vnum perficiẽdi sine mora statutum est: hominum generi temporis multum, pro varia ratione immorandi cõsumi necesse est. Itaque cum fœtus mouẽtur, extrema, quòd tenerrima sunt, facile infringũtur, & eò magis, quo plus temporis intercesserit.

Cur spadones cruribus putridi, vlcerosiq; 41
sunt? Vtrum quòd etiam mulieres crura habent tales modi: spadones autem effœminati omnino sunt? An hoc accidit? Causam autem mu-

* 2. lib. 13. Il. ver. 483.

lie-lo

lieribus quoque reddere illam debemus, quòd calor deorsum se vertit, quod etiam menstrua declarant. Vnde fit etiam, vt præ nimio humore, neque spadones, neq; mulieres pilis valeant redundare.

Cur nullũ animal, nisi homo calculosum fieri potest? An quòd iumẽta, & quę vnguibus sunt numerosis, vesicæ meatus obtinent ampliores? Quæ autem nũ protinus, sed post patere intra se animal consueuerunt, vt pisces nonnulli, ex his nullum vesicã habere nouimus: sed humor subsidens ille totus in aluum cõstringitur, licet etiam in animbus sit: itaque celeriter exit per eadem. At homo vesicam habet, & ceruicem eius canali angusto pro magnitudine porrectã. Ergo quòd membrum id adest, quantum terreni humoris seuocatur, in vesicam contruditur, ex quo vasa quoq; vrinaria, id est matula, eo ipso tinguntur. Loci autẽ calore efficitur, vt amplius concrescere, atque crassescere possit. Retinetur vero, augetúrq; propter canalis angustiam. Cum enim terrensa illa subsidentia prodire ex facile nequeant, reuersa cohærent inter sese, calculúmque oita enficiunt.

Cur nõ iumenta, non boues, aut omnino quę cornua gerunt, nõ aues rectare soleãt? An propter ventris ficcitatem? celeriter enim cõsumitur, percolatúrq; humor: qui dum immoratur, inflatúrq;, ructationem mouere potest. Iumentis tamẽ ob colli etiã prolixitatem flatus deorsum se vertit: quamobrem his crepitus ventris maxime incitatur. Auiũ, cornigerorúmque genera neutrum faciũt. Quinetiam ruminantibus ructare negatum est, quoniam plures cõtinent ventres, & quę reticulum appellamus: faculta-

etenim meandi tam super, quàm subter flatibus multifariam præstatur. Itaque humor consumitur antequam in flatum vertatur: qui flatus moueat vel ructum, vel crepitum.

Cur in animantium genere quæcũq; domestices, eadem etiã fera reperimus: quæcunq; autem fera, nõ vtrq; eadem domestica natura creauit? etenim homines feri nõnusquam cernuntur, & canes apud Indos, & equi alibi: sed non leones, non pantheras, non viperas, non alia complura domestica esse nouimus. An & res praua & facilis ortu est, & mutari quoq; expedite in eã rem potest? Naturã enim nõ quæ prima, sed quæ vltima est, assequi statim perdifficile est. Quapropter oia etiã domestica, principio fera potius, quàm domestica esse solẽt. vt puer ferocior perfecto, quàm vir quippe qui* omniũ cdax, & ire deditus sit, quãquam infirmus. Ergo quomodo in operibus artis, sic etiã in naturę licet perspicere. Nã in his quoq; praue omnia facta sunt, & plura sunt praua, quàm pba, vt lectus vestis, quoduis aliud. quódq; probũ est, id omne prauum etiã comperiri potest: quod autẽ prauum, id non omne probum quoq; reperies: vt si quis vetustissimorũ pictorum, fictorúmq; opera contemondum enim perite pingebatur, aut ex ære ducebatur, sed pingui minerua omnia affabricabantur. Natura etiam praue omnia facit, & plura prauа, quàm proba: proba vero pauciora præstare, non omnia potest. Atqui domesticum omne melius est. ferum autem, atque syluestre prauum natura, scilicet non quæ initia ortúsq; cõsequet, sed cui opinor factu difficile sit, probũ illud, vrbanum, atq; domesticum. Contrariũ vero aut nunquam, aut raro efficitur. Attamen vel

* πάμφαγος. 44

temporum, locorúmq; conditione, tẽperamentóq; vniuersi quodam fieri potest, vt vrbana, & mitia reddantur omnia animaliũ genera. Hoc idem in omni etiã stirpium genere intelligere licet. quæcũque enim vrbana sunt, eadẽ etiam comperiri syluestria possunt. at quæ syluestria extitere, eadẽ omnia mãsuescere non possunt. Non tamen desunt, quæ suis locis quibusdã peculiariter ita se habeãt, vt neglecta, seráq; peruenire præstantiora possint, & mitiora, quàm quæ alibi summo cum studio colantur.

45 Cur hominũ umbilici ampliores, cæterorum antẽ animantium exigui incertique fiunt? An cæteris, quoniã tẽporis multum gestentur, umbilicus arescit, neq; directum porrigitur, deniq; uiceribus intumescit: quãobrem nonnulli umbilici deformes sunt. at vero homo imperfectus proditúrq; humidus atque sanguinolentus sequitur eius umbilicus. Indiciũ vero, cætera perfecta, hominem imperfectum prodire, quòd alla statim inde ab ortu naturæ uiuere sua opera queunt: pueri curam desiderãt, nec seruari nisi alieno beneficio possunt.

46 Cur animantiũ alia semel cõeunt, alia sæpe & alia anni tẽpore certo, alia nullo statuto tempore, sed prout inciderit? homini semper cõcubitus oportunus est, feris non sæpe: & quidem fues agrestes semel concumbunt, domestici sæpe? An propter pabulum, colorem, atque laborem: quippe cum venus comes satietatis sit? & eadem alibi semel, alibi sæpius pariunt, vt sues in Magnesia, & Aphrica pariũt bis. Cauisse vero tempus pariendi prolixius obtinet, vbi enim se impleuerunt, non amplius concipiscũt: quo modo nec cibũ affectant, quæ satiata sunt. quæ autem

autẽ grauida iam esse incœperint, minas auida veneris euadunt, quoniam menstruę purgationes mullæ præterea ueniant.

Cur homines, qui raris dentibus sunt magna ex parte breuioris sunt vitę? An indiciũ hoc est, 47
delium os esse capitis? ergo cerebrũ inualidum esse, quia minus sit respirationibus opportunum: atq; celeriter putret, vt & ꝑ sua natura humidum sit. nã & cætera, cùm nõ mouentur, neq; exhalant, facile corrũpuntur. Quo etiã fit, vt homo capite pilosо maxime sit: & mas, quàm fœmina diutius uiuit, * futurarũ sui capitis beneficio. An in cæteris quoque idem sit cogitandum? * ἐπιφάτ. ἐπιφάτ.

Cur qui manus cæsuram per totam obtinent 48
palmam, uiuere diutius possint? An quoniã minus uiuere possunt, quæ carẽt articulis, incompactæque sunt, quale genus omne aquatile est? Quòd si quæ articulata nõ sunt, vitam breuiorem agere solent, constat contra sese habere, quæ articulata. Cuius profecto generis illa etiã sunt, quę cùm sua natura omni articulo careãt, tamen articulata nõnunquam quoad maxime licet, cõfiũnt. Manus autem pars interior penitus articulo uacat.

Cur animantiũ homini, vel ui, vel maxime 49
oculi deprauãtur? An quòd homo, vel solus, vel maxime morbo comitiali capi in puerili ætate solet, cùm certe deprauari omnibus accidit?

Cur animantium homo maxime fumo affici 50
potest? An quòd homo lacrymã maxime emittit? fumus autem non nisi cum lacryma est?

Cur equus equo, homo homini, atque omni- 51
nu cognata cognatis, sibiq; similibus gaudent atque capiunt? Nõ enim quia pulchrũ videtur cupiditas autem formã sequitur elegantiorem.

Nam si id esset, rem pulchram suauiorem esse oporteret. nunc autem contra potius euenit, vt quia iucundum suauéq; est, ideo pulchrum esse videatur. Nec etiam omnibus res eadem voluptati est, nec pulchrum idem lætitiæ: aliis enim esse, aut bibere, aliis concúbere lætabilius est, sed causa, cur vnumquodque iunctum suo cognato maxime, suauissimeq; concúbat, in aliam cadit quæstionem. Pulcherrimum vero id etiam esse, nondum asseri vere potest: sed nobis quod ad concubendum suauius est, pulchrum esse videtur: quoniã rei, quã cupimus, aspectu quoque nimirum delectemur. Et quidem in cæteris etiam cupiendi generibus res pariter sese habet. cùm enim siti detinemur, humorem suauem cernimus. Quod itaque ad vsum aliquem pulchrum est, & quod idem maxime cupere solemus, suauissimum id esse ipsum videtur. quod autem per se tale est, non præterea sic esse videbitur. Argumentum quòd adulescentuli plerique formosi, aptiq; nobis esse videbũtur, cum ad cõcumbendi vsum respeximus. Nũquid igitur ita, vt etiam plus gestiamus, quàm si deformes quosdam intueamur? Nõ hercle, nisi eos auidi sumus, quomodo potio quoque videtur pulchrior: nam si siti detinemur, humorẽ multò suauius aspiciemus.

52 Cur hominis prior pars pilosior, quàm posterior est: quadrupedum contra posterior, quàm prior setosior? An & omne animal bipes partem priorem habet pilosiorẽ? nam aues quoque eodẽ modo, quo homines se habẽt. An partes infirmiores natura semper integere potius cõsuit, infirmum autem vnumquodq; loco sui corporis aliquo est. Quadrupedum vero omnium partes

partes posteriores infirmiores loci causa sunt, quam priores: affici nanq; à frigore, çtúq; amplius possunt. Hominũ priores infirmiores sunt, incommodíque illis eisdem opportuniores.

Cur animantium homo maxime soleat sternutare? An & etiam grauedine maxime homo tentatur, cuius rei causa est, & calor, & circa cor est, sursúmq; sua natura effertur, cæteris animãtibus in armos se effert. vnde per refractionẽ disiectus, partim cerniculé capútq; petit: partim in spinam lumbósq; defertur: hęc enim linea recta, iuxtáq; basim sita omnia sunt. Quòd cùm & que corpus pene totum recalescat, humores quoque in sese pariter digerit, planeq; partitur: humores enim calorem sequũtur. ex quo fit, vt neq; à grauedine admodũ infestari, neque sternutare quadrupedes soleant. Sternutamentũ enim vel spiritus vniuersi delatio est, humore, scilicet pl⁹ aliquid exhalante, vel crudi humoris conatus, excursúsque: quocirca destillationes solent præcedere, quæ quidem animantibus cæteris minime incidunt, eo & caloris illa delatio ante, retrórq; portionibus çquis se digerit. Homini vero, & erecta basi se in sublime modo stirpiũ attollit, euenit, vt caloris elatio plurima, & vehementissima caput adeat: elatúsq; eo calor, meatus cõcalefacit rarefacitq; capitis: qui tales demum effecti, nimirum capaciores humorum, quàm meatus cordis inferiores redduntur. Quoties itaque accidit, vt caput humescat, refrigeretúrq; extrinsecus amplius quàm satis sit, efficitur vt calor, qui & alimentum habet, & se in partem interiorẽ cõtrahat, minimum crescat: crescẽs sese in caput, meatúsque capitis efferat, quò humores prętenues, crudíq; sectãtes, implẽt meatus, destillationésq;

faciunt,& sternutamenta ratione simili mouet. Nam inter initia destillandi calor humorē sursum præcedens, inflansque meatus, sternutamēta expulsu spiritus, ductūq; humoris tenuis, acrisq; incitat: Vnde fit, vt post grauedinis sternutamentum, pituitam, aquæ similē abstergamus. Hæc cùm omnia sese mouerint, humores coacti, crasiq; subsidunt, & foramina capitis obsiq; intersepiunt, facta enim tumidiora, distentiuráq; caput dolore infestant. Argumentum, quòd nullus per eas spiritus foras mittitur, ex quo sequitur, vt neque sternuere, neq; olfacere possint, qui grauedine detinētur. Sternutamenta autē, quæ sine grauedine mouētur, hæ quidem eadē ob causas veniunt, sed exiguis, leuibūsq; initijs. Itaq; vbi vi caloris collecti humores sunt, facile ab eodem calore pro sua exiguitate spiracentes, in nares interrumpunt. Strepitum vero spiritus non minus violentia sese efferendi, quàm sua copia mouet. Cùm enim calor directo tramite ad cerebrū vsq; extulerit, eiq; ipsi impegerit, ad nares reflectitur, eo quoniam meatus illac foras de cerebro pertendant: quòd cùm illa foras reflectendi delatus spiritus nares versus contra naturam agatur vehemens vt fiat, nimirum euenit: itaque strepitum mouet. Cæterorum autem animantium aues maxime grauedinem sentiunt, quòd suam corporis maxime similem hominibus gerunt, verum minus quàm homines efficiuntur quoniam caput magna ex parte deorsum tenent, vt quæ victum abs terra petere soleant.

54 Cur maris animalia maiora, vegetioráque sunt quàm terræ? An quòd vis Solis consumēdo quæ terrā ambiūt, copiam detrahit nutrimen-

tiquamobrem quæ abdita vitā agunt, vegetiora sunt. His igitur omnibus incommodis cùm genus maritimum sit immune, merito tum ado lescere potest corpore ampliori, & vegetiori.

Cur cætera animalia cibum sæpius sitiam, quàm humidum capiant, homo humidum sæpius, quàm siccum? An quòd homo natura calidissima est, plus refrigerationis desiderat? 55

Cur spadones calui effici nequeant? An eo quòd multum cerebri obtinent? quod sanè his contingit, quia rem venereā non aguntis emē enim labi per spinam è cerebro videtur. Qua de causa boues quoque castrati cornua gerere maiora putantur: necnon & mulieres, & pueri eur calui non sint, eadem ratio esse creditur. 56

Cur animantium alia, vbi primum in lucem edita sunt, nutriri per seipsa possint, alia nequeant? An ea possunt, quæ in genere, quod memoriæ capax est, breuius viuūt? quocirca ocyus quoque morte eadem omnia occumbunt. 57

Cur homo plus excrementi humidi egerit, quàm sicci: equi & asini plus sicci, quā humidi? An quòd hæc animantiū genera sicco pabulo largiori vtūtur: homo humidis magis, quàm aridis vesci solet? ex cibo autē omne proficiscitur excrementum, & ex copiosiori copiosius. Igitur alia humido potius, alia sicco largiori vtuntur pabulo: quoniam alia sicca natura sunt, alia humida. Itaque humidū potius capiunt quæ sicca cōstant natura: huius nanq; sunt indigentia, cōtra siccū affectāt, quæ humida sunt natura, vtpote quę qualitatis eius inopia magis teneātur. 58

Cur aues, & homines, & genus quodq; animantium forte, corpore sunt duriori? An quod animositas cū calore est? metus enim refrigera- 59

tio est, quorũ igitur sanguis amplius feruet, hæ & robustiora, & animosiora sunt: sanguis autem alimento corporibus est. Et quęcunque vero ex sirpibus terræ aqua tepida irrigaueris, omnia duriora euadent.

60 Cur mõstra paruę quadrupedes pariũt: homo autem, grandesque animantes omnes minus, vt equi, & asini? An quòd paruæ, vt canes, sues, capræ, oues, longe sunt fœcundiores, quàm grandes? illarũ enim aliæ omnino singulos pariunt, aliæ magna ex parte. Monstra autem tum consuerunt cùm plura semina inter sese cohærescũt confunduntúrque, vel cùm prodeunt ex mare, vel cùm se in fœmina permiscent. Vnde aues eriam monstra edere possunt, oua nanque vitello pariunt germinato monstrum autem ex geminatis illis cõstitit quorum vitelli nulla interiecta membrana distinguuntur.

61 Cur hominum caput pilosius, quàm reliquum corpus nec ex proportione pilosum est: cęterorum autem contra? An cętera vel in dentes exuperant præ nimia alimẽti copia, vel in cornua, vel etiam in setam? Quę igitur in cornua, capite minus setoso hæc sunt: absumptum enim illam in rem est? Quę autem in dentes, plus quidẽ pili, quàm cornigera obtinent, capronarum enim nonnihil fortiuntur, sed minus quàm aues. His enim illud etiam, quòd homini genus integrãdi natura tribuit, sed quod illis ꝑ copia nutrimenti multis luxuriat locis, id in capite hominis abdat, nec enim nullum habet, nec adeo multum, vt pilorum vndique excrescat congeries.

62 Cur vnus omnium animantium homo canescit? An quòd pars animantium maxima pilum quotannis deciduum gerit, vt equus, vt bos? nulla

nulla deciduum non gerũt? tempus autem vitiunt breue, vt oues, & quædã alia, quorum pilus vtpote non senescens canescere non potest. At homo non decidũ gerit pilum, & longam degit ætatem: itaque tempore cõsenescit, atque inueteratur.

Cur vita breui, imbecillisq; viribus sunt, qui 63
partem vmbilico subiectã maiorem, quàm superiorem habẽt pertinentẽ ad pectus? An quòd venter suam ob breuitatem frigidus est? itaque vt vim parũ obtinet concoquendi, sic excrementis redundare aptissimus est. Morbis autem nemarum patent, qui tali ventre constiterint.

Quam ob causam animantium alia non so- 64
lum coitu, sed etiam *ſpõte naturę procreãtur, *αὐτόματα.
alia coitu duntaxat proueniunt, vt homo, vt equus? An quòd etsi non abũ ob causam, tamen quòd aliis gignendi tempus breue statutũ est? itaque fieri nõ potest, vt tẽpus, quod vim obtinet generãdi amplificetur prorogetúrque: sed tẽporũ vicissitudine, cõmutationeque, vt procreẽtur cõtingit. Aliis multũ generatio ampliari solet: etenim vel anno, vel decem mensium spatio confici assolet, quapropter vel nullo pacto, vel ex coitu procreentur illa, necesse est.

Cur Aethiopũ dentes candidi, & cãdidiores, 65
quàm cæterorum, vngues autẽ non dentibus in candore respondeãt? An vngues ideo nigricãt, quia cutis etiam nigra est, & nigrior quam cæterorum? vngues autem ex cute proueniunt.

Sed cur dẽtes cãdeant, quæ nam ratio sit? An 66
quòd albescere illa solent, quibus vis Solis humorem detrahit, dũmodo nihil superinficiatur, quo modo etiam ceram albescere nouimus? An cutem superinficit calor, dẽtes minime, sed to-

tuscorum humor in vaporem à calore conuertitur, atque exhalatur.

67 Cur animantium alia præciso capite vel protinus moriũtur, vel paulò post, alia minime? An ita afficiuntur quæ sanguine carent, exiguóque cibo contenta sunt? quippe quæ neque cõtinuo cibum desiderent, neque in humore calor eorum diffundatur: quibus rebus priuatũ animal sanguine constans, viuere nequit, illa vero sine respiratione viuere multo diutius possunt. Causam cur ita, aliàs abunde reddidimus.

ARIS

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO QVARTA.

Eorum, quæ ad [illegible] pertinent: cuius quæstiones. LXV.

CVR sensuum auditus maxime ab ortu naturæ offendi potest? An quòd auditus, & vox ab eodem initio proficisci videantur? atqui locutio ex facili posse deprauari videtur, quæ species vocis est, eádemque perfici difficillime potest. Indicium huius est, quòd posteaquam nati sumus, diu obmutescimus, deinde balbutire tandem incipimus: principio namque nullum proferre penitus verbum valemus. Cum itaque facile peruerti locutio possit, ádemque initium audiẽdi, loquendique sit, (vox enim quædam audiendi quoque primordium est) sequitur vt quasi per accidens, non per se omnium facillime sensuum auditus interimi possit. Argumentum autem, facile omnino loquendi principium destrui posse, vel ex cæteris animantibus erui licet. nullum enim loqui ex cæteris potest, sed homini tantum facultas hæc data est, & hic tamen sero (vt dictum est) loqui incipit. 1

Cur omnes Surdi vocẽ reddere per nares assolent? 2

solēt? An quòd prope adsunt, vt muti sint? muti autē per nares vocent extrudūt, eo nanque spiritus illorum compellitur, quia ore compresso sunt, quod compressum ideo est, quoniā lingua his ad vocem reddendam vsui nullatenus est.

3 Cur omnes qui natura sunt calida, magnam vocem emittere solent? An quòd multum in his aerē, feruidúmq; ineſſe necesse est? vis enim caloris facile ad se & spiritū trahit, & aerē: cōque amplius id agit, quo amplior est. Vox autē magna tū oritur, cū aēris multū agitatur: vtq; acuta, cū celeriter, sic grauis, cū tarde aer incitatur.

4 Cur omnes surdi per nares loquuntur? An quòd surdi violentius spirant, quippe qui prope adsunt, vt muti sint, meatus itaque narium ducta spiritus laxior redditur? ex quo fit, vt nisi per nares loqui non possint.

5 Cur melius audiri quæque in nocte, quàm die possunt? An quòd requies omnium nocte amplior est, quoniam calor abest, vnde tranquiliora quoque magna ex parte omnia sunt.

6 Sol enim est, qui omnia mouet.

Cur voces è longinquo acutiores esse videntur? itaq; cum hominum procul admodum absentium clamorē imitamur, vocem acute emittimus, & similem eis, qui suam vocem in sonum astringunt tenuiorē. Et strepitus quoque resonandi acutior venit, quem procul abesse palam est: non enim nisi per refractionem exisſtere potest. Cùm igitur in strepitus ratiōe, acutū quod velox sit, tardum autē quod graue, voces è longinquo delatas tardiores videri oporteret, quæ enim feruntur, eo tardius omnia mouētur, quo longius à suo discesserūt principio, tandēmque collocabuntur, & decidunt. Vtrū igitur qui imitantur,

tantur, voce exili simulant, & sono tenui agere tētant vocem, quę se è longinquo defert: tenuis autem grauis non est, neq; exiguus, exilisq; vocis proferendæ vsus grauis est, sed acutus sit necesse est. An nō modo qui imitātur, ea de causa ita simulant, verūetiam strepitus ipsi acutiores exisſtūt? Causa vero cur ita sit, quòd aēr, qui defertur, strepitū excitat, & quēadmodū primum aliud obstrepit, quòd aērem mouerit: sic rursus aer subinde mouēdo agat, oportet, vt partim moueat, partim moueatur, quo fit, vt cōtinuari strepitus possit, quippe cū perpetuę mouēti mouēs succedat, donec omnis conatus mouēdi emarcescat: quæ quidē res in corporibus non nisi cadere est, cum scilicet aer nō amplius impellere vel telum, vel aērem potest. Vox enim cōtinua redditur, cum aer aerē propellit: telum autem fertur cum corpus ab aere mouetur. Hic igitur corpus idē defertur assidue vsq; ad eum finem, dum corruat, at ibi alius atq; alius aēr perpetua vicissitudine profluit, præcedenteq; subsequēs minor est, itaq; velocius quidem mouetur, sed per minus subinde aeris: qua de causa voces acutiores è lōginquo tenuiores sētimus: est enim acutū, quod velocius est, vt ambigēdo superius propositum. Hæc eadē causa est, cur & pueri, & aggrotantes acute, viri autē, & bene valentes grauiter vocē emittāt. Cur vero propinquis autibus vox grauior, acutiórve esse minime pateat, & omnino cur similis pectis pōderibus nō fit, causa, quòd proiectū illud, cum vnum assidue sit, identidē assidue fertur: strepitus autem aer propulsus ab aere est, itaque fit, vt pondus vnum in locum cadere tantūmodo possit: vox autē quoquouersus spargat sese, nō secus ac si

proie

proiectum pondus, dum fertur, in partes frãgatur innumeras, atq; etiã se retrorsum disperat.

7 Cur domus * nuper illita magis resonat? An quòd maior refringendi datur facultas propter læuitatem? Læuis autem ideo est, quoniam cõtinens adhuc, rimisque immunis penitus extat. Non tamẽ admodum humidam volo intelligi nulla enim refractio de limo effici potest. Hæc profecto causa est, cur etiam opus omne testorium magis resonet. Quinetiam aëris immobilitas fortasse aliquid facit: congestus enim vniuersúsq; cùm* sit, occurrẽtem illum retorquere vehementius potest.

8 Quam ob causam si quis dolii, & lagenæ, & cætera id genus figulina inania obruat, operáq; domicilia resonare amplius postint: necnõ si puteus, vel cisterna, vel aliqua fouea in domo fit, magis magísq; ita fiat necesse est? An quod ratio resonandi non nisi refractio est? * Hæc enim potissimũ resonandi illa reciprocatio nascitur. Ergo puteus, & quælibet fouea angustiũ obtinet, & aërem colligere potest, dolia, cæteráque fictilia denfitatem quoque suæ ambientis foueæ præ se ferunt. Itaq; vtraq; de causa illud euenit, concaua enim omnia magis sonant, & ex quoq; ob eam rem sonitum præcipue omnium reddit. Nec vero absurdum, quòd obruta illud faciãt: vox enim non minus in imã se defert, denicq; quoquo versus, atque etiam in orbem ferri putandum est.

9 Cur si vasa quis inania obruerit, faciet vt magis ædificium resonet? At quòd vasa soliditatẽ, perpetuitatẽq; sua melius & cõcipiunt, & continent aërem, simílq; accidit, vt ictus vehementior effici possit?

Cur

(2. Gra. hæc addit comprehen sum aërem congestum vniuersum que esse oportet, ac occurrentẽ sensum lenémque, à quo refrangatur habere.

Cur aqua frigida de eodem profluens vase 10
acutius, quã ealida obstrepit? An quòd delatio aquæ frigidæ velocior est? grauior enim frigida est, acutiorem autem strepitum reddit, quæ velocior est, calor vero & raritate alleuat, & elatione. Proximum illud est, quòd faces quoque ardentes ictum faciunt imbecilliorem.

Cur homini qui vigilauerit, vox asperior red 11
ditur? An q̃ eius corpus ob eruditatẽ humescit, maximeque loco superiori, vnde caput quoque grauescit? Et cum fauces humore redũdent, vocem asperiorem existere necesse est, asperitas enim ob inæqualitatem, grauitas propter obsepimenta exultat, retardius enim fertur.

Cur cibo ingesto mox tenor frangitur vocis? 12
An quòd membrum illud voci tributum crebro cibi accursu percussum concalescit, cõcalescẽs humorem attrahit, qui ob assumpti cibi humefactionem & largior est, & parator.

Quare qui flent, vocẽ mittunt acutiorem, qui 13
rident, grauiorẽ? An q̃ alteri suam ob debilitatem parũ spiritus mouet, alteri vehementer intendit, quod facit, vt spiritus velocius ferri possit, vel ex autẽ omnis acutus est, quippe qui ab intento proiectus corpore, feratur velociter. Solúta qui rident, resolutur, & debilitatur, itaque vocẽ grauius edit. Quanquam ægri acutã emittunt vocẽ, parum enim aëris mouent. At vero qui rident, non solũ parum, sed etiã lenius mouent. Ad hæc qui rident, spiritum calidiorem emittant, qui flent frigidiorem, dolor enim refrigeratio pectoris est. Calor itaque multũ aëris mouet, ita vt tarde feratur: frigor autem parũ eiect. Idẽ vel in tibiis fieri nouimus, enim vero qui spiritu inflat calidiori, multo tardius agunt.

Cur

Universidad de Deusto Biblioteca

24 Cur pueri, cæteráq; recens nata animalia vocẽ reddũt acutiorẽ, quàm quę perfecta ætate sunt, cùm tamen omne acumen vehementia fit? An quòd vox motio aëris est, & acutior quæ velocior? facilius autẽ, & velocius parum, quàm multum aëris mouetur. Mouetur autẽ quoties vel à frigore cogitur, vel à calore discernitur. Sed cũ inspiratio frigida admissio sit interior nimirum aër tantisper cogitur, cũ spiritũ capimus, cùmq; expiratio caloris emissio sit, aëre sanè à calore citatio, vox effici potest: cũ enim spiritũ reddimus, non cùm capimus, vocem formamus. Cum autem nouella calidiora sint, quàm vetula, suóq; meatus habeant arctiores, minus in se aëris possunt continere, cúmque calor qui moueat, amplior in his insit, res autẽ quæ mouetur, minor subsitet, velocius vtraq; de causa aër moueri potest. at si velocius, vox certe acutior dabitur, ob ea ipsa, quæ ante retulimus.

25 Cur vocẽ qui flent, acutiorem emittunt, qui rident, grauiorem? An qui flent, intendẽdo contrahẽdóque os, vociferantur? itaq; propere aër interior corpore intẽto mouetur, cúmq; per os transeat angustũ, ferri velocius potest, vtraque igitur ratione fit, vt vox acuta edatur. Cõtra qui rident, remisso corpore, hiscentéq; ore rideñt cùm igitur ob eam rem late, tardeq; profundit 26 aërem, merito vocem emittunt grauiorem.

Cur vocẽ reddũt acutã, qui expertes feminæ sunt, vt pueri, mulieres decrepiti, spadones grauem autẽ viri, qui firmissima sunt ætate? Anne causa est, qua linea, cæteráq; tenuia dimẽsione vnã dũtaxat sortiũtur? crassa autẽ, plenáq; plures obtinẽt? itaq; vox etiã tenuis vnã dimẽsionẽ habuerit, vnũ autẽ & efficere, & mouere facilius

est, quàm plura. Ergo cum prædicta illa spiritũ habeant imbecillũ, nõ nisi parũ aëris moueri ab illo spiritu potest. Minimus autẽ est, qui dimensione vnica cõstat, quẽ prædictis rationibus tenuẽ esse, vocemq; talem ab eo proficisci necessarium est: vox autem acuta, quæ tenuis est. Igitur qui pedisico illo semine carẽt, vocẽ hinc merito reddunt acutiorẽ. Viri robusti, quoniam spiritu valeant, multũ aëris incitare queunt: quod cùm multũ fit, lentè mouetur, vocemque efficit grauiorem. motu enim veloci, & tenui vocem reddi acutam iam constitit, quorum neutrum, vt in viris possit existere, accidit.

Cur voces nostræ grauiores sint tẽpore hyber- 27
no? An ẽ aër interior tunc, & exterior crassior est, crassior autẽ cũ sit, tardè moueturitaq; vox grauior nõ immerito fit. Addeẽ somnolẽtiores hyberno tẽpore sumus, quàm æstiuo, plusq; tẽporis obdormire solemus: somnus autẽ facit, vt membris grauioribus simus. Quo igitur tempore plus dormimus, quã vigilamus (quòd hiberno profectò est) hoc vocẽ effici grauiorẽ, quã quo è contrario agitur, ratio est. cùm enim tẽpus vigilãdi quod interuenit, breue sit, habitus corporis, qui inter dormiẽdũ cõmittitur, permanere vsque ad somni repetitionem nimirum potest.

Cur ex potu, vomitu, atq; *frigore vocẽ emit- 28
timus grauiorẽ. An faucibus intercẽptis, quam *πάθος φθο-
ex pituita subsistendo cõmittit: quippe quæ ali- χότ.
quid fluxionis in eas detrahat, alius vomitus, aut potus, alius præsentis temporis qualitas per obstructionem fauces reddit angustiores. itaque delatio spiritus tardius agitur: quæ autem tarda delatio est, grauem hæc efficit vocem.

Cur vox grauior è propinquo magis quàm è 29

longinquo sentiri potest? An quòd grauior plus quidē aëris moueat, sed nequaquā in longitudinem? ergo à longe minus sentitur, quoniā premitur spatium se deducentē propinquo autē magis, quoniā plus aëris sensorium ferit audiendi. Acuta procul ideo audiri potest, quoniā tenuior est: tenue autē omne augeri in longitudinē potest. Dixerim etiā, quòd motio, quæ vocē reddat acutiorē, velocior est: quod fieri potest, si vt dēssus, sic angustus spiritus sit, qui aërē mouet. nam & exiguus aër mobilior est, quippe qui ab angusto moueri queat: densus plures effecit ictus, qui strepitum reddant. Licet hoc in musicis perspicere instrumentis: fides nanque tenuiores exteris eiusdem substantibus acutius consonant.

Cur vox acutior illis esse videtur, qui longius absunt? cū tamē acumnis ratio sita in eo sit, vt velocius feratur, & quod longius fertur, moueri tardius soleat. An quòd vocis acumē non solum in velocitate mouēdi, sed obstrepēdi etiā nimia tenuitate cōsistat? Qui autē longius absunt, vocem tenuiorē excipiunt ob aëris, qui mouetur, exiguitatē. motus enim ita marcescit, vtque numerus emarcescens in vnitatem relabitur, sic corpus in vnicā dimensionem extenuatur, quæ tam in corpore, quàm in voce tenuitas est.

Cur vocē acutam & exercitati reddunt, & debiles? An debiles, quia parum aëris mouentipsarum autē, quàm multum velocius fertur? Exercitati vero aërem excitant vehementius: aër excitus vehementer velocius fertur: acutū autem in voce id est, quod velox in delatione.

Cur vox corrupti his soleat, qui cibo ingesto clamitarunt? itaque omnes, qui vocē exercent, vt histriones, saltatores, & cæteros generis eiusdem,

dem, mane, ieiunóq; ore exercitationem adire licet, inspicere. An vocem corrumpi non aliud est, quam membrū, qua spiritus transmeat, corrumpi? Quocirca rauci quoque voce corrupta sunt, non quòd spiritus vitiatus est qui vocem aëromat, sed quòd exasperata arteria est, quæ vehementē concalefactione exasperari maxime solita est. Quamobrem neque qui febriunt, neque qui vehementer febrierunt, statim cùm febris cessauerit cantare queunt: sunt enim aspersi nimio ex calore faucibus. Cibis autē spiritū & largam reddi, & seruidum cōsentaneum est: qui talis autē est, exulceret arteriam trāsmeando, atque exasperet, ratio est. quod cùm incidere, merito vox destrui potest.

Cur vox, cùm aër quidam formatus sit, & qui 24
cùm fertur, formam sæpe illam amittat, echo id est resonantia fiat? cùm enim aër vehementius in aliquod solidum offenderit, vox non dissolutur, sed eandem expresse reciprocantē audimus. An quòd refractio est, non perfractio? sic enim cum totū permanet, tum partes ab eo duc uniformes proficiscuntur, quippe cùm per similem angulum refractio existere soleat: itaque vox resonandi similis primæ efficitur.

Cur exterorum animalium nouella, recēnsq; 24
edita vocem mittunt acutiorē, quàm quæ perfecta ætate sunt: vituli autem grauius mugiunt, quàm boues perfecti? An quòd infans quoque cognere similis fœminæ eiusdem generis est? bouum autem fœminæ grauius mugiunt, quàm mares, cùm cætera è contrario agātur: vituli fiunt meliores fœminis quàm maribus: suntne igitur eorum hi grauiorem emittere debent.

Quam ob causam paleis in orchestra sparsis, 25

chori vox minor sẽtiatur? An propter asperitatem? vox enim pauimento minus leui occurrens vt minus vna, ita minor existit, quippe quæ minus continua sit: quomodo etiam lux amplior resplendet in leuibus, eo quod nihil impedimenti interuenit, quo interpellétur.

26 Cur sal igni ingestus mouere crepitũ soleat? An quia sal parũ humoris intra se cõtinet, quod mox á calore ignis conuersum in spiritum, violentóq; exiliens impetu salem rumpit? omne autem quod rumpitur, mouere crepitum solet.

27 Cur pueri nonnulli, antequam ætas veniat qua vocabula suo tempore explanare possint, fari incipiant, & vbi aliquid expresse dixerint, rursus obmutescant, atque vt prius degãt, quousque solitum tempus loquendi accedat? quæ quidem à plerisque portenta esse putantur. Iam aliquos etiam statim cùm in lucem euenerũt, locutos esse proditum est. An magna quidem ex parte secũdum naturam homines prodeũt, itaque illud paucis accidit, sed naturæ ratione fere mul hæc cõtingere, ac perfici solẽt quamobrem simul & audiũt, & vocem emittunt, simul & intelligunt facultate audiendi, & loquũtur & explicant. Euenit tamen interdum ne hæc simul contingant, sed vt alij prius intelligant quam membrum id absoluatur, quo loqui possimus: alij cõtra, qui scilicet quæ loquantur, intelligere nequeãt. Quæ enim audierint, *simulare eorum reddunt: sed cùm tempus affuerit, vtroque iam munere naturæ fungi incipiãt. Quibus autem prius sensa auditus in animo ualeãt, quàm membrum id absoluatur, quo primo voce mouemus, orationemque condimus, ii nonnunquã, vbi iam multa intellexerint, facultas quoque membri illius, & absolutio propere cõtingit, maxime quidẽ à summo. Cuius rei causa est, quòd somnus data requie tùm corpora tota, tùm mẽbra singula facit segniora. Sed fieri potest, vt vel ob aliã huiusce modi mutationẽ idem eueniat. Cõplura antẽ sunt, quæ vt efficere valeamus, breuissimi tẽporis adiumẽto opus est, & tamen eadẽ postmodum æque agere nequaquã possumus. Quoties itaq; membrũ illud ita se habeat, vt liberum absolutúmq; sit, efficitur quod per auditum intelligentiam mouit, idem cum pendet finitátque in sensu, remeet, verbúmque reddat. Hinc bonis & carmina, & vocabula sæpe numero non ex voluntate occurrunt; & quæ prius voluntate petita diximus, eadẽ postea nõ voluntarie dicimus. hinc etiam sæpe quæ nouimus, ore explicare non quimus. ita fieri potest, vt pueri aliquid dicant, rursúsque membrum, cui fandi data potestas est, redeat ad suam naturam, ac obmutescat, dum tempus corroborandi, absoluendíque vltimum veniat.

Cur aliqua obstrepunt, mouentúrq; subito, vt arcus, quæ nullo mouẽte, * quod sensus mouerit, cõcitãtur, & crepant, cùm tamẽ potẽtius esse deberet, quod mouet, quàm quod mouetur? quæ eadẽ quæstio etiã de corruptione, ac senectute est. quippe cùm à re insensibili omnia corrũpãtur, quæ à tẽpore pereunt? An simile guttis hoc est, ac lapidibus quos plantæ emergẽtes attollunt, atque reclinant? non enim quod vltimum additum est, id vel attollit, vel mouet, sed hæc omnia cõtinuatio efficit. qua quidẽ se insensibili accidit, vt motus ille sensibilis nascatur. Sic etiam res contenta spatijs sensibilibus temporis mouentur, atq; in partes digeruntur insensibiles:

vniuersi tamen, & continui ratione exoritur & motus, & obitus. Continuum autē illud non in instanti temporis, sed in tempore, quòd ab instanti determinatur, situm profectò est.

29 Quæ de causa oscitantes minus audire possimus? An quòd multum spiritus effluentis inter oscitandum aures etiā intrinsecus subit, vt motio vel sensu percipi possit, quā trudit ad aures, maximēque post somnum: strepitus autem vel aër, vel aeris affectio est. Igitur cùm interior nititur exteriori illi occurrenti, efficitur, vt motus interioris strepitus motum exterioris retardet, atque offuscet.

30 Cur pueri magis, quàm viri lingua hæsitant? An vt etiā manibus, pedibúsque pueri minus valemus, & infantes ambulādi omnino facultate caremus? sic etiā linguæ parum compotes pueri sumus, & infantes verbū nullum referre possumus, sed more brutorum animātium vociferamur videlicet causa imbecillitatis, quæ non solū *hæsitatem linguæ, sed etiam balbutiem, blæsitatémq; faciat: quippe cū blęsitas sit literam quādā exprimere non posse, cámq; non quam libet, sed certā balbuties vel literam prætermittere, vel syllabam: hæsitas alteram alteri syllabam iungere propere non posse. Quæ quidem omnia imbecillitate eueniūt, lingua enim subministrare intelligentiæ non potest. Itidē etiā vinolēti, senésque afficiuntur propter debilitatem: viris autem hæc minus vsu eueniunt.

*Imi vel infra q. xxxi.

31 Cur vox hominum tam metuentium, quàm *trepidantium obtremiscere soleat? An quòd emigrāte calore cor conquatitur? nam vtrique & trepidātibus, & metuētibus accidit, vt ita afficiantur. cùm cor autem conquatitur, ictus neq; quaquam

*Vnum augore certissimum.

quaquam effici vnus potest, sed plures proficiscantur, vt è fidibus laxiùs intentis, necesse est.

Cur vocem homines trepidantes grauē, metuentes acutam reddant? An quòd metuētibus locus cordis refrigeratur, cùm calor deorsum se defertur? quòd parum aeris excitare possint? vires enim positæ in calore sunt. Trepidātibus autem calor loca petit superiora, vt etiam pudore affectis esse rubori idem ieſe ad faciem: cuius indicium est, quòd plerumq; erubescunt. Resonant igitur, multúmque aeris, quo loquimur, efficiūt: ire autem tarde propellitur: tardum verò non nisi graue in voce est.

32

Cur nox ad audiendū aptior est, quàm dies? Vtrū (vt Anaxagoras ait) quòd aer interdiu stridet a sole concalefactus, & obstrepitu noctu requiescit, vtpote cùm omnis calor abfuerit? tūc autem quæque audiri melius possunt, cùm nullus strepitus est. An quòd per inanius facultas audiēdi amplior, quàm plenius datur? Est autē aer interdiu densus, vt qui luce, radiisque referatur noctu autem rarior, quòd ex eo ignis, & radij decesserunt, quæ corpora esse dixeris. An quòd corpora multifariam interdiu vim intelligēdi dispertiuntur, inque res varias deducunt? itaque clara audiēdi eripitur sensio. Et eo quòd omnia die magis quàm noctu agimus, ipsa quoque intelligentia negotiis corporis impedita est. sensus autem vbi semnctus ab intelligentia est, laborem velut insensibilem habet: vnde dictum, mens videt, mens audit. At vero noctu cum noster intuitus omni fit munere liberatus, magisque intelligentia requiescat, meatus auditus vel amplius patent, vel nihilominus quàm diu, vt capax sonorum pariter est, sic melius

cosdē sonos referre ad intelligētiā potest: quoniam nec ipsa intelligendi vis quidpiam agat, nec ab aspectu tentetur, vt fieri interdum solet.

14 Cur omnes, qui humore profluo vacant, vt pueri, mulieres, decrepiti, & spadones, vocem reddunt acutam, viri autem, qui firma ætate sunt, grauiorem? An propter membri imbecillitatem, quod mouere aërem solet? mouet enim exiguum aërem, quod imbecillum est: exiguus velocius fertur: quod velociter fertur, acutum est. An quòd primus meatus, qua vox permeare solet, omnibus semine vacuis pusillus est? itaque exiguum proficisci ab eo potest, quod aëra moueat: exiguum vero cum sit, velociter per amplas superiores fauces fertur. At viris ætate vigentibus hic amplior habetur, vt etiam qui ad testiculos pertinet: itaque aër plurimus est, qui inde propellitur tardior: ergo cum transeat, me

15 rito grauior reddi potest.

Cur homines lingua hæsitātes loqui nequeāt voce submissa? An quòd offensaculo quodam vox sistitur, retinetúrque? Sed cùm non pares requirantur vires, aut similis motus, cum quicquam non impedit motum, cúmque impediti, enitendum omnino est: vox autē motus est, vocémque altiorē solent emittere, qui pro viribus conantur: ergo cum ad expellendum quod obstat, enitendum sit, altius eos loqui necesse est, qui linguæ huiusmodi vitio tenentur.

16 Cur iidem illi trepidātes magis, quàm vinolenti, hæreant lingua? An quoniam affectus hic similis generi stuporis, quam apoplexiam vocamus, parti interiori cuipiam tribuēdus est, quæ partem mouere nequeant impedientē propter suam refrigerationem. Vnum igitur, quod sua natura

natura calidum est, refrigerationem tollit; trepidatio facit. Est enim tripidatio metus quidā: metus autem refrigeratio est.

Cur strepitus extrinsecus magis intus auditur, 17
quàm intrinsecus foris? An quòd intrinsecus cùm vasta, immensáque adeat spatia, discerpitur, dissipatúrque, vt pars eius vel minime, vel minus sentiri possit? Extrinsecus vero cum vox sese in locum arctiorem, stabiliorémque aërem efferat, vniuersa ingreditur: itaque cùm maior sit, non immerito melius potest audiri.

Quam ob causam qui lingua hæsitant, melā- 18
cholico habitu constant? An quòd propere sequi imaginationem, non nisi esse melancholicum est? Hæsitantes autē illi tales proculdubio sunt, impetus oanq; dicendi præruit, antecedítque facultatem eorum, vtpote cum animus visa sequatur. Balbis etiam idem accidit: hoc etenim omnes membra voci accōmodata tardiora habere certū est. Indicium vero, quòd tales vinolenti reddantur, cùm suas maxime imaginationes, non rationem sequantur.

Cur porrum prosit ad vocem sonoram? nam 19
& perdici commodum eadē in re nouimus: An quòd allium quoque elixum delinit: & quidem porrum lentitiam quādam obtinet, quæ fauces detergere possit?

Cur cætera animalia vocem tam acutiorem 20
emittunt, cùm validiora sint: homo autē, cùm imualidior est? An quòd homo imualidus exiguum aëra mouet, aër exiguus velociter permeat, velocitas strepitum reddit acutiorem?

Cur melius audiuimus cùm spiritum retine- 21
mus, quàm cum reddimus? itaque minus spirare in venatione præcipitur. Vtrum quòd per vena-

rum elationem vis sentiendi locum petit superiorẽ cùm enim dormimus, deorsum se defert, & crebrius tunc reddimus, quàm ducimus spiritum, minimèq; audire valemus. An etiã sanguis cùm reddimus spiritũ, ascendit: itaque pars superior impletur, cùm tamẽ per inane audiamus An quòd efflatio strepitus quidẽ est? hic autem expirando euẽniens vim obtinuit audiendi.

42 Cur sal exiguus ocius crepat. & exilit: vehementius autem & crepat, & exilit, qui plenior est? An quòd exiguus rũpi celerius potest? hanc enim multũ id est, quòd subeat iguis oportet, cùm sal ipse totus exiguus sit. Plenior autem ille lentius domatur quòd plus negotij est magnum disrupisse quàm paruum. crepat parum parum, quia paruus inuehitur ictus: maior magis, quia magno agitur ictu: crepitus autẽ ictus est. quod etiam robustius est, magis exilit, quoniam minus cedit.

43 Cur si salem eadem magnitudine, qua modico igni iniecisti crepet, nimio iniecteris ignis, vel nihil vel minus crepabit? An quòd prius ab igne corrumpitur, quàm rumpi possit? combustus enim humor, quòd cõsumptus est, crepat quasi discissus, disruptúsque est.

44 Cur oscitantes minus audire valemus? An quòd spiritum intercludimus, qui se ad aures *trucidat? indicium quòd strepitus in aure nascitur cum oscitamus. circumuentus autem interclusúsque illis spiritus facit, vt minus audiamus. Ad hæc vox oscitantibus quædam offertur, quæ vim audiendi interpellare potest: & comprimi vero aures necesse est, quoties corpus se distrahit, atque intendit.

Cur vox, cum apta sua natura sit in sol[illegible]

efferri, vt quæ aër quidem sit, non inferius sursum, sed superius deorsum melius audiri potest? An quòd vox aër quidam iũctus humori est, qui põdere humoris grauescent deorsum labitur, nõ sursum efferturi humoris nanque secundum naturam interest, vt deorsum seraturitaque ab imis sentiri plenius potest. An hoc voci dunta-xat animaliũ reddi debeat? hæc enim non sine humore proflunt, illud vero accidere nimirũ vel in cæteris omnibus strependi generibus noninus. Iirgo vt visus si superius deorsum procidenti, sursum versus reflectetur, sed si inferius sursum pertenderit, deorsum se flectet: sic vox, quę sua natura cogitur sursum ferri, vbi aeri sibi aduerso occurrerit, cũ per vim nequeat eum propellere, qui & amplior & grauior est, reflexa in partem aduersam deorsum se defert. itaq; aer, quo ore motus procurrerit, retorquetur, & ad ima collapsas sentiri inferius magis põt. Tale etiam est, quod in resonando fieri solet: vocis enim reflexus in partem contrariam agitur.

Cur vinolentis potius, quàm sobrius frangi 46
vox soleat? An repletio facit, vt vox celeriter frangi possit? cuius rei argumentum, quòd neque chori, neq; *ludiones statim à prandio, sed ieiuni vocem exercere consuevere. cum igitur vinolẽti impleti sint, meritò voces eorum potius frangi solent. *i. mane.

Cur vocem acutiorem longius audire possu- 47
mus? An quòd vocis acumen velocitas est: moueri autẽ ocyus solent quæ vehementius feruntur; quæ autem vehementius feruntur, hęc longius fieri possunt.

Cur spiritu retento melius audire valemus? 48
An quòd respiratio non nihil strepitus mouet?

meritq

merito ergo hic melius sentimus, cùm strepitum minus est: minus autem strepitus tum est, cùm spiritum retinemus.

49 Quamobrem lux quæ tenuior, & velocior, & deductior est, corpora penetrare densa nō potest, strepitus autē potest? An quòd lux directo itinere ferturitaque si quid recte illi profuerit iæ lucis obuium sepiat, lucem penitus deficiat necesse est. At strepitus quia spiritus est, ferri non recte etiam potest: itaque efficitur, vt strepitum sentire vndique liceat, non cùm tantum, qui se recte nostris auribus obtulerit.

50 Quare qui rident, vocem graviorem emittūt, qui flent acutiorem? An quòd corpore intento vox acuta depromitur: infirmum autem quod acutum est? Quæ vtraq; in flentibus inesse potius nouimus: sunt enim & intētiori corpore, & infirmiori.

51 Quamobrem cùm vox aër quidam formatus sit, & ſæpius dissoluatur, cùm fertur echo autē, id est resonantia fiat, icto eiusmodi aere in solidum quippiam: vox ipsa nō dissoluatur, sed expresse eadem percipi possit? An quòd aër reflexus agitur, ideoque totum à toto proficiscitur? Tum etiam affectus hic non nisi de re simili existit: quippe cùm aër reflecti de aere soleat in eam

52 Quamobrem cùm simul vocem multi emittunt, vnúsque tantum quantum singuli reddit: multorū vox illa neq; parem voci vnius offert se, neq; longius pro ratione deducit? An quòd singuli proximum aërem propellunt, non eundem, nisi paulo tenuis: quod simile euenit, vbi multi quidem prouciant lapidem, sed singuli aut magna eorum pars mittit diuersum: neque enim ibi longius, aut pro ratione longe ipsis vi-

lis deuenit, neq; hic longius, cūctorum, quàm vnius vox potent audieri: vox enim tanta non vnius est, sed multorū. Recte igitur propinquo vox multa esse pro ratione videtur, quandoquidem lapides quoque illi multi ita videri, atque idem ab equi possunt, at è longinquo plus, quam singulæ sint sentiri non potest.

Cur trepidantes vocem reddimus graviorē, 53
metuentes autē acutiorem? quanquā etiam pudor genere metuēdi cōtinetur. An multum inter se affectus hi distāt? quos enim pudut, erubescunt, trepidatio autem pudor quidā est, qui vero metuunt, pallent. Cōstat igitur calorem in meta partem superiore deferere, vt parū aëris præ sua exilitate mouere spiritus possit: velociter autē ferri potest, quod exiguū est: vocis vero velocitas non nisi acumen est. Iis contra, quos pudut, calor partem superiorē, id est, pectus petere solet: eius rei indicium erubescens facies affertur. ampliorem autem aërem amplior potentia monet. tardius vero omne fertur, quod amplius est, tarditásque in vsu vocis non nisi grauitas est.

Quæ causa est, vt lingua hæsitātes aliqui fiāt? 54
An membri, quo loquimur, refrigeratio causam habet, & tanquam stupens, & attonitum membrum id est? itaque vino, cōtinenteq; oratione conualefacti, verba facilius possunt copulare.

Cur homo solus ex omnib. animantium nu- 55
mero lingua hæsitans oritur? An & solus compos sermonis est, cætera vocem tantū obtinent? Qui autem lingua hæsitant, vocē quidem producūt, sed verba copulare, sermonemque condere nequeunt.

Cur sobrij tempore hyberno vocem acutius 56
emittimus,

mittimus, vinolenti autem æstuo grauius? An vox acutior, quæ velocior est? velocior autem quæ corpore intento se promit. Sobrioli & vere hyemeq; corpora magis constãt, quàm vinolentorum, æstateq; calores enim, teporesque cuncta resoluunt, atque elaxant.

57 Cur homo solus omnium animãtium linguæ hæsitans prouenire potest? Vtrum quòd etiam mutus solus existit? linguæ autẽ hæsitatio mutatis quẽdam est, nec membrũ, quo loquimur, absolutum habetur. An quòd homo solus compos est sermonis, cætera autem vocem dũtaxat sortiuntur? linguæ autem hæsitatio, vt nonnen declarat, vnum non est, nec promptam, continentemque parit orationem.

58 Cur homini vox serius perfici solet, quàm cæteris, quibus data est vocis proferẽdæ facultas? An quòd vocis humanæ genera, & differentiæ quàmplurima sunt? cætera enim animantia literas, vel nullas, vel paucas exprimere possunt. quod autem summæ varium, plurimisq; distinguendum differentiis est, id tempore longissimo perfici necesse est.

59 Cur cæteræ speciei eiusdem animantes vocem fundunt eandem: homines autem variam & multiplicem agunt? An hominum etiam vox vna est, multa autem genera loquendi?

60 Sed cur communis hæc vna hominum vox est, cæterorũ autem simplex? An homines multas proferre literas possunt, cætera vel nullam vel duas, aut tres exprimũt insonas, quę vocalibus iunctæ locutione conficiunt? Oratio autem non voce, sed vocis affectionibus significando absoluitur: at vocis affectiones literę sunt. Quin etiam pueri non secus, ac bestiæ suas exprimunt appet-

petitiones, vtpote qui nondum proferre literas possunt.

Cur aspectus corpora penetrare solida nõ po- 61
test, vox autẽ potest? An quòd aspiciendi delatio simplex est, quę per directũ profluere soleat ad lineã? cuius rei indicium, Solis radius est, & quòd nisi è regione cernere nõ possimus: vox autem motu multiplici ferri potest, quippe cùm vndique liceat audire. Quoties igitur aspectui directus ille impeditur progressus, eo scilicet, quòd res obiecta, meatuum incõdita, siue indisposita turba constipatur, transpicere nequit. at vox, quoniam quoquo versus profertur, omnia peruertat, penetrat, translapsa audiri vndique potest. in humoribus tamẽ facultas transpiciendi oculis data est: voci autem nulla, vel minima, quanquam humor tenuior, quàm terra est: quoniam humoris meatus parui, densi, cõtinuatique sunt, vt minime aspectus impediatur, quo minus tramite directo ingredi possit. Hęc eadẽ causa est, cur etiam per vitrũ, quod densissimũ est, trãspicere liceat: per ferulam, quæ rara, solutaque est, non liceat? non altero enim meatus respondẽt inter sese, in altera variãt. Nec quicquam iuuat amplos esse meatus, nisi recte ad lineam positi sint. Vox autẽ minime in aqua sentiri potest, quoniã minus aqua inanit, quàm vt aërem capere, vocemq; transmittere possit: vox enim aër quidam est. Haud enim omne rarius permeari se patitur, nisi etiã meatus ei respondeant, quòd permeare conetur, & cõgruant, vt vna etiam colligendi, & contrahendi sese desit, nec meatus capaces corporum sint: quanquam quod rarum est molle est, & tale, vt in seipsum cõire possit. Verum nõnulla præ nimia suorum

meatuum

meatuum angustia colligi impediūtur, vt vi-
trum: quippe vt flecti, contrahique non queat,
quamuis rarius ferula est, ratione prædicta: vt
etiam aqua, & quicquid aliud generis eiusdem.
Vnde illud quoque palam fit, non quod rarius
raro, molliq; vel eodem, vel proximo est, id ma-
gis in seipsum colligi posse, & adducere: causa
enim omnibus eadem reddenda est.

61 Cur vox quāuis minor reddatur adimendo,
speciem tamen seruat eandem? An quòd cum
his ipsis misceatur, quæ demperis, res autē mi-
sta nū partim est, partim nō est, sed vsquequaq;
talis est? æque igitur quibuslibet vndique detra-
ctis, æque cōtrahitur, vt necesse sit simul & mi-
norem esse, & similem.

62 Quid est, quod linguā faciat hæsitare? Vtrum
calor efficiat, vt procaciores sint: vtique offe-
endendo adhærēt quasi in salebris, quomodo affi
ci solitos homines nonnunquam incendūtur enim,
incitātur, anhelitāt, qui spiritu redundant: igi-
tur præ nimio caloris feruore. Anhelāt autem,
quoniā freques spiritus est, nec anticipat, quā-
tenus se tēpore respirandi promere possit. An
potius contra, vt loci, quo vocē mittimus, refri-
geratio causam det, tanquā membrum id actio-
nitum obstupescat, itaq; afficiatur, vt vel con-
calefacti à vino, aut perpetua oratione verba
expeditius possint copulare.

64 Cur tēpore hyberno voces graviores reddā-
tur? An quòd aer crassior est, talis autē cūm fit,
motus tardior prouenit, itaq; vox reliquitur gra-
vior. An quòd aer perfectius ictus permeat, fla-
ces autē interseptus, & constringi à frigore, pa-
rumq; destillante coguntur?

65 Cur pueri, mulieres, spadones, senesque vocē

residant acutam? An quòd motus velocior, qui
acutus est? & cūm genus idem sit, motu facilius
est, quod minus, quam quod plus est. Quamob-
rem qui firma æra tetendunt, plus aëris trahere
possunt: plus igitur illud tardius permeans vo-
cem efficit graviorē. Pueris, & spadonibus con-
tra res euenit, quoniā minus aëris capiunt. Se-
nes autem ideo tremunt, quoniā vocem conti-
nere non possunt, quomodo imbecillibus, ac
pueris visa venit, cūm lignum prælongum parte
extrema ceperint, alterū enim extremum qua-
tiūtur, quia nequeunt superare quod tenent, &
vincere: quod idem & trepidantibus hominī-
bus, & metuentibus, & rigentibus causam vocis
tremulæ afferre credendum est. Cūm enim qui
vocem ita emittit, eius calor pulsus ab affecti-
bus illis intro se colligat maxima ex parte, reli-
quum quod exiguū extat, vocem cōtinere non
potest: quapropter quatitur, atq; intremit. Vn-
de * artium liberalium professores, qui se
solitos trepidare nouerunt, princi-
pio agunt voce submissa, dum
resident, & stabiliantur:
vocem enim exiguam
vincere, contine-
réque facilius
possunt.

* τὰς τεχνι-
κάς.

* *

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO DVODECIMA.

Eorum, quæ ad res bene olidas pertinent: omnia quæstiones XIII.

QVR suffimenta omnia minus propinquo sentire possimus? Vtrum quòd odoris * delibatio aëre tẽperata validior redditur, vt myrrha medicinalis suauior est? An cõtra agitur, vt ignis ea cremãdi tollit odorem, qui per suffitum efflorat? & quidem apud carbones ipsos nihil redolent, longius vero purius, tenuissimúmq; fertur quod oleat.

* effluxio.

2 Cur odores tam suffimentorum, quàm florum minus suaues è proximo sentiantur? Vtrum vel cũ odore terræ quoque particulæ prodeũt, quæ præ suo põdere ante currunt, quàm ad sensum odor deueniat: itaque longius ille syncerum se offert. An neq; cum principium, proximum est, neque cùm admodum semotum, odor abunde effluere potest? Nã si proximum, nondum late emanat: si remotissimum, dilcerpitur.

3 Arbores reddi odoratas aiũt, in quas cœlestis arcus decubuit. Vtrum verũ hoc sit, an falsum? Et si verum, quam ob causam ita eueniat? ergo

* ἰρις κατὰ κεφαλῆς.

ergo nec omnes arbores, nec semper aliquas odorem ita acquirere palã est. Etenim sæpe arcus cœlestis cõstitit, & tamẽ arbores nihil odoris sparserunt, quod quidẽ sensum mouere possit: cũmque odor contrahitur, (accidit enim id aliquãdo, vtaque narratur) non in quaque materie contrahi potest. Causa vero per accidens ad arcum referẽda est, præsertim si arcus ipse nulla natura sit, sed obtuitus refrangendi tantũ affectio. Prouenit autem odoris ille affectus, vt dictum iam est, nõ qualitercunque se materies habeat: neq; enim in viridi, neque in arida: sed in vsta post aquam, quæ arcus superuenerit certam reddi suauitatem odoris pastores referunt, maximèque vbi aspalathus aut etiam rhamnus est, & genus ex iis aliquod quorũ flos suauiter olet. Ratio autem odoris eadẽ est quam etiam de terra animaduertimus: hęc enim cum feruet, atque nutritur, quod ediderit, principio bene olet. Enimuero quæ parce humido quendã in modũ recaluerint, odorata redduntur: humor enim concoqui calore nimirum potest. Qua de causa totius quoq; orbis terrarũ, quæ ad Solem oriẽtem spectant, odoratiora exurgunt, quàm quæ ad aquilonem: & eorum ipsorum, quæ ad ortum plus vergunt, quàm quæ ad meridiẽ, eo quòd loca Syriæ, & Arabiæ pleniora sunt, atque terrenosiora, Aphricę vero arenosa, siticulosaq;. nec enim humore nimium inesse oportet (conequi nãque nimius non potest) nec nullum sic enim nullas vapor inde extingi potest, quod vel in ea materie solet accidere, quæ & nuper exhausta sit, & tale habeat genus, vt secum odoris ferat suauitatem: quæ quidẽ res floribus declarari potest, odor enim in eos trãsmittitur. Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieri putat in iis,quib⁹ cœlestis arcus insliterit, quoniam nunquam id sine aqua effici potest. Cùm enim materies immaduerit,caloreq; interiori cõcoxerit,respirare iã incipit ; vaporemq; intra se cõceptum emittit. Nec vero aquam animam accessisse oportet,eluit enim atq; extinguit calorem ab igne iniectũ,quæ nimia venerit. Quæ autẽ aquæ post arcum solent incidere, non multæ,sed semper pene mediocres adueniunt : & si plures consiterint arcus,aqua non large,sed fæpe , & parce accedit. Quamobrem non immerito, cùm hoc ita fiat,qui rem * ἰσόμορον. insignem præter arcum nullam aspicerent,causam odoris illi attribuere.

4 Cur flores, & suffimenta suauius è lõginquo olẽt,è propinquo autẽ * herbam alia potius redolent,alia * fumũ? An quia calor quidam naturæ odoris est,odoratáq; omnia calida sunt : calidum autem quodq; leue est? itaque cùm longius permeãt,odorem deferunt suum secretiorem,vendicatámque ab cæteris tum foliorum, tum fumi,qui vapor aqueus est,odoribus,q̃ commiscetur eum ipsum. An cùm in propinquo sunt admista illa,cùm iis vnà redolent,quibus inhærent,atque ita odorem depranant? * πονηρίαν. * κατισθάνεται.

5 Cur omnia durius olent, cùm mouentur? An quòd excita plus aëris implent,quàm quiescentia? itaq; ocyus ad sensum nostrum odor transmittitur.

6 Cur tempore hyberno minus olfacere possimus,minimeque per gelu,& glaciem? An quòd aër à frigore immobilior redditur? itaq; motus non æq ue proficisci à corpore odorato potest, scilicet propter difficilem deliberationis motum, & aëris,quo inuehitur.

Cur

7 Cur acrius aromata olent cinere suffita , quàm igne,& plenius,ac diutius suũ seruant odorem, cum cinere suffiũtur ? An quòd in cinere minus concoqui odor potest ? itaque plenior est.ignis autem quòd celeriter vires eorum domat, & concoquit , odorẽ commutat. Concoctio enim res concoquendæ cõmotatio est, siue alteratio.

8 Cur rosæ suauius olẽt,quib⁹ vmbilicus asper quam quibus leuis? An quod suauius olent,quæ modũ consecuta sunt suæ naturæ : rosa autem spinosa natura est? ergo suauissime ideo olent, quòd magis secundum naturam constiterunt.

9 Cur odores è proximo minus suaues tam suffimentorũ,quàm florum spirant? An quòd portio terrena vnà cum odore se defert, quæ vt in proximo mista vim hebetat , sic in longinquo prorsus defertur,ac decidit. Illinc etiam flores contusi suum amittunt odorem.

10 Vtrum odoris natura fumus sit, an aër,an vapor? hæc enim inter se differunt,qua alterũ ab igne,alterũ & sine igne effici potest. Et vtrum à sensu aliquid in res odoratas proficiscatur, an ab illis in sensum, quòd aëra proximũ moueat? at si ob illis aliquid deliberatur , minora certe ob eam rem reddi oporteret: nunc autem quæ odoratissima sunt, hæc potissimum eadem videmus edurare.

11 Cur aromata cinere suffita acri⁹ olent,quàm igne? An quod in cinerẽ minus concoqm odor potest? itaq; plenior est.multũ ergo partis quoque terrenæ respirat fumúsq; redditur. At ignis terrenũ propere illud rapit : itaq; odor purior, ac syncerior sine vllo fumo ad sensum deuenit. Vnde etiã fit, vt flores triti hebeti⁹ oleãt;partẽ enim terrenam vt contritus mouere potest, sic

lentus calor absumere non potest.

12 Cur omnia odorata, tã semina, quàm plantæ vrinam ciere possint? An quòd calida, & tenuia sunt? tale autẽ quodque vrinam citat: celeriter enim calor indutus ille extenuat: nec odor ipse aliqua corpulẽtia cõcretus est. Nam & quæ non bene olent, velut allia, vi sui caloris vrinã mouent, vel potius vim resoluẽdi, liquefaciendique obtinent. Calida vero semina, quæ bene olent, ideo sunt, quòd odor omnino calore efficitur. Fœtida sanè inconcocta sunt. Nec solum calida, verum etiam plene esse concocta debent, quæ prouocatura vrinam sint, vt vnà descendendo humores possint extenuare.

13 Cur vinum dilutũ olere ocyus desinit, quàm merum? An quòd dilutũ imbecillius mero est? quòd autẽ imbecillius est, ocyus à quocunque mutatur, quàm quod validius. Tum etiã vinum dilutum facilius affici potest, quàm merum: quòd autem affici facilius potest, id & recipi à quouis, & recipere quodquis facilius potest: ita fit vt merum odorum, dilutum inodorum fit.

ARIS

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO XIII.

Eorum, quæ ad res malè olidas pertinent: omnes quæstiones XII.

CVR fœtidior vrina redditur, 1 quo diutius in corpore mãserit, stercus autem minus? An quòd stercus, quo diutius retẽtum sit, eò magis siccatur? quod autem siccius est, minus id putredini patet. vrina contra effici crassior solet, recensq; potioni ingestæ similior est.

Cur esculenta male olida minime his olere 2 videntur, qui illa ederunt? An quòd olfactum perimimus ob palatum habemus: ideirco sensus hic propere impletur: itaq; nec interiorem odorem æque amplius percipere potest. Principio enim omnes sentire queunt: vbi autem tetigerunt, non insuper possunt, quasi iam res consociata, natiuaque reddatur, & exterior similis ille obtutus delitescit obtentu interioris.

Cur flores contusi deterius olent? An quòd 3 pars terrena, q flori inhæret, odori permiscens se, vim hebetat odorandi?

Cur animantiũ nullũ suauiter olet; excepta 4 panthera? quæ etiã ipsa non nisi bestiis ita olet:

ferunt enim suauem illis olentiã* ab hac respi-
rari. *Stirpiũ autẽ multæ, & integræ bene olent,
& corruptæ, ac aridæ magis magisque suauem
reddunt odorẽ. Vtrum quòd mali odoris causa
crudi tas quædã excrementi est, quare nobis em fu-
dores eiũ aliqui, atq; aliquando ita olent. Sed
à morbo maxime vitiatur, quibus tales esse non
solent: & flatus etiã, ructúsq; crudorum fœdius
olent, quam eandem causam de cæteris quoq;
proportione animaduertisse oportet: præsertim
inquã quòd animalium carne vacantium genе-
ri æstimandũ aliquid est, quod carnis vice ha-
beatur: nam excrementũ crudũ vel in hoc es-
se nouimus. Hoc igitur & vinis causæ fœdi habi-
tus est, & mortuis, cum putrescit. Quã ob rem
pingue, os, pilus fœdum nunquam reddũt odo-
rem, scilicet illã ob causam, quòd pingue con-
coctũ est, ossa, & pili humore vocant. At genus
plantarũ nullum intra se contrahit excremen-
tum. An etiã plantis aliquid ineat: sed quia sic-
ca & calida sunt natura, humor eorũ non fœ-
lętus est, sed cõcoqui expeditus potest. Cõstat
hoc etiam plagis terræ, quæ vt feruentiores, sic
odoratiores sunt, vt Syria, vt Arabia: & munere
bus earũdem regionum, quæ sicca & calida no-
uimus hoc idẽ probari potest: nulla autem fœ-
tere putredinẽ possunt, quæ humidi sunt. At
animalium genus tale non est, itaq; excremen-
ta eius cruda, fœtidaq; sunt, flatũq; male pũ-
Peremptis quoque animantibus humor putret
plantis minime: quippe cum humore plantarum
genus haud quaquam redundet.

5 Quã ob causam res malæ olentiæ grauius, olet
cùm calet, quam cum frigent. An quòd natura
odoris vapor quidam, & delatio est, quæ calore

exsistunt? motus etenim quidã sunt, calor autem
mouẽdi vim obtinet, frigus cõtra efficit, vt res
consistat, & contrahatur. Deorsum etiã refrige-
rata omnia ferũtur: calor autem, odoresq; om-
nes sursum feruntur, tum quia sui in aere sunt,
tum quia sensorium eorum supra, nõ infra ha-
betur: quippe cum odor ad cerebrum penetrãs
mouere soleat sensionem.

Cur si quis allia ederit, vrina redolentem al- 6
lium reddit? cum tamẽ alia pleraque odoris ve
hemẽtioris ingesta, nihil in suam qualitatẽ vri-
nã possint cõuertere. Vtrũ, vt quibusdam* scho * τῶν ἀρχαί-
lę Heraclitęę placet, quòd sicut in vniuerso, ita ων πινές φα-
etiam in corpore nostro spiratur, deinde vapor σιν.
demum cõcrescit, vtque ibi humor, sic vrina hic
efficiat? halatio autem alimenti vbi reuerit, vnde
prodierat, odorem eũdem non immerito reci-
pit: quippe quę illud reddat, in quod sese cõmu
tarat. An si ita esset, cætera quoque idem facere
deberent, quæ vehemẽtẽ spirant odorẽ: nunc
autẽ nulla hoc posse efficere nouimus. Ad hæc
vapor, qui postea cõcrescit, non ad statũ pristi-
num reddit, verbi causa, si vapor vini exhalarit,
nõ protinus in vinũ concrescit, sed in aquam:
ita falsam id etiam illi referũt. Ergo allium so-
lum ex omnium numero, quæ odorem fumi &
vaporem emittũt, & vrinę mouentẽ reddunt, insta-
re ventrem inferiorem potest: cætera enim vel
sursum mouere spiritu nolent, vt radicula, vel
vrinam citare non queunt. Allii vero tria nimi
rum hęc facit, vt vrina augeatur, & spiritus ex-
cutiatur, ilij deorsum, non sursum: quæ quidem
flatus vesicæ, testiculorumque ideo sentit, & &
in vicino est, & spiritu oportunior habetur, vt
tactus abũde declarat. Cõstat igitur, vt exere-

excremẽtum alij omniũ maxime huiusce modi ad vesicam posse vnà cum spiritu deuenire, & permiscere sese odorem vrinæ committat.

7 Quam ob causam ora hominũ, qui nihil ederint, sed ieiunarint, grauius olẽt (quod ieiunam grauecolentiã appellant) eorum autem qui aliquid ederint, no olent, cùm tamen eorũ magis olere debeant? An quòd vẽtre inani, mineſque agitato aër factus calidior, spiritũ, excremẽtaq; pituitosa sua immobilitate putrefacere põt, calidiorẽ autem effici argumentum est quòd vel sitim parere ieiunũ solet? At vbi ederint, nõne ciborum grauem illam olentiã offuscat, vt maior minorẽ: calor enim ciborũ calorem præcedentem illum exuperat, ita vt nihil affici possit.

8 Cur alæ omnibus maxime partium nostri corporis male olent? Vtrũ quòd omnium minime respirare possunt? malus autem odor locis huiusmodi cõtrahi maxime solet, quomã putredo quiete interioris qualitatis constitit. An ideo quòd immobiles, inexcitatæque habentur.

9 Cur homines, qui virus redolent hirci, foetẽ oleãt, cùm se odorifice vnguentarint? An hoc in multis accidere solet, velut cùm acido dulce cõmistũ est, dulcius totum exultat? Tum etiam omnes, postquam sudarunt, grauius olent: vnguentum autem concalefaciendi vim habet, itaque sudorem potest prouocare.

10 Cur hominũ incuruorũ, gibborũmque habitus grauior, ac fœdior est? An & locus pulmoni accommodatus, conclusus, deflexúsque à sua proceritate est? itaque spiritum trãsmittere expedite nequit, sed euenit, vt vapor, ac spiritus amplius intercluſus putrescat.

Cur vnguẽtorũ magna pars sudori permista male

male olet, aliqua vero suauior redditur, aut nihil deterior? An quæ motu, tactúq; cõmutari solent, hæc deteriora redduntur? quæ autem eadem persistere possunt, hæc suauius redolent. Adsunt qui resistere queunt, quomodo etiã florum, quibus odores cõficiũt, alij cõtusi, vel cõcalefacti, vel excitati exolescunt, vt violæ albæ: alij sibi similes, vt rosæ. Et vnguẽtorum igitur, quæ ex floribus huiusmodi sunt, cõmutari vtique possunt: quæ non sunt, nequeunt: vnde rosacea cõmutari minime nouimus. Et quidem quòd sudores fœdius olent, eò grauius vnguentum quoque redolere videntur, quoniã rei sibi contrariæ se permiscet: vt mel cum sale non magis, sed minus dulce sentimus.

Cur omnia plenius olent, cùm mouentur? An quòd aëra implent? itaque odor citius ad sensum reducitur. 12

ARIS

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO XIIII.

Eorum, quæ ad regionum habitus pertinent: eiusq; quæstiones. XVI.

Περὶ τῶν τοπικῶν.

1 CVR efferis & moribus, & aspectibus sunt, qui in nimio vel æstu, vel frigore colũt? An eadem causa est? optima enim temperies non corporis solum, verum etiam intelligentiæ hominis prodest: excessus autem omnes dimouent, & vt corporis, ita etiam mentis temperamentum peruertunt.

2 Cur frumentũ in Ponto frigore expositũ diu reseruari integrũ potest? An propterea, quia humor alienus vna cũ calore euanescit, vt in vino fieri nouimus: alia enim frigore, alia calore exhalant?

3 Cur potius in frigidissimis terris ardores febriũ fiũt? An quòd frigus calorẽ intus circũ obstitit: eius rei cõtrarium æstuo tempore agunt? partes nãque internę frigidiores reddunt: ardor autem febris est: ergo partibus refrigeratis exterioribus, caloris copia interiores redũdant.

4 Cur biæsis pedibus Aethiopes sunt, & Aegypti? An quẽadmodũ ligna, ita etiã corpora animantium deprauari à calore solent, quod etiam pũ declarant, quos illi crispiores, quam cæteri gerũt: crispitudo nãq; veluti pilorũ blæsitas est.

5 Cur temporibus austrinis * imbris fœminam potius generãt? An quòd largior humor tardius concrescit: austrinus humor temperamenti facit, vt semen reddatur humidius.

* Σταλάσσειν δὲ ὄχεται.

6 Cur locis palustribus vlcera capitis curari celeriter possunt, cruriũ autem tarde? An quòd humor est grauis, quia terrenus est? omne autẽ graue tendit deorsum: ergo vlcera superiora decoctioni sunt opportuniora, quoniam humor delapsus ad ima est: inferiora autem ipsa multo excremento, putrefactóque facili redundant.

7 Cur qui loca edita, apertáq; colũt, tardius senescunt qui autem cauа, & palustria ocyus? An senectus quædã putredo est? putret autẽ, quod quiescit, nullo modo, aut minus ita afficitur quod mouetur, vt aqua profluẽs, & cõclusa, igitur vt locis editis aër vndiq; efflãte spiritu agitatur, ita cauus manet immotus. Ad hęc locis apertis purus, ac diuersus assidue propter agitationẽ aër habetur, palustribus impurus, idemque semper emarcescit.

8 Cur timidi sunt, q̃ loca fernida incolũt: fortes, qui gelida? An quòd natura cũtra, quàm loca, & tempora se habet: quoniam si se similem ageret, citò periret: sunt autẽ fortes, qui calida sunt natura: timidi, qui exãgues, refrigeratique sunt, fit igitur, vt qui loca inhabitant calida, refrigerentur: qui frigida, cõcalescant, vtrique tamen corpore magno adolescũt, eo quòd qui frigida colunt insito calore abũdant: qui calida calore loca vincuntur: quippe cùm in calidis, & à calore incremẽtum sequatur: frigus autem vim astringẽdi,

gendi, constipandiq; habeat. Cùm igitur alteri principiò inter se vehemens augendi obtinello, alteri nullo extremo frigore impediatur, mento vtrique augeri possunt plenius. Homines nostræ regionis augeri ideo minus possunt, quòd & principium illud in se imbecillius continent, & frigore aliquantisper constipantur.

9 Cur diutius viuunt, qui locis calidis suã degũt ætatẽ? An quia natura sunt ficciore? firmius autẽ, diuturniúsq;, quod siccius est: mors autem putredo quædam est. An quòd mors caloris interioris refrigeratio est, refrigerari autẽ omnia solent ambientis aëris qualitate, qui vt locis calidis calet, sic frigidis friget? itaque interiorem calorem ocius, magisque corrumpit.

10 Quam ob causam qui calida loca habitant viuere diutius possint? An quòd humorem, calorémque amplius seruant, quarum rerum meritus mors est.

11 Cur locis palustribus effici somnolentiores solemus? An quòd magis in his ipsis refrigeramur? refrigeratio autem cùm requies quædam fit, somnum nobis conciliat, qui inter quiescendum solet accidere.

12 Cur q in nauibus degunt, quãuis in aqua, coloratiores tamen sunt, quam qui in paludibus? An loca cõmode aspirata coloris præbere hilaritatem possunt? Pallidos autem humor effici cùm putrescit: quod euenire immobilitate causa solet, quamobrem subpallidi sunt, qui loca palustria colunt.

13 Cur locis hybernis æstus fieri vehemẽtiores, quàm tepidis soleant? Vtrũ propter nimiũ aëris humorem? enimuero caloris [illegible] pera eiusdem [illegible] qua eddi potest calidior, quàm [illegible] er: ergo [illegible] quoq;

quoq; humidior aerius, quàm tepidus ille recalefacere potest. An non calidior aër locis huiusce modi est, sed esse ob vehementiã qualitatis cõtrariæ videtur: quomodo Sol cùm è nube illuxit, calidior esse ob contactum vmbræ videtur. 14

Qua de causa qui meridiem versus habitant, nigris oculis potius nascũtur? An quòd vt oculi cęsi caloris interioris exuperantia reddantur? sic eiusdem absentia nigri efficiũtur, vt Empedocli etiam placet. Ergo quemadmodum qui aquilonem versus positi sunt, oculis cæsiis ideo nascuntur, quòd calor interior effluere à frigore exteriori vetatur: ita qui ad meridiem vergunt, continent quidem suum humorẽ propter aëris circunfusi teporem obuium: sed calorem cõtinere non queunt, quod nihil extrinsecus est, quod obsepiat, atque arceat. itaque humor, qui relinquitur, nigrescit: lucis enim absentia omnia obfuscari, opacarique solent. An reliqui corporis colorẽ oculorum color imitatur? itaque qui aquilonem versus inhabitant, vt ipsi albo corpore sunt, sic oculos quoque cæsios habent: hiatẽ etenim color prope album est: & qui ad meridiem sunt, vt ipsi nigri, ita etiam oculos nigros sortiuntur.

Cur locis calidis homines sapientiores sunt, quam frigidis? Vtrum eadẽ de causa, qua etiam senes quàm iuuenes? sapiẽtiores etenim qui senes frigidas habẽt, frigore loci obsistente, longe calidiores quàm sua sint natura, reddũtur, itaq; violentis admodum similes esse videntur. nec ingenio valẽt, quo prospiciant, rerúmque rationes inquirãt, sed fortes, fidentes, * sperantesque sint, sobria qui loca calida habitant, sobrij proptereà sunt, quia possunt satis refrigerari. Fit autem 15

* vltimæ sec.

tem quæque in re, vt qui metuunt magis, quàm qui cõfidunt, velint inquirere, itaque magis vt leant inuenire. An quòd antiquius genus hoc hominum est? cæteri enim eluuie perierunt, ita vt tanquam iuuenes sint ad senes, qui loca habitant frigida, ad eos, qui calida colunt.

16 Cur timidi, qui loca habitant calida? fortes qui frigida. An quòd natura contra, qui loca & tempora se habet? quoniã si se similem ageret, periret brem; fortes autẽ sunt, qui natura calida constantiũ timidi, qui frigidi sunt? accidit ergò, vt qui calida colunt, refrigerari nimirum possint: cùm enim solutum rarúmq; corpus eorum sit, calor foràs profluere potest, qui autem in frigidis sedent, ita concalescunt natura, quòd à frigore exteriori caro densetur, cuius densitate calor colligi intùs potest.

ARIST

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO DECIMAQVINTA.

Verum, quæ ad res mathematicas pertinent, & ad cœlestia, eorum quæstiones XII.

Τῶν περὶ τὰ μαθήματα καὶ τὰ οὐράνια θεωρίας.

1 CVr linea de angulo ducta in angulum, sola ex omnibus, quæ figuras rectis constantes lineis bipartito secant, diameter vocitata est? An quod diameter, vt nomen designat, duas in partes figuram æque dimetiendo digerit, nihilo destruens quod subiacet mensurandum? ergo quæ per cõmissuras, hoc est angulos diuidit, appellatã diameter est, quoniã lineæ figuram non destruat sed diuidat, quomodo faciunt, qui vasa militaria partiuntur. At quę per lineas secat, figuram compositam destruit: anguli etenim constant, quæ rectis lineis continentur.

2 Cur diameter appellata est? Verum quoniam sola bipartitio figuram diuidat? An quòd sola figuram secat per partes, siue mẽbra, quibus inflexa coarctator cũ cætera per latera diuidant?

3 Cur homines omnes, tam Barbari, quam Græci, ad decẽ vsque enumerare cõsueuere, non ad aliquem alium numerum, vt duo, tria, quatuor, quinque tum repetẽdo vnũ quinque, duo quin-

que, sicut vndecim, duodecim: nec vero vltra denarium numerū cessantes, inde replicare incipiūt? est enim numerus quisque, quod præcedit, ac vnum, aut duo & deinceps quantitas aliqua: enumerant enim statuto termino denarij numeri. haud enim forte, casūq; id facere semper, omnibúsq; in rebus putari debēt, cùm non fortuna, sed naturalis res sit, quæ semper, atque vbique effici soleat. Vtrū quòd perfectus numerus denarius sit? cōtinet enim omnia numerandi genera vt par, quadratū, * quadrantale, longum, planum, primum, compositum? An quòd denarius fons, atque principium est, quippe qui ex vno, duobus, tribus, & quatuor constet? An quia corpora, quæ feruntur, numero nouenario continentur? An quoniam decem proportionibus quatuor cubales numeri cōsumātur, è quibus numeris vniuersum constare Pythagoreis placet? An quòd omnes homines digitis decem lege naturali creantur? itaq; sui numeri cæteros quasi adipiscentes, hac eadem multitudine cætera quoq; enumerāt. Vna gens quædā Thracum ad quatuor numerandi seriē terminat, eo quòd amplius meminisse modo puerorum non potes, neque vsum habet rerum multarum.

4 Quamobrē cum Sol eodē cum vigore feratur non pari tempore idē incrementum, decrementúmq; vmbrarū exultet? An quòd anguli, quos radij sub æquis circunferētiæ spatiis ad res cōspectas efficiunt, æquales inter se omnes cōstituunt? quòd si illi æquales sunt, eductos quoque inde æquales esse necesse est, scilicet quos radij faciant in triangulo, qui radio primo, & re cōspecta, & vmbra cōtinetur. At si anguli æquales inter se fiant, radiū ab re cōspecta, & prolapsum longius maiorem esse propinquiorem necesse est? quod pro certo recipimus. Igitur totam circunferentiā in partes quasuis æquas inter se dirimamus: sitque res conspectui obuia G. Cùm itaque Sol in G ingruens de A, vmbram in G I aliquam reddet, radius in I prolabatur necesse est. Vbi vero ad B deuenit, radius inde proficiscens intra G I, radium decidet: ac rursus cùm ibi ad C se contulerit, pari modo suum radium mittet. aliter efficiet profecto, vt linea recta rectam partibus duabus cōtingat. Cùm ergo A B ei circunferētiæ æqualis B C circunferētiæ sit, anguli quoque illis subiecti apud D, æquales inter se constant, quippe qui ad centrū se colligant. qui autē in triangulo habentur, æquales illis D angulis prouenient, vtpote qui se per verticem illis iungāt. Ergo cùm totus angulus in æqua secetur, angulus D E maior, quā E F angulo D G est. Pari modo cæteri anguli se habebunt, quos radij circunferētia profecti reddiderint. Simúlque etiam constat vmbram meridie minimum esse necessario, minimáſque tum effici accessiones: quippe cùm Sol meridie maxime è perpendiculo sese nobis exhibeat. Aestus quoq; meridie accenditur, tum ob eam, quam modo diximus causam, tum etiā, quòd omnis spiritus cessat. tùc enim spiritus excitari solet, cùm Sol aērem * terrę familiarē discernit. Quòd si Sol cùm * τὸν ἀφ' ἡμῶν ἀέρα γῆ. mediū cœlum proreptat, minus id faciat, meritò noctes mediæ, atque meridies à spiritu silēt.

5 Cur Sol per quadrilatera profluēs, non rectis lineis figurā describit, sed circulum format, vt in cratibus patet? An quod aspectuū procidentia turbine agitur: turbinis autē basis in orbem se colligit? quamobrem quocunque radij Solis

incurrerint, nimirum circulares apparent? An quòd Solis quoque figurã rectis lineis contineri necesse est? siquidem radij recti proueniunt. Cùm enim recto in rectam incidunt figurã, rectis cõtentam lineis formanti quod certe in radiis accidit: ad rectam enim cratiũ sese tradũt aut ad quodlibet, per quod liceat trãsfluere eorũ ipsi recti proculdubio suntitaque procedere ad rectam debuerunt. Verũ quia radij, qui de aspectibus ad extima linearum rectarũ discindũtur, imbecilli admodũ sunt, idcirco anguli cõcerni non possunt, sed quantum recti in turbine sit, hoc tãtum rectã agere potest: reliquum non potest, sed cõculcati aspectus, indiscretiq; latitant. nec mirum, cùm multa videre nullo pacto possimus, quamuis nostro attingũtur aspectu, vt ea quæ tenebrę opacant. proximũ est, cùm quadratum speciẽ multi anguli repræsentat, atque etiã circuli, si amplius remoueatur. Cùm enim aspectus procidentia turbinis specie figurentur quoties figura vlterius sepoſita est, aspectus qui se in angulos spargunt, quoniã & imbecilli & pauci sunt, rem assequi nequeũtiqui autẽ medium in partẽ cõcurrunt, hi nimirum persistere possunt, vtpote vniuersi, & validi. Ergo cùm figura prope posita est, anguli quoq; aspici possunt, aucto interuallo non possunt. Quamobrẽ circularis etiã linea remota recta esse videtur, & Luna * rectis contineri die astimo videtur, aspectus non latitudinẽ; sed lineam circumdare ineant. Vt enim cùm circũferentia prope posita est, quãto pars altera orbis, quã altera propius sit, aspectus discernere potest: ita cũ abest recte sentire nõ potest, sed ex equo partes situ cernere sibi videtur: itaq; rectã etiã iudicat. Cur

Cur Lunam, quæ in sphæræ faciẽ conglobatur, rectam, cùm semiplena est, cernimus? An quoniã eodẽ in plano aspectus noster versatur, & circuli ambitus, quem Lunæ Sol ingruens facit quod cùm agitur, Sol recta linea videtur. Cùm enim quod suum aspectum sphæræ admouerit, orbẽ videre necesse sit: Luna autẽ sphæræ faciẽ gerat, eámque Sol aspiciat: orbis profectò id esse debet quòd à Sole efficitur. Hic ergo cũ è regione se nobis præbet, totus videtur: itaq; plenilunium tam apparet. cùm autem mutatur, & præterit, propter Solis discessum, portio eius aspectu potestatiq; fit, vt Luna altera parte recta videatur, cùm altera orbem colligat, quoniam hemisphærium aspectui ex diuerso positũ est, quod semicirculũ repræsentarit. Semper enim aspectus obuia Luna est: quoties tamen Sol radios admouerit suos, aspici nequit. Repletur post die octauum de medio, quia paulatim euadens orbem nobis exhibet propensiorẽ. Cumq; ita circulus aspectui se opponit, sectionem turbinis imitatur, curuatur in cornua, tam Sole dimoto. Vbi enim circunferentia Solis ad puncta deuenerit vltima, per quam orbis æqua portione secari videtur, circunferẽtia ipsius orbis apparet. non enim insuper ex aduerso oculis est, sed iam præterire incœpit. Quòd enim ita agatur, sic circulus, sine orbis per eadẽ ducatur puncta, curuari in cornua necesse est. pars enim altera orbis prioris aduersi protinus aspectui se subducit, vt de parte lucida abscindi aliquid possit. Tum etiã extrema in eodẽ persiliunt, vt curuari in cornua necesse sit. sed tamẽ plus minúsve, pro Solis dimotione. cùm enim Sol dimouet se, circulus quoque in eadem reuertitur pun-

quippe cùm fieri possit, vt infinito numero inclinetur: siquidem summi circuli per eadem puncta describi facile infiniti possunt.

7 Cur Sol, & Luna plana esse videntur, cùm tamen conglobari in sphæram certum sit? An vt plura, quorum quodnam plus minúsve distet, incertum sit, æque posita esse videantur? sic etiam quod partes obtinet, nisi color varius adsit, partes ex æquo omnes collocatas habere videri necessarium est: quod autem ex æquo aspectu obuiam fit, idem æquabile, compositum, & planum necesse est.

8 Cur Sol oriens, atq; occidens vmbras effici longas: referens se, minores: obtineas cæli medium, minimas? An quòd oriens principio vmbram terræ æque distantem reddit, ac insectam pene protrahit, deinde longam, atque ita minorē subinde: quia linea, quæ recta de puncto superiori elicitur, interius per diminutiones assiduas cadit. Gnomon A B, Sol, vbi C, & vbi D. Radius igitur ex C proficiscens C E, interius procedit, quàm radius D F. At vmbra B E Sole superiori exisit, vmbra autem B F inferiori. Ergo quo Sol superior fuerit, eo minor vmbra exultabit, minimáque tunc erit, cum Sol super capita nostra versabitur.

9 Cur vmbræ Lunæ maiores, quàm Solis Eclipsi cùm eodē proueniant perpendiculo? An quòd Sol superior, quàm Luna est: itaq; radium suum de superiori prodierit, inferius cadere necesse est. Gnomon A D, Luna B, Sol C. Lunæ radius B F: ergo vmbra Lunæ D F. sequetur Solis radius C E: ergo vmbram D B fore necesse est.

10 Cur deficiente Sole, si quis per cribrum, aut frondes veluti platani, vel alicuius ex cæteris intuetur, aut digitis manuum inuicem perplexis inspecat, splendores specie Lunæ nondū completæ incernat? An quòd quemadmodum cùm per angulatum foramen lux non angulata, sed orbiculata, turbinatáque prodit? cuius ratio, quemadmodū, directèque cōmucronato turbine agitur, id est, eo qui de Sole ad foramen deuenit, & qui de foramine ad terrā: sic etiam in Solis defecto figura, qua radij veniūt, vt diximus, innotescit. Ergo cùm pars orbi superiori detrahitur, quod ex aduerso super terram eluxerit, speciē illā lunatā gerat necesse est: quippe cùm prout defectus defecit, ita radij profluere debeant: digitis tamen, & cribris, pro foraminum exiguitate res certius explicatur, quàm cùm per foramina ampliora transmittitur. Luna autē idem percipi non potest, neque deficiente, neq; increscente, neque decrescente: quia eius extrema non plenè splendent, sed medio potissimum lucet. *Lunatam autē illam, minutámque faciem, medio astringi exiguo manifestum est.

11 *Cur Sol nunquam cælo in medio geminatur, nec supra se faciem illam ostendit secundam, sed ex lateribus tantū? An quòd tum geminare Sol potest, cùm Solē versus aspectus refrangitur. Aeris autē concrescentis illa soliditas, cui aspectus incurrens refrangitur, neque propè Solem, neque procul effici potest. nam si propè sit resoluetur à Sole: si procul, aspectus reflectere non poterit. cùm enim longe de paruo speculo remeet, imbecillus reddetur: quamobrem area quoq; fieri nō potest è regione. Quòd si supra, & in propinquo inchoatur, à Solis terore dissoluitur: sin procul, aspectus minor eius defectu si in latere, tum minus seruari integer

* Est mutilus.

* Cur parelium non fit supra cæli medium obiicit, neque supra terra. sed ex lateribus tantum? An.

poterit, dummodo speculum ita distet, vt nec Solis feruore absumi possit, & aspectus vniuersus recurrat. Nam si in terra sparsus feratur, deurritur ad Solem non potest. sub Sole etiam fieri non potest, quia si prope terram existens, consumitur feruore: si autem supra, cœlo in medio aspectus distrahetur, & euanescet. denique nec è latere quidem effici illud potest: cùm Sol cœli vmbilicum petreptatr: quoniam si aspectus admodum feratur in terram, exiguus ad speculum veniet: itaque refractus omnino imbecillus recedet.

11 Cur Solis vmbræ extremum tremere videantur? Haud enim quia Sol fertur, idcirco id contremiscit. nam fieri non potest, vt Sol in partem moueatur contrariam: tremorem autem fieri manifestum est. ad hæc mutatio vmbræ incerta est, quomodo etiam Solis ipsius progressio latet. An ideo moueri videtur, quòd corpuscula contenta in aere agitantur, quæ vulgo *ἐφόμενα nominantur, conspicua in Solis radijs qui transmeant per fenestras? hæc enim moueri solent etiam sine vllo spiritu. Ergo cùm vocalium, modo de vmbra in lucem, modo de luce in vmbram moueantur assiduè, terminus quoque lucis, ac vmbræ communis continuo moueri videtur, partim enim veluti vmbram, partim lucem sua ipsa mutatione efficiunt, itaque moueri vmbra videtur, cùm non hæc, sed illa hunc in modum soleant agitari.

ARIS

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO DECIMA-SEXTA.

Eorum, quæ ad res inanimatas pertinent: cuius quæstiones XIII.

CVr basis bullarũ candida aquæ 1 insidit: etsi Soli exposita est, nullam efficit vmbrã: sed reliquum quidẽ vmbellæ corpus vmbram facit, basis aũt sola non facit, sed circum à Sole vndiq; cingitur? Est quæ longe mirabilius est, nec si lignũ per aquã in Sole appoſueris, vmbra ligni cõtinua exultabit, sed iuxta basim bullę à luce secabitur. Quòd si vmbra est, quod à Sole nõ aspicitur, sequetur portò, vt moles bullę circum tota aspici possit, quod nũquã fieri posse in opticis, id est, aspectuũ rationibus demõstratur: quippe cũ ne minimũ quidem à maximo totum circunaspici possit.

Cur bullæ specie hemisphærij exurgere so- 2 lent? An quòd tanquã de centro in aere sursum æqualiter circũ vndiq; adnituntur? quo quidem modo hemisphærium exurgat necesse est. Portio autem sphęræ inferior aquæ planitie abscinditur, in qua scilicet centrum situm est.

Cur in magnitudinibus, quæ profunditate 3 sunt inæquali accidit, vt si partem moueas ic-

uiorem, circunferatur quod iscitur: vt in talo fieri opplumbatis videmus, si quis parte leuiorem ad se vertens prouerat? An quòd fieri non potest, vt grauius æque ac leuius feratur, cùm eisdem viribus actum est? sed cùm totum quidem moueri necesse sit, fieri vero non possit, vt æquo omni ex parte moueatur; sequitur prorsus, vt si pareli celeritate ferātur, eandē lineam peragāt. sin autē alterū altero feratur celerius circulo ferri necesse sit, cùm hoc solo in genere figurę efficiatur, vt puncta eadē subalterna lineas inæquales possint eodem tempore permeare.

4 Cur ea quæ in terram cadunt, atque resiliūt, angulos ad planitiem reddant similes vtraque ex parte puncti, quo planū tetigerint? An quòd omnia sua natura ad rectā lineam ferūtur? Quæ igitur in locum æqualē deciderant, vbi ex perpendiculo, diametróqi sese plano impegerint, pares angulos ideo faciunt suo resultu, quòd æqua diameter dimidit. Quæ autē in latera corruerant, quomiā non perdendiculo, sed puncto superiori locū seriant, accidit, vt reptilia à loco dicto contrariā in partem sē cōferant: rotunda quidē, q. delapsa protinus in aduersum sui impulsus sese euoluunt, siue quiescat eorū medius, seu locū soleat permutare: rectis vero cōpacta lineis, quòd perpendiculum eorum in partem priorem adductum retorqueturvt his accidit, quibus aut pars inferior raditur, aut coles violantur. hi nanqi omnes aduersam in partē, retrosúmq; corruunt: quomiā eorū perpendiculū æquatur, pendet, atq; priorē in partē expellitur. cōtrariū enim in his retro, deorsúmq; esse accidit, cùm autē sursum ferātur, grauiora esse extendū est. Quòd igitur his casus idem resultan-

* quibus pura abuoluntur, & coles sub spiuntur.

tibus latus euenit ergo in angulū rectū neutra eorum resultat, eo quòd perpendiculū pondere laporato dimidet corpora, quę ferūtur. Fieri autē non potest, vt plura perpēdicula idem ad plagū exiliant quibus alla secentur: quod scilicet ita accideret si perpendiculū, dū resilūt, oriretur, vbi rem delatā planū offendit, dimidendúmque rursus secūdo perpendiculo foret. quocirca prius illo perpēdiculo, quo ferebatur, fecare necesse est. Sed cùm, aduersam quidē in partem ferātur, rectū vero in angulū nō ferātur, reliquum est, vt acutus reddatur angulus parte altera pū ctiquod plano incurrent. Aduersorū enim inter sese angulorū terminus rectus angulus est.

5 Cur cylinder propulsus fertur in directum, sæpiusque terminātibus orbibus lineas rectas describit: turbo vero suo manente mucrone circumfertur, atq; in suo terminante orbe orbem describit? An quòd circum vterq; fertur? Vbi cylinder rectas lineas plano ducit, turbo orbes describit: eo quòd inæquales orbes turbinis inter se sunt, ferriq; velocius potest, qui amplior circa idem centrum conuertitur. qui cùm simul omnes positi in turbine orbes inæquali feratur spatio, euenit vt extimi, qui volūntur, plurimum loci & lineæ tempore eodem decurrant. Vnde fit etiā, vt circum omnes agantur: quippe eōm omnes eadē recta linea describantur, quæ cùm conuertitur, non omnia sita in ea puncta æqualē producere lineam eodem tempore possunt, cùm æqualē non nisi ex directo agere soleāt. Cylindri vero, quòd omnes orbes pares inter se sunt, centrámqi idem ambiunt, euenit, vt simul suis omnibus punctis planum contingendo pari celeritate voluātur, cùm nulla inæqualitatę

litate cylinder euariet, & rursus in planū simul omnes deueniāt, vbi suam quisque conuersionem absoluerit. Vnde lineas quoq; ductas per directum in plana, pares inter se esse necesse est. sua nanq; tactione orbes æqui, pariterque volubiles illas duxere. Atqui rectas confici patuit, quas linea eadē deferens sese in directum pegerit. Causa hæc est, cur cylinder recto defertur tramite posit. Nil enim refert, vtrum qua linea prima cylinder planum tetigit, hanc firmo cylindro protrahas, an volubili circunagas. semper enim vt æqua linea, similisq; illis in cylindro contētis planum attinget, siue protrahatur cylinder, siue prouoluatur.

6 Cur sectio *chartarū, siue papyri, si quis æque à basi plana, rectáq; dimetiendo abscinderit, recta euoluetur: sin autē inclinarit, contorta exsiet? An euenit, vt cùm orbes sectureq; alterius eadem in plano positi sint, declinans illa cæsura non æque opposita sit, sed partim minus? itaque cùm euolueris orbes quidem, qui plano eodem continentur, suúmque initium in plano habeant eodem, lineam explicabunt, quā suo ipsi constant ordine: quippe cùm ea ipsa extenta lineæ non nisi profecta ex orbibus sit, qui plano eodem continentur: itaq; vel rectam eam quoque esse necesse est, quæ eodē in plano se porrigat. At obliquæ illius sectureæ linea, quoniam prima non æque apposita est, sed partim plus distans, partim minus, vtpote cùm ipsa quoque sectura ita se habeat, hinc eodem esse in plano nequit. itaque nec recta hęc esse potest: etenim fieri nō potest, vt rectę lineę pars alia in alio plano collocetur.

* L. 3. Sect.

7 Cur omnis magnitudo diuisa minor esse suo toto

toto videatur? An quòd omnia numerum diuisa recipiūt: quanquàm magnitudinis ratione minore, quàm vnū illud, existant? Magnum enim, eo quòd continuum, quantùmq; quoddam est, magnum dicimus: numerus vero partium omnis omni suæ magnitudinis numero maior est. Quamobrē vt partibus diuisis maius appareat totum, consentaneum est. cùm enim partes, totúmq; idem sint, totum naturam potius magnitudinis præ se fert, vt cōstans, & cōtinuum, partes vero naturam numeri magis sortiuntur.

8 Quę in vase eueniunt, quod clepsydrā vocamus omnino quidem referri ad causam debēt, quā Anaxagoras explicat. Aēr enim qui in ea excipitur, causæ est, ne aqua ingredi possit, fistula scilicet obturata. Nō tamē simplici, absolutáq; ratione aēr causam habere putādus est: nam si quis eam, fistula apprehensa, transuersam immergat, humorē admitti, nihil est, quod prohibeat: quamobrem nō satis author ille expositi, quemadmodū aēr causam daret. Ergo causam aēra quidem tenere fatendum est: sed hic siue impellitur, siue per se ipse fertur, nec quicquam cogitur, ferri per directū solitus est, vt etiā cætera elemēta. Itaque clepsydra transuersæ immersa, aēr qui è directo situs est, pulsus ab humore libere effluit per ea foramina, quę demersis in aqua foraminibus opposita sunt, eòq; descendente humor subiens implet. At si erecta in aquam descendat, aēr impotēs sese efferēdi per arctum, quoniā conseptæ sunt partes superiores, circa prima foramina arcetur, quippe qui supprimi in se, cōtrahique non possit. Argumēto vero, aquam arceri posse ab aēre immoto, quòd in ipsa clepsydra deprehensum est. nam si aliud

alnum eius aqua repletam ad fistulam obtu-
tam inuerteris, humor per fistulã in os mi-
defluere poterit: quippe cùm ore patefacto no
protinus, sed paulo post de fistula effluat, vt q
non in ipso ore fistulæ cõtineatur, sed pothe
dum in hoc per fistulã veniat, postquam pate
factũ iam est. Plena autem, erectáq; clepsydra
fistula patefacta protinus per collũ, id est, fœ-
mina inferiora effluit, quia illud attingit, extre-
mam vero fistulam non contingit. Clepsydræ
igitur humor ingredi ob prædictã causam ne-
quit. Egreditur autem fistula patefacta, eo quo
aër contentus in fistula, sursum deorsúmq; agi-
tatus, humoris cõtenti in clepsydra motum ex-
citat plenioremq; cùmque deorsum pellatur, re-
demq; ipse etiam sua natura propensior sit, ce-
rito effluit vim inferẽs aëri, qui clepsydram ex-
trinsecus circũfundit, excitus quidem, & com-
par potentia aëri superius impellẽti, sed remi-
nitmior: quoniam per angustam fistulam de-
fluens, ille ocyus ac vehemẽtius labitur, vrgẽs
humorem. Causa vero, cur obturata fistula hu-
mor effluere nõ possit, quòd humor dũ clep-
dram subit, aëra omnẽ per vim ab ea expellit.
Cuius rei indiciũ spiritus, ructúsq; murmura
dant, quos ingrediente humore, nimirum aër
excitati sentimus. Cùm igitur humor subiẽs ve-
hementer aëra cogit, sese ad clepsydræ fistulam
trudit, ac modo lignei cunei, aut ærei digitus
oppressus, astrictúsq; hæret sine vllo alio vin-
culo, quousq; alia vi expellatur, quo modo rup-
tos clauos expellimus: quod sane aperta fi-
stula incidit in ratione, quã superi expositimus.
Aut igitur ita effici potest, vt humor effluere ne
queat, aut quòd aër exiẽs inflatur, emergitq; in

* natura, & hæc omnia.

petra violento, vt strepitus indicat, humor idcir
co à spiritu sursum attrahitur, quemadmodum
multis in rebus accidere certũ est. Attractus au
tem humor, sibiq; cõtinuus omni ex parte con-
flatus manet, oppressus ab aëre, donec pulsus ab
eadem recedat, cúmque initium ita retineatur
humoris, reliquus & omnis humor vnitus atque
cõtinuus à suo pendeat initio necesse est. Nec
vero temere ita agitur, quandoquidẽ eiusdem
interest rei, & dimouere quicquam suo de loco,
& idem in eo cõtinere, ad quem mouerit: idque
dicunt facere, si vel potẽtia quod tenet, quòdq;
tenetur, similiter se cõtendunt, vel quod te-
net, potẽtius est, vt in re, de qua agitur, accidit.
Spiritus enim potentior, quàm aqua est.

Cur partes tam sturpium, quàm animantium, * quę nullis instramẽtariis officiis deputatę sũt, in orbem sese omnes colligant? sturpiũ quidem caules, & rami formari in orbẽ solent, & animantiũ crura, femora, pectus, lacerti ad hanc eandem speciem enituntur: triangulũ vero aut multiangulũ nullum neque ex toto, neq; parte aliqua est. An, vt Architas author est, quoniã in motu naturali æqua proportio ineſt: mouerit namq; proportione omnia censet. hanc autem solam in sese æqualiter solui, atq; reuerti, vt orbem, rotundáq; afformare possit, cùm cõstiterit.

* μὲ ἐργατικά.

Cur extrema formari in orbem solent? An 18
natura res optimas, & pulcherrimas creat, quoad fieri potest? Figura autem ea pulcherri-
ma est, quę eadẽ vndique est, sibique ipsa simil-
lima comitat.

Cur si circulus proiiciatur, primã lineam re- 19
ctam ducet, deinde cochleam, siue clauiculam
ager, dum decidat? An principio rectam ideo

agit,

agit, quòd æqualiter ab aëre hinc inde dirigi-
tur. Cùm igitur pari momento vtroq; de late-
pergat, lineâ quoq; effici talem necesse est, qua
locũ æqualiter hinc atque inde posit diuidere.
talis autẽ recta est. At vbi in partem alteram va
vergere ob inæqualitatem circunfusi aëris co-
pit, non amplius æqualem illâ parte interiecto
exterioreq; ducit, sed circularem, necessario
scilicet aëris diuersi, & imcompositi.

22 Cur in magnitudinibus, quæ profundo sunt
inæquali, accidit, vt si partem moueris leuiorem
circunferatur quod iacitur? quemadmodum in
talis fieri opplũbatis videmus, quoties quis pa-
tem leuiorem ad se vertens proiiciat. An quòd
fieri nõ potest, vt quod grauius est, æque cũ le-
uiori feratur, cùm proiectum eisdem à viri
est? quod cum moueri necesse sit, & tamen fie-
nõ possit, vt æq; omni ex parte, directóq; tra-
te moueatur, circunferri necesse est, dũ se inu-
uertit: quemadmodũ si quid medio eius immo-
bile suo pondere penitus esset, alterũ profec-
extremum vltra in partem moueretur priori
alterum intra ad eum tenderet, qui dimisit
quoniam, cùm totũ moueri possit, pondus
medio gerit, illud idem sequatur necesse est.

23 Quamobrem corpora quæ ferũtur, vbi alio
occurrerunt, resilire partem in contrariam so-
lent, quàm suapte natura ferri cogitur, nec
ad similes angulos resultare solrant? An quòd
non solũ eo feruntur impetu, quo pro sua parte
ipsa ferri aptissima sunt, verũ etiam illo, quo
mittente proficiscitur? Suus igitur cessat cum
impetus, cùm suũ ad locum peruenerint: omnia
nanque requiescere solẽt, vbi eã in sedem
cõtulerunt, quam suapte natura desiderant.

externo illo, quẽ habent, impetu necessitas ori-
tur amplius mouẽdi: quod cùm in partem prio-
rem effici nequeat, quia re prohibetur obiecta,
vel in latus, vel in rectũ agi necesse est. Omnia
autem in angulos resiliũt similes, quoniam eo-
dem ferri cogantur, quo motus ducat, quem is
dedit qui miserit: eo autem vt angulo vel acuto
vel recto ferantur, omnino incidit. Cùm ergo
quod retorserit vetet, quo minus directe motus
agatur, pariter & rẽ quæ fertur, & eius impetũ,
eumdem prohibere potest. Vt igitur in speculis
extremum lineæ rectæ, quo se aspectus coiece-
rit, idem refrãgitur: ita in iis quæ feruntur, fieri
ex aduerso solet, quippe cùm angulo tanto
retorqueantur, quanto vertex constite-
rit. Ita enim intelligendum est, vt
transferri simul & angulus,
& delatio debeat: quo
facto in angulos re-
sultare similes
esse necesse
palam
est.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO XVII.

Eorum, quæ ad res animatas pertinent, rerum quæstiones III.

1 CVR homines, qui corpore constãt immodico, maiores tũc esse videntur, cùm apposita modica inspiciũtur? An quòd *res immodica vnum est, & moderatio vnum? quàm maximè? vnũ autẽ quod est, ad individuum esse polluat, individuum autem minutires vero immodica multa pro sua differentia ratione ostẽdit? Quamobrem vt cùm pusillæ magnitudines inspiciũtur quales nam sint latere facilius possunt: ita cùm collatæ in ppinquo spectantur, latere non possunt. Ergo vnum esse apparet, quod individuum est, spectatúrque eius vnus modici ratione exultat: immodicum porro, vt q plura sit, suspectionem plurium fugerit. Et manus ppterea esse videtur, q vnũ eãm sit, plura esse videantur. naturâ enim & magnitudinis habet ppter cõtinentiã, & numeri propter partiũ inæqualitatẽ itaq; cùm vtrunq; obtineat incrementũ, merito magis tũ esse apparet, cùm spectator ad id, quod simplex est, atque vnum

2 Cur animantia omnia, & ea, quorum [illegible] recta

tere contiuũtur, crescere potius in longitudinem soleant? An quòd ter lõgitudo augetur, bis latitudo, semel profunditas? lõgitudo enim principio fit, primóq; principio exilitate quadam, secundo cũ latitudine, tertio cum profunditate augetur. latitudo autẽ bis, videlicet per se, & vna cum altitudine crescit.

Quonãmodo priores, & posteriores esse debeãt? Virum quemadmodũ qui tẽpore Troiano vixerũt, nobis priores sint, & his ipsis priores, qui superiores? atq; ad hunc modum in infinitum, vt quæ superiores sunt, iidem priores habeãtur. An si quod initiũ, & mediũ, & finis sint vniuersi, & cùm quis senescens ad finem peruenerit, rursus ad initiũ reuertatur, priorâq; sint, quæ propius ab initio absunt, quid vetat nos ab initio minus distare? At si minus distamus, esse quoque priores possumus, vt si cœlo, sideriq; cunctique delato quædã agitur circularis. *qui non etiam terra caducarum ortus sit talis, atque interitus, vt eadem rursus oriantur, ac pereant? veluti etiam vulgo dicitur, circuiti res esse humanas. Igitur homines numero quidem eosdem semper esse censere, furor est: specie vero seruari eosdem, probari melius potest. Itaq; vel priores nos esse possumus, talemq; aliquis statuet seriem, vt eorum sit repetendũ, vnde ortus extitent, cogitãdóq; otiosi continuũ, ac semper eodem constanter tenore. Homines enim idcirco perire Alcmæon inquit, q suum initiũ fini contingere nõ possunt. Scite per hercle, si quis nõ archium reuereatur, sed formula quadã eius verba accipiat. An si circulus sit, circulus autẽ vna & principio, & fine careat? priores neq; nos illi, neque illi nobis esse propinquitate initij possunt.

*quid prius quæ.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO XVIII.

κοιν. περὶ φιλοσοφίαν. 1

*Eorum, quæ ad literarum studia pertinent: eorum quæstiones. X.

CVr alios si legere cœperint, somnus occupat, etiam nolentes alios vigilare volentes liber susceptus reddere pervigiles potest? An in quibus motus spiritales sunt, scilicet ob frigiditatem vel naturæ, vel materiæ melancholicæ, qua excrementū spiritale crudū causa frigiditatis consistit? his, cùm intelligentia movetur, insistensq; alicui intelligere nequit, repellitur motus alter, qui refrigerādi vim habet: ita potius dormire incipiūt. At vbi aliqua in re fuit intelligentiā firmarūt, quod lectio facere solet, nimirū à motu spiritali illo mouētur, cùm nihil sit, quod eū repellat ataq; dormire non possunt. Quorum autem secundū naturam habitus est, eorū virtus intelligendi cùm aliqua in re consistit, nec variè se dispergit, cætera quoq; sita esse in loco hærent, quorū requies somnus est. vbi autem mens comiterit, & quasi fatigata successerit, caput aggravat, vtpote quę sita in eo sit. somnumq; induxit. at cum secundū naturā animus noster agitatur, nullo tū somno premitur. tum enim maxime viuit. vigilantia autē, quām somnus causa potius est, cur vinere valeamus.

2 Cur cōtentiosa disputatio ingenia exercere possit? An & in eo disputandi genere accidit, vt crebro quis aut vincat, aut vincatur? ptinus ergo contentiosus hinc homo redditur, quando vel vincendo per lætitiam magis magisque adduci tur, vt in cōtendendo perseueret: vel victus eniti tur, vt quod amisit, recuperet. Quod idem vel in cæteris certandi generibus euenit. Quāobrem sæpe inter pugnandum, quāquam quis infirmior est, tamen cessare minime patitur.

1 Cur homines *in orādo exemplis, & fabulis *ἐν τοῖς ῥη τορικοῖς potius gaudēt, quàm *cōmētis? An gaudēt, quia πλείω. & discunt, & celeriter discunt? atqui per exempla, & fabulas facilius discitur: sunt enim quæ * ἐνθυμημάτων. explorata habeantur, & particularia sint. Ratio autem cōmentandi demōstratio ex vniuersalibus est, quæ minus q̄ partes noumus. Ad hæc ait credere magis solemus, quę plurimum testimonio confirmantur. exempla autē, & fabellæ testimoniorū speciem gerunt: fides autem perfacilis est, quam testimoniū fecerit. Additur, q̄ verisimile quisque hbētius discit: exemplum autem, & fabellæ rem non nisi similem docent.

Cur oratorē, imperatorem, & * mercatorem 4 callidū appellare solemus: tibicinē, histrionem * κιθαρῳδὸν. hoc appellare nomine non solemus? An q̄ horum facultas sine cupiditate est? nititur enim tantummodo ad vtilitatem illorū: autem cōmodis omnis ad plus acquirendū sita contēdit. homo enim orator, & imperator, & mercator est, qui plus sibi acquirere potest: callliditas autem in acquirendo maxime sita est.

Cur hominē philosophū differre ab oratore 5 putemus? An quòd alter quidnam iustitia sit cognitas, alter qui iniustus sit aliquid spectat, & alter qualis nam tyrannicus timor sit; alter ty-

rannum quempiam esse animaduerit.

6 Cur in iis studijs, quę aliquid sibi delegerint, quanquā interdū pranis, libentius tamen quam in honestioribus versantur? verbi gratia pratis giatorem, aut mimum, aut ebrietatem se potius esse, quàm astronomum, aut oratorem velut, quę hæc sibi delegent? An volunt quidem nonnulli res honestissimas tractare, sed quoniam minus sibi confidunt posse efficere ideo non ita agunt? An vero rem, in qua sese quisque posse præstare arbitratur, eam deligit sibi quam autem deligit, eadem operam dat, illi obsequens parte dei maximam, vt se ipse vincat, lęque sit prestantior? Quinetiam quæ principio aliqua delegerint, quibūque insueuerint, in ijs nec dicare quidem possunt, quidnam melius sit? minus enim eorū corruptus iam est propter pr nat delectiones.

7 Cur alios si legere cœperint, somnus occupat, vel nolentes: alios vigilare volentes susceptus reddere perugiles pōt? An in quibus motus sunt spiritales, ob frigiditatē vel natura vel humoris, multiplicaq; humore excrementum spiritale causa frigiditatis cōsistit, ita ut intelligentia mouetur, minusq; alicui intelligere nequit, expellitur motus alter: itaq; pos dormire incipiunt, cùm nō multum sua intelligentia mutētur: motus enim spiritalis ille superatur, & vincitur. At vbi aliqua in re sua intelligentiā firmarint, quod lectio facere solet, nullum à motu illo spiritali mouetur, cùm nihil ab quod illum repellat: itaq; diu nō possunt. Quorum autē habitus secūdum naturā est, quorum virtus intelligēdi cū aliqua in re vna sistit, nec varie se dispergit, cętera quoq; sic

ut in loco hærent, quorū requies somnus est, vbi enim pars vna, quæ potissima sit, insisterit, cętęq; quoq; partes insistere solent: perinde ac in corpore, quę vsq; in fugā fuerint, agitur. Natura enim sursum effertur, quod leue est, deorsum verò defertur, quod graue est. Cùm igitur anima secūdū naturā mouetur, nō dormit ita enim se habet, at vbi cōsiterit, & quasi fatigata fuerit, mēs immutatur, & vapores crassiores surgunt sese efferētes ad caput, faciūt somnum. Lethargo vero prohibere somnū videri sanè potest: quod non propterea est, quia tarde intelligimus (anima enim tūc magis desinit) sed quia immutatur, & ideo insomnia euenit. na intellectiones illæ vigiles sunt, quibus anima quærat & dubitet, non illæ, quibus assidue contempletur, cùm illæ faciant motionem, hæ nō faciant.

* ἀγρυπνία.

8 Cur in disputationibus contētio sit, negatio nunquā incidat? An q̄ apparens syllogismus, id est ratiocinatio est: ratiocinatio autem in pauca cōtinetur, quinetiam si prolixius agitur, interposito tempore paralogizmus, id est peruersa ratiocinatio interea deprehenditur, & reuocare quod dederit, aduersarius potest.

* διὰ τὸς ἐν ἐπιχειρήμασι φαινομένους συλλογισμούς.

9 Quamobrē libentius eas historias audimus, quæ rem vnā exponunt, quā quæ plures? An q̄ rebus magis attēdimus notioribus, eāsq; libentius audimus? notius aūt est, quod definitū, vnū itaq; finitū est, plura autē infinito participant.

10 Cur nos rerū narratio oblectat, quæ nec ni-mium veteres sunt, nec admodū nouę? An quòd rebus diffidere procul absentibus solemus, quas vero diffidimus nunquā iis oblectamur, at quæ nova admodū sunt, adhuc quasi sentimus? itaq; de his cū cupimus, minime oblectari possumus.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO XIX.

Eorum, quæ ad concentum pertinent: cuius quæstiones L. I.

1 CVR tam in laborando, quàm in fruendo solatio tibiam adhibere solemus? An vt laborantes magis angamur, fruentes magis oblectemur?

2 Cur idem voce eadem longius sentiri cum aliis cãtans, aut vociferans, quàm solus potest? An quia viribus vniuersis agere quippiam, vel premere, vel impellere non tantuplum est, quantus singularium numerus est? sed quemadmodum linea bipedalis nõ duplum, sed quadruplam quiddam describit, sic composita omnia plus valent, quàm eadem dimissa. Ergo cùm vniuersi agitur ore, vocis potentia cõstãs, vnáque redditur, simúlq; aera propellit, vt prodire multiplex valeat: quippe cùm vox, quæ à multis proficiscitur: multiplex fit, quàm quę à singulis.

3 Cur maxime in cantando paruypatem, vel rumpi nõ minus soleat, quam in nete, supremáque, quanquam cum interuallo amplior? An ea cãtus & perdifficilis est, & cãtandi primordium obtinet? Difficilis autẽ propter intẽtionis prę-

stantiámque vocis est, quibus in rebus nimirum vrget: corrumpi autem quæq; maxime solent, quotiescunque labore acrius opprimuntur.

4 Sed cur hæc difficile, hypate facile cãtatur, cũ non nisi diesi discrepãt? An quòd hypate remissior est, atque etiã leuius a cõstitutione ascenditur? hæc eadẽ causa est, quã ob rem ad vnam cantari videantur, quæ ad hãc parantenq; cãtantur: agendũ est enim cum intentione, conatuq; aptissima moribꝰ, p̃ voluntate, & instituto. At cõsonãtia, vt existat, quę nã causa sit?

5 Cur suauius cantilenã, quam nouimus, audire solemus, quàm eam, quã ignoramus? Vtrũ quia cum quod cãtatur, agnoscimus? tũc melius patet, quia veluti calcẽ, quod spectat, assequimur: id autem contemplatu suaue est. An quòd differre lętabile est, cuius ratio est vel in capienda doctrina, vel in vtenda, agnoscendáque versatur? Addo etiam quod res soluta suauior, quàm insolita auribus accidit.

6 Cur immutatio, & varietas in cãtando tristitiam sit? An ratione inæqualitatis hoc euenit? affici nanq; tristitia, quod inæquale est, accommodatúrque magnitudini calamitatis, aut mœroris: contra quod æquale, atque cotinens est, minus id flebile auribus accidit.

7 Cur veteres cùm septem fidibus concentus disponeret, hypatẽ, non neten relinquebãt? An fidibus ad dicitur? earũ enim vtraque seruarunt, sed tritẽ adimere solebant. An nõ, sed quia grauior sonũ potest acutioris, idcirco netẽ relique tuntergo hypate magis antiphonum, quàm nete reddebat: nam vt acutum vim desiderat plectrorem, sic graue exprimi facilius potest.

8 Cur grauis sonum valeat acute? An qa maius

Fides, seu chordæ in musicis instrumentis ita ab Arquio ordinatæ, habentur, ac appellantur.

Hypate
Parypate
Lichanos
Mese
Paramese
Trite
Paranete
Nete

quod graue est: quippe tum vt graue obtusi
Hypate &c acutum acuto angulo simile habeatur.
gran ſi mi 9 Cur solitarias cătilenas suauius audire sit
erat ſolæ mus, si ad tibiam, aut ad lyram vnã cantantes
Nete acu- cùm tamen ad fides, canticumque idem modu
tiſſimæ re- vtroque peragatur? nam si idem ita amplius fi
ſonat vero plus ad plures tibias, atq; etiã suauius esse opo
grauiorũ, tet. An quoniã euidentius in assequendo quod
acutiorũ spectatur est, cum ad vnam vel lyrã, vel tibiam
ve, præſe- cătatur? ad plures vero suauitas seruari nõ pos
extrema cum cătilena offuscetur, totãq; penè deleatur
magn, me- 10 Cur si vox hominis suauior est, nõ eius, qui
nãſue pro- sine sermone cantat, suauior prænit, verbi gra
xima erat. tia teretatis, sed tibia, lyrãue suauius sonat? An
Varia autẽ illa quidẽ, quæ vocabulis articulata emittitur
ex his in- æque suauis est, nisi per simulationẽ formetur?
ſtrumenta Cæterũ opere ipso efficitur, vt gratior sit: vox
paranda enim hominis suauior constat, oris autẽ instru
ut. Extra- menta pulsandi vim obtinent plemorẽ: quam
rho dum: obrem suauius cantatur, quam recitatur.
Hypate acu- 11 Cur vox, aut sonus desinens acutior sit? An
dum. Ollo quia minus, vt quæ facta imbecilior sit?
rhombum 12 Quamobrẽ quæ grauior è fidibus est, hanc
nulla quãdo semper actus modulandi committitur? nam
mutia, de proxima quoq; a media pulsanda sit, media ve
quibus nõ tum, nihilominus reddi mediũ potest, at si non
est nisi ha dia subiungẽda est, per proximã a media sic
bendus ſer reddi non potest. A qua magnũ, quod grauis
mo ea vero est, itaq; validam esse necesse est? nec inest pro
in Bacchi fecto in mageo quod paruũ est? & quidem dum
Muſica le- nete in hypate efficiantur, si intercipiatur.
gerepotest 13 Cur in cõsonantia diapason graue quidem
nam ſi pro acuti antiphonũ accipi potest, grauis vero acu
nima quo tum nõ potest? An maxime quod in vtroq; ge
que ſi me- dulus vtrinsq; contentus est? sed si minus, certe

in graui acutum est, minus enim hoc est. *dia cũ te-*
14 Cur antiphonũ diapason consonantiæ ita *nuis media*
latur, vt vnisonũ esse videatur, velut in puni- *pulſanda*
pagine atropa? quæ nanq; posita in acutis sunt, *sit nihi-*
nem vnisona, sed ex proportione sibi diapason *minus me-*
concinnẽtia respondent. An modus proportio- *dium red-*
nis facit, vt sonus quasi idẽ esse appareat? pro- *datur. at ſi*
portio enim in sonis æqualitas est: æquale au- *media cũ*
tem omne ad vnitatem referendum est. Hoc *vtranque*
idem in fistulis etiã euenit, vt falli aures possint. *oporteat.*
15 Cur genꝰ cătilenæ, quod lex appellatũ est, *tamen non*
ab antistrophos olim agebatur, cùm tamen *videatur,*
cæteris eiusdẽ cantionis antistrophi visus non *priores*
desiderẽt? An & olim leget a magistris certãdique *erant.*
peritis agebãtur, qui cùm iã egregie simulare,
valenterq; pertẽdere possent, cãtũ & prolixum,
& variũ conficiebant? itaq; vt verba, ita etiam
modos, numeriq; varie subinde simulationem
interpellantur: imitari nanq; modulamine po-
tius, quam vocabulis necesse est. Quãobrem di-
thyrambi etiã postquam simulari cœperunt,
antistrophis amplius non vtũtur, quãquam plu-
rimum ante vteretur. Cuius rei causa est, quòd
olim homines liberi atq; ingenui ad choream
adire soleb ant itaq; multos esse, qui fingi can-
ta certatione posset, erat difficile: quapropter il
lis in more fuerat, vt modulos enharmonios cã
tarent. Vnus enim crebro cantilenã mutare, va-
riãmq; cõtexere facilius potest, quam multi: &
qui certat, facilius quam qui mores conseruati
quocirca simplicius illi modulari debuerant.
Antistrophos autem simplex est, quippe qui nu
meris sit, vnitateque metiatur. Hinc cadẽ cau-
sa est, cur in scena nullus, in chorea plurim' an
tistrophi vsus sit. Hilario nãque simul & certa-

Universidad de Deusto Biblioteca

tor, & simulator est eorum autē minus imitatur.

16 Quæ de causa dissonantium copulatio, quæ antiphonum nominamus, suauior, quàm consonum est? An q expressius ita consonantia percipi potest, quàm cum voce cōsona addita chordatur? alteram enim vocem idem sonare necesse est, itaque duas ad vnam resonare, quæ tertiam offuscare facile possint.

17 Cur sola diapason cōsonantia cantetur? hæc enim magadare, nec vllam aliam cōsueuerint. An quòd hæc sola ex fidibus inter sese obsona constat? atqui in obsonis etiam si alteram canant, idēitem efficis, voces enim ambarū vna quodammodo illa cōtinet. Ergo in hoc consonandi genere cùm vel vna canitur, consonantia tota perficitur, & cum ambæ, aut cùm altera canitur, altera tibia sonatur, vna quasi de duabus exultat, atque ita efficitur, vt sola hæc cantetur. nam patiatur, eo scilicet, quòd obsona vocem obtinent nerui eiusdem.

μαγαδίζειν seu magadare, vel forsan magadissare, pro magadisso. vt. Quid magadis, vide apud Cælium.

18 Sed cur solis obsonis datū hoc est? An quod solæ pari interuallo distant à media? itaq; medietas similitudinem quādam sonorum efficit, vt sensus aurium ambas, & eandem, & extremas esse diudicare videatur.

19 Cur in diapēte, & diatessarō cōsonantiis magis quā antiphonis cantatur? An quòd non eadem consonādi ratio in iis est, quæ in diapason concinentia? quippe cùm in illa grauis cuiusdā proportionē modum obtineat, quem acuta augmines? itaq; fit, vt & eadem quasi & diuersa vox oriatur, at vero in diapēte, atq; diatessarō concinētiis non ita est: quamobrē sonus vocis oppositæ perpēdi nō potest, quoniā idem non

20 Cur si q̄ cæteris omnib⁹ neruis cōcinnat, medio

medio vero incōcinno pulset instrumentū, non solum cum ad medij sonū deuenerit, sed etiam cæteris modulādi partib⁹ anget aures, modūq; incōposito dissipatāmq; eliciet: sed si lichano, aut quē sonum alium mouerit, tum discrimen tantæ apparebit, cum eum pulsarit, quē mouerit? An ratione hoc euenit optima, quādoquidem omnia egregia modulādi genera nerui sæpe vtūtur, omnesq; probi fidicines crebro ad medij veniunt, & si discesserint, mox redeūt ordē, nec vllū aliū toties repetūt? Ergo quemadmodū ademptis ex oratione quibusdā coniunctionibus, vt τε & τοι, oratio minus græca relinquitur: aliis vero quibusdā detractis, mihilo inferior accidit, eo q̄ alius sæpe in dicendo vti necesse est, aliis minimeue etiā medius verūm coniunctio est sonorū, maximēque elegantiorū, quoniā eius son⁹ assumi sæpissime soleat.

τοῦ μεσ.

21 Quæ de causa qui grauius cantāt, si absonāt, deprehendi facilius possunt, quàm qui cantant acutius, nec vero secus in numeris accidit? cui dentiores enim, qui peccant in grauiori. Vtrum quòd plus temporis graue obtinet? plus autem sonitus a sensu aurium percipi potest. An quòd in tempore ampliori agitur? hinc etiā plus sensui adhibetur: velox autem, & acutum facile fugit ob velocitatem latescit.

22 Quam ob causam multi cum cantant, melius alterōs seruant, quàm pauci? An quòd multi melius vnum, finēmque ducem aspiciunt, tardiusque incipiunt? itaque facilius assequi idem possunt; quippe cùm in accelerando eueniat, vt plus erroris committatur.

23 Cur nete duplo acutior est hypate? An primū cùm neruus partes sui dimidias pulsatur, & totus

totus diapason concinētia exultat: quod vel in fistulis æque perspicere licet: vox enim, quæ per medium foramē emergit, diapason resonat cæteris, quæ per totā fistulam promitur. Quinetiam in cæteris duplo interuallo capi diapason oblectantiam nouimus, nam & qui tibias perforant, ita disponere solent: & qui fistulas apte coaptant, extrema tantū cera marginant foramina principalis, neten vero ad dimidium implent: & in triquetris nerui, quorū alter longitudine duplus, alter subduplus est, æqui intenti diapason consonantiam reddunt. Genus autem concinendi quod dispente nominatur, sesquialtera constat, quod vero diatessarō vocamus, interuallo sesquitertio continetur.

04 Cur si quis neten pulsitam apprehenderit, hypate sola reloquare videbitur? An quod tinnitus, qui ex hac proficisci solet, sono illius maxime cociliatur, & congruit, vtpote qui consonus sit? ergo quia suo consimili concrepit, solus apparere cæteri vero incerti suam ob exiguitatem occultantur.

05 Cur nerorum medium in concentibus appellamus, cū inter octo nullum medij sit? An quia olim cōcentus septem nerus constabat, tertius autem medium obtinet?

06 Cur in acutum magna ex parte vox aberrare consuevit? Vtrum quod facilius acutum quam graue cantatur? An quod acutū gravi deterius est? peccare autē non aliud est, quam rem aliquo deteriorem.

07 Cur inter omnia, quæ sensum patiuntur, facilius id mores obtinet, quod obuijs auribus ejici potest? Nā etsi quid sine sermone modulamur, mores tamen præ se ipsa modulatio ferat, sive non color, non odor, non sapor gerere potest. An quod motum solum ob obtinet, non dico quem strepitus reddit, (talis enim vel cæteris adest: quippe cùm etiā color nostrum mouere affectum possit) sed eum intelligis solo, quem prius id excipitus subsequentem sentimus, hic rerum similitudinē gerit, tum in numeris, tum in sonorum ordine acutorum & grauium, non in motione? quod esse in cæteris sensibilibus non potest. At qui motum eiusmodi sibi actio vendicat, quæ iuxta index proculdubio est.

08 Cur leges pleræque cantilenæ appellentur? An quod homines prius quam literas scirent, legis cantabant, ne eas obliuioni mandarent? quod etiam nostra ætate Agathyrsis in morem est. Ergo primas quoque posteriorum cantilenarum eodem appellauerunt nomine, quo omnes superiores vocabantur.

09 Cur numeri musici, & modi qui voces sunt, moribus similes sese exhibent: sapores vero, aut colores, aut odores nullā eiusmodi similitudinem gerunt? An quod numeri musici, & modulationes continentur, quo modo etiā actiones? At omnis efficientia moralis res est, moresque condere potest sapores vero, aut colores hoc idem æque conficere non queunt.

10 Cur neque subdorium, neque subphrygium genus in Tragœdijs choricum habeatur? An quoniam antistropha carent, vtpote quæ scenica sint, imitationique accommodata?

11 Cur Phrynicus, cæterique eius ætatis musici modulandi potius scientiam exercebant? An quod tum in Tragœdijs carminis vias modulationum longe amplior erat?

12 Cur diapason consonātiam dicimus non ratione

tione numeri dia octo, vt diatessaron, vt diapente? An quòd priscis nõ pluribus vti neruis quàm fuit in morem? deinde Terpander tertia excepta, neten adiunxit, ac eius temporibus diapason hęc appellata est consonantia, non diaocto quippe quæ septem, non octo constaret.

33 Quamobrem aptius de acuto in graue canitur, quàm de graui in acutum? Vtrum quòd ita fit, vt à suo inchoetur principio? neruus enim qui medius & dox est, acutissimus primi tetrachordi habetur: illo autem modo non à principio, sed à fine exordiretur. An quòd graue generosius, sonantiúsque ab acuto oriri potest?

34 Cur bis diapente, aut bis diatessaron consonantia componi non potest, bis autẽ diapason potest? An quòd non bis diapente, neque bis diatessaron instrui potest, sed diatessaron, ac diapente proportiones apte in vnam diapason continentiam copulantur?

35 Cur diapason consonantia omniũ pulcherrima est? An quod integris terminis huius propositiones cõtinentur: cæterarum autem non integris? Cùm enim nete dupla ad hypaten sit quocunq; in genere nete duo tenuerit, hypate vna habebit: & vbi hypate duo, nete quatuor reseruabit, ac ita deinceps. At vero eadem nete media sesquialtera est, proportio nanque sesquialtera qua consonantia diapente cõcluditur, non integris numeris posita est: maior enim minorem intra se cõtinet totum, & partẽ eius dimidiam quamobrem non integri cum integris comparantur, sed partes superfunt. Consonantia quoq; diatessaron proportione sesquitertia cõtinetur quæ terminis cõstat, quorum maior minorem intra se totũ cõtinet, & insuper tertiã ei⁹ partẽ.

An quòd ex ambabus cõstitit perfectissima est? & quoniam modulandi mensuram hæc tenet, merito omnium elegantissima constat.

Cur si neruus medius *ex suo intẽtionis modo demotus sit, cæteri quoque omnes *sonos incompositos reddent: sed si integre illo manente, aliquis ex cæteris sit dimotus, solus hic aberrabit, qui modo suo caruerit? An quòd ratio concinendi neruis omnibus apta intentione continetur, quæ non nisi per habitudinẽ quandam ad medium accommodauda omnibus est, ordoque ratione illius disponi singulis debet? ergo sublata continendi concinendique causa, concentus æque custodiri præterea non potest. cum tamen neruo medio sibi constante vnus ex cæteris aliquis discreparit, merito illius pars demutatur deest: cæteri nanque omnes modum hæc concinentiæ seruant integrum. 36

Quare cum vocis acumẽ effici momẽto possit ruguo, grauitas autem non nisi magno proueniat? vt enim graue ob multitudinem graue est, ita acutum ob velocitatem acutum existit. Cur inquam, si ita est, maius negotiũ canticum decimille acutum, quàm graue sit: & quidẽ pauci reperiũtur, qui superna cantare valeant? Leues quoq; acutæ, & arduæ difficile: idcirco cantantur, quia intentæ vehementius sunt: quamquã manus negotij sit mouisse quod exiguum, quàm quod multum est: itaque vel in aere hoc idem accidere oporteret. An vocem è natura mittere acutam, non idem est, quod acutũ cantare: sed mittunt quidẽ acutam vocem omnia, quæ natura sunt imbecilla, eo scilicet q̃ aëris parum, non multum ciere possunt? parum autẽ aëris velociter fertur. Vnde hebetius id est qui 37

consumpto corporis habitu emarcuerint, acutè proferunt vocem. at vero acutum, nisi viribus valeant, cantare non possunt. Cuius certe imbecillitatis, quòd velociter ferri solet quod vehementer ferunt ita bonarum virium index acutè est, cum supernæ cantare admodũ difficile sit, gravia autem locum tenent inferiorem.

38 Cur numeris, modulis, cãticis, denique omnibus concinnẽdi generibus oblectari omnes consueuere? An quòd motibus naturalibus oblectari datum à natura omnibus est? Indicium quod pueri adeo nuper editi his ipsis moueri, oblectariq; possunt: modis tamẽ adiectitus cãticorũ vt delectemur, efficere assuescendi ratio potest. Sed enim numeri propterea mulcent, quia rata ordinatúmque computandi numerum habent, mouentq; nos pro sua æquabili serie ordinate. Motus enim familiarior naturæ est ordinatus, quàm inordinatus: itaque secundum naturam hic magis esse probatur. Argumẽtũ, quòd cum ordinate & laboramus, & bibimus, & comedimus, naturam, viresque nostras & seruamus, & augemus. Contra, inordinate cùm agimus, deprauamus naturam, atque de suo statu dimouemur morbos enim naturalis ordinis corporum esse motiones nullum dubium est. Cõsonantia vero demulcere ideo potest, quòd mistio, sive temperatio contrariorũ est iunctorũ apte inter sese, portionemque inuicem custodientium. Portio igitur ordo est, quem modo natura suauem esse proposuimus. Sit temperatum quicquid omne suauius, quam intemperatum est: præterquam si ea sensibus sit, pariter vim habeat vtriusque extremi, quemadmodum conion antia ex portionibus temperatur. Sit proportio ipsa ex horum

horum extremorum potentiam æque in consonantia tenet.

Cur suauius antiphonum æquisono est? An 39
quòd obsonum quoque cõsonum diapason est, quippe cùm ex adolescentibus, virisque constet, qui ita distant inter se tonis, vt nete, & hypate? At omnis consonantia sono simplici suauior est, cur autem ita, dictum iam est. atque omnium suauissime diapason personat: æquisonum autem illud simplici continere sono conspectum est.

Cur sola in diapason consonantia magadari 40
solitum est? An quia vt pedes carminum portionem, aut paris ad par, aut dupli ad subduplum, aut aliquam aliam inter se obtinẽt? ita soni, quibus consonantia continetur, motus portionem inter se aliquam seruant, & rationem clausulæ. Cæterarum igitur cõsonantiarum alterius terminus imperfectus est, cùm finiant ad partem, quamobrẽ fieri non potest, vt pari sint facultate. Cùmque dispares sint, discrimen auribus accidit, quomodo in choreis, cùm ad finẽ deuentum est differentia ex ampliore voce aliquorũ exultat. Adde quòd hypate accidit, vt extimi soni circuitalis habet cum nete: vltimus enim à nete ictus aëris factus hypate est: quòd cùm fecerint in idem, quamuis non idem fecerint, euenit vt opus absolui vnum communeque possit, non secus ac illis accidit, qui sub postremã cantionem pulsent. Nam etsi cætera operis nõ adhibita tibia peregerunt, tamen quod in ide desierint, eo ipso fine magis delectent quàm discrepantes anguit, quo ante finem discreparint. Cùm igitur in diapason ex sonantia ex diuersis, quod cõmune exuitet, suauissimum sit, maga-

dare autē ex contrariis vocibus consistat, hinc magadare consonantia diapason consurgit.

41 Cur suauius cantum audimus, quem scimus, quàm quem ignoramus? Vtrum quoniam cum cantilenā agnoscimus, melius patet, qui velut calcem, quod spectat, assequitur? hoc autē contemplationem facit suauiorem. An incidit, vt auditor vnà cum eo afficiatur, qui notam illam exprimit cantilenam, quippe qui aliquid sic cinat, sociúmq; sese præbeat cantanti? Solet autem quisque hilari, securóque animo cantare, nisi aliqua coactus necessitate id faciat.

42 Cur non bis diapēte, aut bis diatessaron reddi consonantia potest, vt bis diapason coaptari solet? An quòd diapente consonantia posita in proportione sesquialtera est, diatessaron vero in sesquitertia? Quòd si tres sesquialteri, aut sesquitertij numeri ordine disponantur, extremi nullam inuicem portionem habebūt. neque enim superparticulares, neque multiplices eā poterunt. At diapason continentia, quoniam duplari proportione constitit, hæ gemineatæ quadruplam inuicem proportionem extremi tenebunt. itaque cùm cōsonantia sonorum inuicem proportionem obtinentium sit, proportionēmque inuicem soni habeant, quibus diapason interuallum continetur: penitus vero careant, qui diatessaron, aut diapente habitudine copulantur: idcirco soni bis diapason esse consoni possunt, cæteri non possunt, ob eam, quam reddidimus causam.

43 Cur si quis neten cum pulsauerit, apprehendat sola hypate subsonare videatur? An quòd nete cùm desinit, elanguescítque in hypate tractu, iudiciū, quòd post hypatem protinus neten cer-

nere aptissime licet: etenim quasi neten præsentiat, similitudo ex ea petitur. Cùm autem echo quoque ipsa cantus quidā esse probetur. sitq; enim vocis nete iam desinētis tactio) tinnitúsque ipse sono respondeat hypate, merito ob eam affinitatē nete mouere hypaten posse videtur. Nete enim, vbi se moueat apprehēsa, certo nouimus: at hypaten cum videamus inapprehensam, & tamen eius sonū percipiamus, ipsam mouare credimus: quod in multis accidere solet, in quibus scilicet neque sensu, neque cogitatione prehendere veritatem possumus. Ad hæc si forte idiu intente accidat, vt in gum moueatur, nihil fanè mirum fuerit: eius autem motu nerueos omnes commoueri, sonúmque reddere aliquem probabile est. Sonus igitur nete alienus à cæteris est, & cùm definit, & cùm incipit: cum hypate vero cum definit, idem existit. Quòd si eius propriæ motioni adiunctus ipse totus esse alium videatur, absurdum haud quicquā habeti debet. Amplior autem, quàm sonus reliquorum neruorū promiscuus hic exultat: quoniam alis quidē à nete quasi impulsi, submisse vel lente, & leuiter ac molliter, sonāt: nete autem ipsa fidis omnium vehementissima sua tota potentia sonū reddit. itaque secūdaria eiusdem actio tertio superior esse, quā cæterarū potest, præterea enim leuissimo motu ipsa moueatur.

44 Cur suauius cantilenam audimus cùm ad tibiam, quàm cum ad lyram cantatur? An omne mouere, quod mistū cum suauiori est, suauius redonat? atqui tibia, quàm lyra suauior est: ergo cantilena quoque mista cum tibia, quam lyra suauius fit, quoniam quod mistum est, non tam suauius, modo quis sensum amborū per-

πρὸς μέλι- cipiat. Vinū enim *acetomulso suauius est, quā-
ται. mū quæ natura permiscet, longe amplius tem-
perantur, quàm quæ à nobis miscentur. vinum
quippe ex acido, ac dulci sapore mistum est.
Probari hoc idem potest, vel malis punicis, quæ
vinolenta appellamus. Ergo cantilenæ, & tibia
misceri sibimet admodum suam ob similitudi-
nem possunt: spiritu nanque vtraque cōficitur.
Sonus autem lyræ, quoniam non spiritu fit, aut
minus sensibili, quàm tibiarum, minus voci im-
miscere se potest: quòd cùm ad sensum differ-
men pariant, non immerito minus demulcent,
quomodo dictum de saporibus est. Adde quòd
tibia sonitu cognatione quæ sua errores multos
cantilenæ occultat. Sonus lyræ cùm tenuis, vo-
cique cōmiscendi minus idoneus sit, ipse per se
patens, suāmque genus syncerum custodiens
omnes cātilenæ errores posita quasi regula pa-
tefacit. Cùm vero multa perperam in cantando
agantur, quod promiscuum ex erratis, sectequæ
actis prouenit, deterius esse necesse est.

45 Cur neruum medium inter septem vocamus,
cum inter octo nullum medium sit? An quòd
olim concentus neruis septem constabat, quo-
rum medium est? Eorum item, quæ inter extre-
ma continentur, solum mediū principiū quo-
dam est. quod enim in medio situm est eorum
quæ in aliquo interuallo ad vtrunque vergunt
extremū hoc principium, & medium est. Cæ-
terum extrema concentus nete, & hypate sūt,
hisque interiacent reliqui soni, quorū medius
nominatus, solus principiū alterius tetrachor-
di est, iure medij nomen habuerat. Principium
enim idem esse dūtaxat potuit, quod mediū est
eorum, quæ inter aliqua claudontur extrema.

Cur melius multi cùm cātant, seruare nume- 46
ros possint, quàm pauci? An quòd multi magis
vnā ducemq; respiciunt, tardiusq; incipiūt? ita-
que facilius assequi idē possunt: plus enim erro-
ris solet cōmitti in celeritate. Accidit autem vt
non duci multi, quàm pauci sint attentiores. Se-
quentes vero sese, nemo eorū exuperare multi
ssime clarere potuerit, quanquā inter paucos
facilius proclidubio poterit. quamobrem inter
sese ipsi per se potius, quàm cū principe certāt.

Cur vox in partē acutam cantus magna ex 47
parte degenerat? An quòd acutū facilius, quàm
graue cantatur? acutū igitur crebrius cantant:
dūmq; id faciunt, errore crebrius committunt.

Cur veteres cùm neruis septē concentus dis- 48
ponerent, hypaten, non neten reliquerunt? An
nam hypaten, sed eam, quæ paranese nostra
tempestate vocatur, tonique interuallum reli-
querunt. vltima vero deinh in acutum pro me-
dia vsū sunt, quamobrem mediam quoque eam
appellarunt. An quod superioris tetrachordi fi-
nis principium erat inferioris, & medium tono
proportionem extremorum tenebat.

Cur Tragœdiarū choris neque subdorio ne- 49
que subphrygio cantādi genere vti mos est? An
quòd modulū præstare cōcentus hi nequeunt,
quo certe choris magnopere opus est? Mores
vero subphrygium obtinet vsū rerum deputa-
tos, quamobrē in Geryone excursus, & arma eo
ipso cōcentu aguntur. Subdorium vero magni-
ficam cōstans græcque est: quocirca omnium
maxime concentuum citharæ accommodan-
dum. Sed hæc ambo, vt chori minime con-
firmant, sic scenis esse familiariora probantur
etenim scena heroum facta, dictāque simulat.

Veterum autem solos duces fuisse heroas constat: populi homines sunt, quibus chori constant. Quapropter choro competut mores, modulique tranquilli, & flebiles: hæc enim humana potius sunt quæ minus cæteri concentus præstare queunt: minimèque ipse subphrygius hic enim animos lymphatis similes reddit, cogítque debacchari. At vero mixolydius nimirum illa præstare potestutaq; eo ipso affici possumus. Sunt autē patibiliores, qui inualidiores: quamobrem id genus choro tribuimus, subdorio vero, atq; subphrygio agimus, quod chorone non conueniat. Est enim chorus cliens quidam curatórque ociosus: quippe qui benevolentiam duntaxat his exhibeat, quibus adest.

50 Cur sono grauiori mollior modulatio continetur? An quod modulus sua quidem natura mollis est, & quietus? sed admisti numeri ratione asperior redditur, & mouentior. Cùm igitur grauis sonus mollis quietésque sit, acutus contra mouens, & irritans, prorsus eorum quoque qui eundem modulum habent, mollior esse debet, qui grauior eodem modulo continetur. Modulum nanque mollem esse eorum dictum iam est.

51 Cur parium, similidmque doliorum, si alterum inane, alterum* dimidiarum sit, echo dispasion consonantia resultabit? An quòd echo dupla dimidiati ad inanis existit? Quid enim in isthis potius, quàm in fistulis res euanet? motum nanque eundem acutiorem putamus, quem velociorem. Amplioribus vero aër tardius occurrit, vt duplis duplo, & cæteris ad proportionem. Vtris quoque duplus diapason ad subdiplum consonat.

* εἰς τὸ ἥμισυ τὸ δίκαιον.

ARIS

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO VICESIMA.

Eorum, quæ ad stirpium genus, & oleracea pertinent, causas quæstiones XXXVI.

QVr aquam fallam apium recipit, & porrum recusat? An & alterius radix imbecilla, alterius valida est? impatibilius autē, quod validius.

Cur in prouerbio est, Mentam* bello tempore neque edito, neque serito? An quia menta refrigerare corpora potest, vt corruptione constat seminis genitalis? id autem ipsum aduersum omnino est ad fortitudinem, atque animositatem, quamuis genere sit idem.

Cur aliqua fructu vacent, cùm florē habeant, vt cucumer, cucurbita, malus punica? An his fructibus nō deest, sed ipsa pro fructibus habētur, qui hos flos insidet: fructᵘ enim id est, quod floré gerit, cucumeri autē florē inhærere periculū est.

Cur eorum, quæ terra gignit, alia cocta, alia cruda sunt cibo idonea? An quibus succus esculentus nō protinus est, iis decoctis dulcior redditur à calore: quibus autem sapor vel protinus gratus consistit? hæc etiam cruda esitantur.

Cur alia elixa, alia assa melius edi possint? An quod humidiora nō eatenus humectari, siccioraue non amplius exiccari oportet: elixa autem

humidiora, molliorâque omnia reddunturque vero minus humida sunt, hæc igne confecti ficciora prorsus euadunt.

6 Cur alia esculenta, alia inesculenta experimur? An causa succus est? quod enim & ignis expers succum continet immitem, & igne confectum nihilominus redditur, hoc cibo inepium penitus est: quòd autem succo esculento quisq; sed vehementiusculo constat, hoc pro condimento recipimus. quod enim exiguo corpore vim magnam obtinet, id naturam condire potest ampliorum esculentorum.

7 Quæ ob causam stirpium aliæ ad semen usq; viuere tantùmodo possint, deinde cùm semen tulerũt, exarescãt, vt genus herbæ, & quæ olera nominamus: aliæ nõ, sed sæpius fructificare solitæ sint. Ipsarũ etiam viuentium ad semẽ usq; ferendũ cum magna pars annua sit, genus aliq; quod ab equo hippobosinũ appellatũ est, quod equapium dixeris, anno postero fructum affert, cùmque attulit, exarescitque ita? An omnia extenus vigent ætate, quatenus semine nonq; valeant: nam & homines ad annum trigesimum usque proficiunt, aut copia, aut crassitudine: vbi autem semen ferre non amplius possunt, modo stirpium obarescunt, atque senescunt: quamq; alia ocyus, alia serius occidunt, idq; portionis. Sed quam ob causam aliis longũ vitæ spatium, aliis breue datũ est: porrò alterius interesse disputationis declarare. sed cùm omnibus finis, terminus sit perfectio seminis, quibus vita breui tempore continetur, hæc semel, aut certe non sæpe quæ autẽ esse longæua natura voluit, hæc sæpe fructificare necesse est. Quamobrem quæ imbecillima sunt, ferre non plus valentia

quàm semel, tum exarescãt necesse est: ac corũ plerũq; alia anno primo simul & semen reddere, & vnã explere naturæ ratio sancit: alia postero, vt equapium. Quæ vero prævalida surgunt, hæc annis plusculis post fructificare incipiunt, diuq; vitã agere possũt, fructificare sæpius, vt arbores.

Cur si quis aptum radice tenus circunfodiat, 8
porriq; imæ panicum vndique ingerat, deinde terram accumulet, itaque irriget, radices mira magnitudine adolescẽt? An ♀ natura panici fungosa, & calida pabulum attrahit, conceptúmq; non sursum trãsmitti patitur? Sed inter radicem exercitum calore sibi indito concoquit, vt radicit amplissimum sequi incremẽtum necesse sit.

Cur si quis cucumeres, aut cucurbitas ptinus 9
pruinalas condiderit in terram, maiores multo efficiet? An quòd spiritus, & Sol exsiccãdo incrementum impediũt, molemq; tum minorem, tum crassiorẽ reddunt: quemadmodum & arbores, quæ loca vento, Soliq; exposita tenent, quęq; in cauis manẽt, & riguis? Alteræ enim magnę, fungosæq; fiũt, alterę paruę, & spissæ. At vero interrã occulta, quoniã contra afficiantur, contra euadant, necesse est. Quinetiã quæ vasis includimus, vt cucumeres in fictilis cauis, aut tegulis, & mala punica, aut quæuis mala in ollis, ampla redduntur, & fungosa. cõtra quę detecta sũt, parua, solidáq; augescunt nullo ambiẽte operculo, quod ahmoniam faciat largiorẽ, id enim obiectum facit, ne pabulũ, aut euanescat, aut arescat.

Cur plantarum acrium semina acriora sunt, 10
quæ radices, & folia? An ♀ semine omnia oriuntur, inq; cęteras omnes partes ex eo veloti fonte quodam (vt quidam aiunt) sapores, & odores deriuari necesse est? nam etiam odores omnium

vnà

vnà cum feminibus esse suaues incipiũt. Quod si acritudo cæteris ex semine proficisci solita est, semen ipsum maxime esse tale ratio exigit.

21 Cur tenues radiculæ acriores sunt? An quod ampliores illæ spatio temporis longiori plenius concoctæ miteſcunt?

22 Cur capparis locis prouenire cultis haud facile potest? multi nanq; tentarũt & radice trãsta, & semine sparso, cùm apud nonnullos commodior capparis sit, quàm rosa: sed tamẽ efficere nihil potuerũt. Quid ergo causæ sit, vt cultu ne sciat hospitari, inculta & auia persequatur, & maxime sepulchris adhæreat? Igitur de hoc cæterisq; generis eiusdẽ accepisse illud oportet, & non omnia eadẽ ex materia consistere solere, aut augeri sed sunt quæ ex aliorũ corruptione, & principio cõsistant, & post augeãtur, vt pediculi, & pili corrupto alimẽto, aut qua labe aliæ corporis prodeunt. Ergo vt in corpore nõnulla excremẽto prouenirũt alimenti, quod certe crassitas est, & vbi naturę vires superare nõ queũt, ascendunt quidẽ in vesicam, & alium, quæ in promptu maxime sunt: aliqua vero animal producũt, itaq; in sen ectute, & morbis hæc augeãtur: sic in terra alia cõcocto alimento & consistũt, & augentur, alia excremẽtis, aduersisq; cõcretione oriũtur. Culturę autẽ officij est, vt cum coquat, reddãtq; efficax alimẽtũ, quo genus nostrũ, vrbanũmq; fructuũ cõsistit. Quę igitur matigatione, informationeq; huiusce modi creãtur, hæc vrbani vocabulo significamus, eo q; solertia hominis educata quasi, eruditáque meliora euadãt. Quæ aute cura adhibita miteſcere nequeunt, aut etiã aduersũ habitu loci sui generis prodeunt, hæc syluestria sunt, & rustica, cuiusq;

viuere nolunt. Cultus enim dum ea melioribus adsuefacere moribus cõtendit, depranat, atq; pertorquet: quippe cum à sua natura desciscere neqeãt, quę orta sunt ex corruptione: quo in genere capparis quoque profecto est.

Cur si quis radicularũ folia tempore hyberno, cùm maxime vigent, abscideris, & terrã pedibus eũ planaris, conculcaritq;, vt imbrem nullum admittere possit, radiculæ ipsæ peræstatem amplitudine mira increscẽt? An propterea, quia ne corrumpantur, causa cõcludi soliditas est, quæ hiemẽ putrefacere prohibet: alimentum vero, quod aliter ad germẽ sursum trãsmitteretur, radix sibi ipsa totũ dispensat? itaq; vel amplior fiat necesse est, vel suo de latere radices alias mittat geminans modo ceparũ. has enim multiplices effici nouimus, si quis annuas non euellat, sed tempore hyberno relinquat. At cùm vim illã procreãdi, vt lateri ceparũ natura dedit, & radicularum negarit, necesse profecto est ipsas illas crascescere nimiã ob copiã alimenti.

Cur si quis cucurbitas, aut cucumeres apud puteũ satos in ipsum dimiserit puteũ tẽpestiuos, hesternũ operuerit, virides per annũ totum seruabit? An & vapor aquę refrigerãs efficit ne asiccentur, seruãtq; virides, & vegetiores: & obtura tio illa, & spiritus satis alere possunt, quæ iam in plenũ creuerũt? permanendi vero facultas propterea datur, q; relictis radicibus suppetit alimẽti. Nam si quis, cùm fructificarũt, detractis sarmentis, præcisisq; plãta terrã aggerarit, conculcaritq; citrõ radices, cucumerem faciet præcoquem, vtpote cui radix valeat cõseruari. haud enim cucumer annuã sortitur naturam, sed viuere vlterius potest. Ferunt autẽ isti fructũ maturius

turitur, quàm qui semine prodierunt: quoniã radix bona parti scilicet operis præcõdita iam natura habetur, quod illis seminatis prius conficere necesse est. Terræ autẽ aggregatio, & constipatio teporem inducit, quo radix & seruari, & gemen mittere celerius queat. vnde etiam fit, vt quis per hyemem cucumeris semen in* qualibet situ aqua irriget tepida, & modo soli exponat, modo collocet apud ignem, præcoques admodum cucumeres faciat, si tempore congruo ad ipsum cum qualibi in terram demittet.

* ἐν παντὶ χρόνῳ, in qualibet tempestate.

25 Cur nõ merilie, sed mane, noctúue irrigare consueuerunt? Verum ne solis feruor humorem absumat: An quòd si aqua calida sit necabit quæ irrigantur?

26 Cur omne odoratũ genus, tũ seminum, quàm stirpium, mouere vrinã potest? An quia calidum est, cõcoctúque facile: cuius sanè generis sunt quæ vrinã ciere valent? calor nanque interior cito extenuat, nec aliqua corpulentia odor cõnetur. Nam & ea, quæ minime odorata sunt, vt allia, caloris sui ratione vim mouendi vrinam habent, vel potius colliquãdi. Seminum autem genus omne odoratum, calidum esse proculdubio nouimus: odoris enim natura calore aliquo omnino creatur. At vero quæ male olent, haud quaquam apta cõcoctioni sunt. Esse autem non calida solum, sed etiam cõcoctu facilia debent quæ sint prouocatura vrinã, vt scilicet vnà descendendo humores extenuent.

27 Cur cucyus olus exaulescat, quod semine vetustiori, vt trimo, aut bimo prodierit, quàm quod nouo? An & sicut in animantium genere semen id celerius affert, quod vigeat: ita etiã semanum quæ vetusta admodum sunt, vim suam omnem exha-

lauerunt: quę recentissima, imbecilliora procrea sunt, & excremẽtum adhuc procreationi minime cõueniens continent: quæ media tempore, hæc humore inutili omni exacto, validissima esse probantur celerius igitur semen prouehunt. id autem ipsum non nisi exaulescere est, quippe cùm semen ex caule proueniat.

Cur ob causam ruta insita in ficum, pulcherrima, plurimáq; proueniat? inseritur vero inter cortice, limóq; obducto fouetur. An & rutæ radix frutẽtum teporémq; desiderat? itaque cinere quoq; circundata iuuatur: sicut autẽ calida est, quod eius succus omnium acerrimus docet, & sumitur, quẽ multum emittit: habet igitur calorem, atq; humorem talem, qualem etiã cinis. Quãobrem si ille iuuare potest, sicut porrò copia ac vigorem eo magis præstabit, quo humor cineris quidem nõ perpetuè affluit: huic vero irrequieto confluuio manat, vtpote cum arboris succus consumi ex toto non possit. 18

Cur stirpium nõnullæ caulem semper edant inanem? An illis, quarũ natura imbecillior est? hæc ratiõ inanémq; emittere caulem necesse est. 19

Cur in terra Attica fructus cæteri dulcissimi sint, thymum vero acerrimum est, cùm id etiã ipsum fructus quidẽ existat? An & ager ille tenuis, siccúsq; est, quãobrem nõ multum humoris cõtinent, quæ in eo nascũtur. Ergo quę dulcia sua cõstant natura hæc ob humoris cõtenti mediocritatem, vbi Sol partem cõsumpsit maximã, facile reliqua cõcoquuntur: etenim multum cõcoqui negotium magnum est, mediocre expeditius cõfici potest. Vnde fit, vt fructus, qui legẽ suæ naturæ dulces creãtur, dulciores euadant: qui sicci è natura minimeq; dulces proueniunt, 20

uenium,suũ ob inopiam tantum humoris retinent,quantũ suo conueniat generi,quod dulce nequaquam est.Sol autem quantũ dulcissimum fit,& leuissimum eximit. itaque acerrimi reliquuntur,qui humore superuacuo careant,quem fructus cæteri obtinent.

21 Cur pulegiũ,& lirium, & cepe suspensa florent solstitio tempore? An ineſt crudum in his alimentũ quod vt hyeme concoqui ex frigore nequit,sic solstitio ex *calore concoquens purget? Vtrũ quia influxu carẽt assiduo, breui marcescunt? ereoim quæ nullũ alendi initium,nullum influxũ assiduum habent intereunt,exsiccantúrq;. Qua de causa accidit apud Scythas vt frumentũ diu sub terra maneat,propter copiam niuis:& vbi emerserit,celeriter crescat.

* ὕγρας.

22 Cur cepe vnum tã acriter mordere oculos potest? vnde nomen quoque à Græcis crommyon impositum putent,*perindequasi pupillã comprimi cogeret.Origanus vero nihil huiusce modi facit,nec alius quippiã ex cæteris quanquam acre:neque enim nasturtium, quod mordax est,oblatum oculis effucit eque vt lacrymę profluũtiat cepe & cùm oculis admouetur,& cùm comeditur,lacrymas mouet. An ꝓ acriũ discrimine cuariat numeroso,quo sua cuique cõsistit,ratáq; habetur? Nasturtium ergo,quia lidius est,reliccare quod colliquauerit,amplius potest:nã extrudere lacrymam cum edituri potest:admotum tamẽ ad oculos, nihil propemodum mouet,quia nullum mittit vaporem:est enim aridum & siccius,& calidius.Origanus,cęteráq; id genus calida sunt leniter,& siccà:quod lacrymas non tẽ moucat,mordax id esse debet,& humidum & lentum. Quas ob res oleũ quoque lacrimam excutit,quãuis leniter mordeat: subiens enim, irrepẽsq; suam ob lentitiam,atq; tenuitatem dolorem mouet, ac proinde humore tabificat. Ac cepe vim eiusmodi sanè habet, vt quod & humore & vapore sit calido,tenui,& lentoque oculis admotũ,eo quòd vapor eiusmodi est,his adsurgi tenuis cõmeat,lacrymas mouet:cùmque ediuit,itidem trãsmissa respiratione facere potest. Allium calidum quidem est, & acre,& humoris aliquid cõtinens:sed lentum non est itaque lacrymam mouere non potest.

*ὑπὸ τῶν πόρων συμμένει.

Quã ob causam myrta collisa in manu dulcia sentimus,quàm integra? An quemadmodum racemorũ acini vindemiati dulciores sunt, quàm nũ vindemiati? etenim musto,quod naturale suane est,excerpti acini quasi cõdiuntur:quippe q vel extrinsecus mustum resident:aut qui in racemo cohęrent,vtique inconditiores constat. Ergo myrta quoque natura dulcia,intrõsq; suam dulcedinem acinorum in modum vuæ cõtinentia,vbi manu cõpressa conflictatáq; sunt,diffusa intestina dulcedine,parte,quoq; exteriore inspersa,dulciora non immerito sentiũtur. 23

Cur myrta enucleatiora sunt,quæ minora,& palmulæ nucleo penè vacãt,quæ minutæ adeuenerunt,& vuarũ acini,qui passim cõsiterunt, exigui vinacea vel nulla continent,vel pauciora,minoráq;? An quia minus perfecta sunt,quæ minora? circo semen continent indiscretum, cui perinde,vt finis nucleus deputatus est.quãobrem & minora sunt, vtpote surculi quidem agnati exteriores,partúsq; imperfecti,& minus dulcia,quàm quæ iustum continent nucleum: sunt enim minus concocta. Concoctio autem non nisi perfectio est. 24

25 Quam ob causam *fructuũ alij partem radici proximã habent amariorem, vt cucumeres, alij postremam superiorem, vt glandes? An ♀ alia pars ista radici proxima crudo vescitur alimento, quoniã escæ confluuiũ per radicẽ frequentant? alius quia sicci è natura sunt, postrema pars succo dulci, cõcoctóq; inde absumpto iam plenius siccatur, amarescitq; modo salis? Redditur enim vnumquodq; amarum, cùm amplius exsiccatum: vt olus, vt glãdes inueteratę efficiũtur amarę.

26 Cur aliqua germinare nõ terra contenta, sed abscisa, aut euulsa, vel recõdita possint, vt cæles liliorum, vt allia, vt cepæ? An ♀ omnes alimẽtum intra se continent, nec certo, definitóq; loco omnes oriuntur? Crescere autem vnumquodque potest, non eo quod in se continet alimentum, sed quòd decoctum iam, & digestum illud pabulum est. Continent igitur vel ante hæc alimentum, sed augeri tum duntaxat incipiunt, cùm tempus ad id adest, cuius opera res alia effici potest: velut etiam ova crocodylorum tempus tute operiri sibi commodum nouimus: incrementum tamen continuari non licet, quoniam aliud non suppetat alimentum.

27 Cur allia, & cepę, quo ficciora ferãtur, eo meliora possint euadere: cætera autẽ deteriora? quòd omnia istiusmodi maxime plena humoris conficiuntur? itaq; terræ cũmissa ficciora temperamento commodo germinare incipient. Adde quòd minus putrent, cũ ficciora ferãtur.

28 Cur allia, & cepæ solæ ex plantis recõditis germinare possint? An ♀ humore, alimentóque sunt refertæ? Copia igitur alimẽti est, quæ germen efficere queat. idq; cõstat argumento squillarũ, tũ etiã bulborũ, qui idẽ facere possint.

Crescere

Crescere autẽ quodq; solet, cùm tẽpus venerit.

29 Quam ob causam quę aqua frigida irrigamus, dulciora, quàm quæ tepida, euadant? An quòd sic intereluium calidum salsius est, vt calidius, quod salsius? dulce autem ita cõtrarium, vt frigidum est, & alimento oleribus humor est, vnde Leporum genera oriuntur.

30 Cur allia cum excaluerint plenius quàm recẽs edita olẽt? An ♀ recens humoris multũ adhuc extranei continẽt, quo fit vt vim suã integrã habere nequeãt? cũ autẽ decocta iã sint, seorsum humore illo inutili, tum suũ odorem syncere adipiscuntur. qui scilicet acer est. Quinetiã veteri nuper editi fructꝰ dilutiores fiũt, & cepas recentiores ob eã causam minus acres sentimꝰ.

31 Cur fructus myrtorũ nõ cõditarum magis q̃ folia desuant, conditarũ autẽ reseruatarúmque algæ, vt fit, folia desuant, fructus adhæreant? An ita euenit non conditis: quoniã natura sancitũ est, vt fructus peracta decoctione flaccescant, ac decidant? quæ qdem decoctio repositis agi non pòt, sed eatenus tantũ efficitur, vt algæ vapor pluheat ne humor fructus immutetur. folia cõtra cùm siccẽt, decidũt. Algæ autẽ, vt salsa exsiccãdi vim habẽt, igitur nõ idẽ foliis accidit arbori adhærentibus, & cõditis, modo quo dictum est.

32 Quã ob causam cucumeres, cognomento pepones optimi paluſtribus planis, id est humidis fieri soleant, vt apud Orchomenũ, & in Aegypto aquarũ eteuim vbiq; terram esse Aegyptũ putamus. Cur ergo cucumeres, q̃ humidi sunt, & ob id hortẽses, ac rigui minime laudati, locis paluſtribus, quæ madida sunt, egregie fiant? vtrũ quòd ob terræ duritiam altius coguntur descendere: solum nanque limosum, ac planum

maxime indurescit. qui autem altius inituntur, meliores euadunt. An ♀ terram siccã esse oportet, quoniam cucumeres natura humidi sunt? ita enim sequetur, vt per retractum in medium veniant. Palustris vero si plana altáque sit, alimentum nec exiguum præbet propter soli altitudinem, locúmque ipsum: neque nimium quoniam solum reficeari necesse est.

33 Quã ob causam ruta, & nõnulla pigmenta odora sudorũ faciãt fœditatem? An quorum in odore grauitas est atq; acritudo, ea cum excrementitus mista humoribꝰ deprauare odores possint?

34 Qua de causa rutam fascinationis remedium esse aiunt? An propterea, quia tum efficinari se credunt, cum aut voraciter edunt, aut incõmoditatum aliquarum tenentur suspitione, aut cibum habent suspectum quẽ capiunt? itaq; cùm de mensa eadem qui priuate sibi assumunt, participem intuentem quempiã faciunt, affantúrq; cum impertiãt, ne me fascines: ergo cibum cum perturbatione sumẽt, nec quid bibent, aut edent sine turbatione & flatu, qui vnà hauriatur, & ingeratur. Quãobrẽ flatu ipso vel cum extrudendus effertur, cibus quoque vnà elatus eiicitur: vel cum intercluſus per humorem tenetur, tormina mouentur, & cruciatus. Igitur ruta præcocta vi sua & potestate calefactoria, vas quod recipit cibos, elaxat, & reliquum corpus itidem attitit ex quo fit, vt flatus ilie intercluſus transmitti, atque secedere possit.

35 Quænam causa sit, vt origanus musto iniecta vinum dulce efficiat? duas enim in amphoram iniecisse heminas satis est. An ♀ tollit quantũ in musto est aquabunde m, & fæculẽtum, iua siccitate in seipsa recipiens, quibus scilicet saporem consici austerum censemus? argumento, quòd vina, si quid aquæ habeãt sibi illibatum, minus mollia redduntur: atque & si diutius stare in fæce sinantur, itidem fiet: & cùm vinũ dulce molimur, vuas multum téporis Soli exponimus, vt sol quantum sit dilutũ auferat, & reliquum decoquat. hoc autem idem facere vel origanus potest, quippe quæ sit & sicca, & calida.

Cur nigræ myrti fronte sunt frequentiore, quàm albæ? An ♀ nigræ generis sunt syluestrio 36
rem eius indicii, quòd locis rusticis istæ proueniant, minimeq; ex cultu mutãtur? humida autem omnia fronde crebriore conduntur. Quòd enim minus suos fructus decoquere possunt idcirco ad frondem alimentum se vertit.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO XXI.

Eorum, quæ ad farinam, & massam, cæteráque id genus pertinent: centum quæstiones, XXVI.

QVR ptisana & farina triticea oleo 1
insullato reddi possint candidiora, cum rursum oleum sit? An quòd spumare solet dum cum humore miscetur, quod non nisi albescere est? Insitus vero versatu agitatúq; fit, & cum corpulentus humor committi molius potest: quod sanè in iis accidit, quæ aqua decoquit, atque ita candidiora efficiuntur.

Cur cibꝰ triticeus maxime corporibꝰ nostris 2
ꝯpetẽtior, atq; viscẽtior est, quàm ordinaceus?

An quòd hic mediocrem habet lētitiam, quam cibus habeat, oporteat: quippe qui adhærere cōglutinarique corpori debeat, quæ res nō nisi lentore effici potest? Ordeū vero rigidius est, atque massa eius longe pertrita validius alit, quàm farum attractata.

1 Cur farinæ triticeæ primum, ordeaceæ vltimum *candidius est? An alterum vt durius cōfrangitur, idq; agitur, cum plurimum temporis moliuntur: alterum vt mollius atque tenuius quam primum exprimitur, candidius autem in vtrisque, quod interius est?

*Incidius.

Cur panes frigidi albiores cernūtur, quàm calidi? An eadem quodāmodo causa est, cur inueteratum quoq; oleum candidius fit quàm recens? causa nāq; nigroris humor est: hic autem in hisce vtrisq;, vt recentibus vberius continetur, sic tempore prouectis parcius in superficie residet propter euaporationē. Euaporatur profus oleū vel tempore, vel sole: panis autē calore inde egrediente per refrigerationem: humor itaque frigidis iam euanuit, calidis adhuc inest.

4

5 Cur panes nō saliti plus pōderent, quàm saliti, modo cætera omnia pari habeātur mensura? contrarium nanq; verisimilius dixeris, cùm sal adiscatur, & grauior sit, quàm aqua. An quia sal exsiccare pōt, ex quo incorrupta seruantur, quæ cōsecta sale reponimus? absumitur enim à sale resiccatúrq; humor, qui ex calore putrescit, & in pane igitur humor à sale cōsumitur, extra affluat, quocirca panes pridie facti leuiores, qui calidi sunt, vtpote frigidiores: cōtra iis qui sale vacant, humor largior infidēs efficit grauiorem.

6 Cur panes frigidi humefacti, si in vicem tegātur non cohæreāt, calidi cohæreāt? An quòd frigus lentorem suum cum vapore vna emiserūt, quo exacto cōglutinari non amplius queūt? humor enim quo maduere, rigidus est. Calidi cōtra lentore aliquid cōtinent: ex quo fit, vt cum madefactus vapor emigrat, calor ob suā tenuitatem respiretur, & euanescat. Glutinosum autē illud cum calore egrediens, seque cum humore permiscens, facit vt inter se panes cohæreant.

7

Cur farinæ triticeæ primū ordeaceæ vltimum edulium prodeat? An quòd ordeum, vt rigidius protinus obfrangi, diffundíque aptum est: quod maxime fit, cùm diu cōtunditur, triticum mollius est, atq; ob eam rem parte exteriore leuiter deducta, interior, quæ candidior est, expressa, primum commeditur: est autem in vtrisque candidius, quod interius est.

Cur massa ordeacea, quo plenius tractetur, 8 teratúrq;, eo minus aluū subducere, lęuigareq; potest: triticea cōtra, quo plenius, eo magis? An quòd triticea maiorem in modum contrita miscetur? lentum etenim quodque affici ita solet: tum ignis humorem panis vndique eximit, itaque rigidiusculū humore sublato relinquit, deinde quàto plenius contrectatur, & teritur, tanto rigidior redditur: partes enim singulas dimittit adeo agitatas, extenuarique necesse est, frigidius autē omne cōcoqui facilius potest? Ordeacea contra, quo amplius pressatur, & teritur, eo lentior, & tenacior humore imbibito euadit. Tenax autem omne, ac lentum diuidi sanè haud facile potest: qua quidē diuidendi facilitate fit, vt ægre concoquatur, quod enim cōcoctionem recepturum est, digeri in minima debet.

Cur massa ordei cōtrita minor, tritici amplior 9 redda pōt? An quòd ordei farina massata, con-

tritáque compescitur atq; considet, scilicet glutinamento humoris, quia rara, & crassiuscula est triticea, quoniam spissa admodum est, collenatur atque extollitur, spissa etenim omnia subacta, pertritáq; incalescunt, & incalescendo inflantur ac extolluntur: quomodo etiam caro perfricata extollitur.

10 Sed cur massa triticea in igne amplior, quàm ordeacea reddatur? An ꝙ humorẽ triticea continet in discretũ, qui cùm calefactus egredi nequeat, scilicet *ex pertritionis cõpressu, mox spirit' de eo cũ calefacto humore nascitur? largior autẽ humor largiorẽ pariat spiritũ necesse est.

11 Quã ob causam cum mel tenacius, quã aqua sit, farina multo subacta rigidior reddatur, vbi decocta est, quàm aqua subacta? At quòd aqua feruore ignis cogitur, atq; consilit: mel contra hit quidẽ, sed nõ sine alsicatione: itaq; rem facit rigidiorẽ, causa nanq; rigoris in siccitate est.

12 Cur biscoctus panis refrigeratus min' durisq; præ se ferat? An ꝙ tritici dulcẽ quendã ac lentum succum in se cõtinet, qui veluti anima eius est, iudiciũ, quòd cùm siccet, omnino exhauriatur? cũ autẽ vaporis aliquid sentit, mox erũpit & coalescit. Ergo cũ humor hic in farina quoq; tritici insit, maximeq; in ea quę purissima est, fit, vt in massa ex ipsa farina cõfecta idẽ seruetur, argumentũ, quòd decocta in pultem redditur lentior. Vbi igitur panis primo igni cõmissus est, portio rigida & leuis cũ humore euaporatur, & quantum in farina furfureum maxime est totũ deuritur: mox planè educto cũ denso massa retritaq; prefsatúrq; pars farinæ tenuissima, & humoris lętissima, quæ sibi superstant, mollescitur amplius sibi, tum quia tales amplius coquunt, tũmq; propter ignitionẽ: sit enim mistura eorũ tincturæ cõsimilis, ita vt massa post tritã similis farinæ illi elixæ efficiatur; quippe quæ pertrita ià prima, relictáq; parte farinę tenuissima, & humoris lentissimæ, glutinosa, & reficcabi li reddatur, vbi igne præsensit, nam & dissungi facile quod lętum est nequit, & humorem nullum per seipsum emittit, quod spissum est. Hac igitur eadem re panis quoque biscoctus ob eam fas prædictas efficitur, itaque minus durescit, cùm semper inter se humiditatem contineat.

Cur nonnullis de genere cibi, tũ humidi, tum 13
siccis, multũ temporis sine fastidio vti possimus, vt cibo, quẽ triticea ex farina, ordeaceáve conficimus, & vinis austeris, & aqua: alijs vero quãuis suauioribus, nõ tamẽ sine fastidio toties vti possimus? An ꝙ eorum, quæ in cibo assumimus, alia validius alũt, sintq; *ad insudandum aptiora: itaq; vel vbi cibo priore cõsumpto vacui sumus, ineſt præterea facultas multa in corpore, quæ ad priorẽ corporis confectionem decocta est, sic ad finẽ, & ad succedẽtem coquendi vicẽ cruda animaduertitur. Cuius sanè generis pars potissima suauis est, quæ enim pinguia & dulcia optima sunt, ea nobis gustu suauissima sunt, eademq; omnia valida nutriũt, & decoqui possũt, desciscuntq; immũdare, quocunq; inter se ipsa desciscunt diffãt. Vnde efficitur, si quis sese implerit, vt facultas eorũ diutius immoretur, nec brevi sentias deficiat, nõ enim soluto pleno ventriculo fames eras oritur, sed digesta quoq; alimonia ęq ueras in partes idẽtidẽ vtu euenit. An non id solum, plum causæ est, verũ etiã quòd nonnulla perquã modice naturæ viui sunt, nobisq; familiarissime conueniũt? Hæc enim omnia quia se-

cundum naturā sunt, idcirco melius à corpore quā dulcia recipiuntur, vt quæ præter naturam rationē facile respuūtur. Alia vero aliis tēperationibus cōgruūt: vt mel apibus secundū naturam sic suppetit, vt eo vesci tantūmodo possint, quāquā viribus sunt imbecillis. Itaq; reliquorū quidē est quantū absumatur, sed id ex proportione ad vires hominis. Quæ igitur è suauibus ita sese habēt, ea quoniā naturæ minus propria cōueniūt, suauia quidē sentiūtur, sed paruo temporis morā faciunt, & fastidium parunt. Quæ autem secundum naturam pro cibo deputata homini sunt, ea semper appetimus, ita vt fit ratione naturæ, vt vsu quoque eorum alacriores duo minus quàm suauium fastidiri possimus.

24 Cur eadem & assuescentibus suauia, & admodum crebro vtētibus insuauia sentiantur, ea tamen assuescere, sit sæpe, & crebro quicquā facere? An quia cōsuetudo habitū rei cuiuspiam capientē in nobis efficit nō satietatem? frequens autē vsio desideriū explet: quod & ipsum quia causa quædā est. Habitus ergo cùm exercitatio augentur, atq; proficiunt, cōceptacula vero infarta nihilo ampliora redduntur. Quā ob rem cōsuetudo cùm exercitatio sit, auget habitū rei capientē. Quod autē vsu crebro in cibo assumitur, infarcit quidē, expletq; desiderium, quo expleto, non amplius esca recipimus: sed augere illud idē nō potest, ob eā scilicet rem, quā modo de infartione retulimus. Ad hæc, nō ideo suauis cōsuetudo est, quia semper delectat: nam recreatā solitę molestę sunt, si vsu quis agit crebriori: sed eo certe suauius agitur, quoniam operis principiū libēter adimus, & diutius rem facere vandē, assueti. quā nō assueti valemus. Quā igitur re molestū hoc est, quantū suaue sit, hac eadē cætera quoq; suauia efficere possunt: vtraq; enim cū crebro vel fiunt, vel pro cibo sumuntur, gēdio nos certe afficiūt, cuius sanè causa est, quā nos vires siue virtutes vel recipiētes, vel agentes, nō infinitas, sed finitas habemus: quæ vis quidē sibi quod modice cōpetat, obtinuerit, (id enim est, *quod continue amplificari alterat) alterę satis explētę, alterę agere nequeūt. 25 Cur panes, vt parū triti, sic nimiū triti rūpi sint? An quòd parū triti, quoniā partibus minus connexis inter sese cōtinentur? idcirco rumpi facile queūt: tritatio enim partes copulat & contegit: ergo suo ipsi discrimine ad disruptionē portiones reddūtur. Adde, quòd multū humoris impromiscuū cōtinent, qui minus triturā, præsertimq; recepereīat quos nimiū tritos igni maluerimus, si fieri admodū sunt. quoniā humoris parum immodica agitatio tritādi reliquerit, idque decoctis totum exactum est. Igitur rūpi virosque necessum est, quoniam humoris multum educitur, multum enim, vt absolute in his continetur, quos parum tritaueris: sic reliqui elaboratione in iis est, quos immodice agitaris.

26 Cur massa triticea candidior pertrita efficiatur pordeacea nigrior? Vtrum & per summa pordeacea nimium asiccatur: calor autem humori permistus cādorem gignit. An quia cùm calefacta est, humorem ad seipsam trahit, vt quæ partibus maiusculis constet?

27 Quā ob causam farina aqua subacta melius coeat, quàm oleo subacta, quod tenacius est, quanquā glutinatius, quod lentius est oleū autē lentius, quā aqua? An quod aqua tenuior est, vt sequaq; subire, mollireque valeat. Cohæ-

* συμπλῆσαι ἀεὶ θάτερον εἰς ἐπίδοσιν

ret item, & comprimitur inter se melius farina aqua suabacta, quanquam etiam sine contritu comprimi queat.

28 Cur massa tota leuior sit, quã seorsũ humor & farina? Vtrum quia cum miscetur, spiritus retercluditur? An quia pars aquæ à calore farinæ indito euaporatur? itaq; min⁹ id redditur, quod ex vtroque mistum constiterit, aër autem aquæ tametsi miscetur, nihilo tamen leuiorem farinam ipse quoque aër cum aëre pondus augere.

29 Quã ob causam lac, vinúmque dulce quoque cum farina ordei bibitu, dulcius sentitur? Vtrũ quòd nõ ad dulce dulciora istæc esse videantur? farina enim dulcis non est. An propterea * quòd farina, quæ dulcedinem in se habet, aliquantum immoratur? itaque dintius sentio habetur.

* *Aliter: quia humor dulcis mistus eũ farina diutius immoratur.*

30 Cur cadẽ potio minus mera appareat, si farina ordei inspersa bibatur? Vtrũ quòd dum sibi miscetur, & tẽperatur? An quoniã farina humori abducta in sese retrahẽs abolet qualitatem?

31 Cur alica plus aquę recipiat, quã triticũ? de cõfecta est? An propterea, quòd alica farina quodammodo est? farina aũt plus aquę imbibit: moles enim amplior est, quã tritici est, pretio nãq;, & constipatius triticũ est, at quod amplius est, plus id capere potest. An nõ solũ ea ipsa de causa ita fit, sed etiã calore, quẽ intra se cõtinet, & farina & alica, efficitur, vt bibacius habeant? quod enim calidum est, humorẽ id & ex cõtinuo ad se trahit, & expeditius in vaporem consumit?

32 Cur farina tritici massata, pertritáq; liger amplior reddatur, quã ordei, scilicet ex proportione? An q̃ altera multum humoris sibi admiscet, altera parũ? Sed qua de causa plus admittat gruẽs enim potius dixeris, vt ordeacea bibacior

sit, quippe cum ordeũ tostũ, triticũ non tostum sit. An propterea ita fit, qã triturã pleniorẽ tritici patitur? cuius causa est, q̃ partibus minutioribus cõstat. Fit igitur quasi vt quãtuplo par tibus cõtineri potest minoribus, tãtuplo humorem sibi largiorem admittat, quippe quæ ipsum humorẽ pro glutine sibi capiat, vt Empedocles quoq; suis in Perseis diuerticulo quodam ait:

Munus ibi larga cerens coniunxit vnda, »
Mulsũq; humoris proinde absumere queat. »

33 Cur etiam igni mandata massa tritici amplius augeatur, quã ordei? An quòd humorem in se continet indiscretũ, qui recalescẽs extrudi sequatur? hic ergo cum in spiritũ transeat, nec se le promere pariter, atq; ex massa ordei possit, videlicet propter tritici spissitudinẽ (spicius enim est, quod partibus constat minutioribus) idcirco extollit, molẽq; agit ampliorẽ. Ad hæc plus ista humoris cõtinet, quo recalescente spiritus prouenire solitus est. Ex quaque re autem plura plus proficiscatur necessum est.

34 Cur pistorũ, exterorũq; officio fungentium frumentario, qui ordeũ attrectãt, imbecilli efficiantur, & destillationib⁹ infestẽtur, qui autem tritici, corpore sint bene habito? An q̃ facilius triticũ cõcoquit, quã ordeũ pũt? atq; ea re debilitãtia inde manentia esse faciliora necesse est?

35 Cur panis tostus durior, tedefactus humidior roddi aliquãtisper posit? An quoniã cũ torrefit, humor extrudit? itaq; panis relinquitur durior, leniter autem cùm recalescit, humor consistens absque diffũditur, humidiórq; proinde existit.

36 Cur farina tritici refecta minus cõtipetur, quam ordei? An quòd intrecapedine vacat, quę ex partibus constant minutissimis? & plura quæ

graniora

graviora sunt, cōpressa suopte pōdere tantundem occupant, quantū panciora. Sed farina ... dei crassiuscula est, itaque siccata cōpesci, ... in minus contrahi potest, vt quid minus ... cōpressu, plus illud constipet in seipsum ... sitq;, triticea porro particulis minutissimis ... constat, itaq; non ideo resiccatur, vt partes ... dantur minores, sed vt leniores efficiantur, ... nūsq; constipētur suo cōpressu, & nutumanum ... enim gravior farina triticea, quā ordeacea ...

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO XXII.

Eorum, quæ ad fructus arborum pertinent, circa quæstiones XIIII.

1 QVAM ob causam poma non ... prius, vt postea esitata, in repletionis mole respondeant? An quoniam cæteris esculentis genus pomorum longe gravius est: quòd argumento ... ficuum constat, quę novissime esitatæ, vilissima tamen enumuntur? Poma igitur ingesta ... pondere in imum delapsa, spatij amplitudinem relinquunt superius, vt cibum sequentem ... mitti facile liceat. At si è contrario sumantur, vsu eueniet, vt quoniam deorsum ferri expedite non queant, innatent, & partem totam ... occupent inanem.

2 Quamobrē cum dulcia nobis similiora quàm acria sint, ocyus à dulcibus impleamur? cōgruit enim

mim, vt cōtra eueniat, quandoquidem à similibus minus satiari cōsentaneum est. An quoniam non æque prēmature cōceptaculū, ex quo haurimus & corpus quod vescitur, impletur? sed vtrique quidem repletus aliquādo est, vt eorum qui sitiunt: sitis autē nihilominus superest. Nō enim ea de causa sitis cessat quia vēter plenus humore est, sed quia mēbra corporis omnia humorem commodum sibi attraxerint: quòd vbi illa sitis suum desiderium expleuerunt, tunc sitire cessamus, ita etiam fames nec aliter tolli potest.

Cur ocyus à dulcibus, quā acribus satiemur? 3
An quia ocyus dulce, quā acre appetere desistimus? Sed an perinde, vt venter impletur, nos quoq; dulcibus satiari possimus confessum non est. Cum igitur desiderio celerius his ipsis expleri possit docēdū est. Alimēti desiderium, siue cupiditas, vt simpliciter loquar, indigentia est, eum cibum vel nullū, vel pauculum habemus. Quòd cum acria non valide nutricare queant, sed parū alimoniæ, multū habeant excremēti, mento amplius hæc appetimus, parūmq; eorū cupiditatem explemus, quoniam alimento item indigemus, quo ipsa carēt. At dulcia tota ipsa eibus idoneus sunt, atque ex paruis quibusdam eiusmodi escam corpus capit vberiorem, quod cùm se abūde refercit, nihil edere prēterea potest, plus enim tolerare non potest: atque ita efficitur, vt ocyus à dulcibus satiemur.

Cur fructus arborū, & carnes, & cætera id ge- 4
nus vtribus vehemēter inflatis cōtenta valeant incorrupta durare: nec minus quæ diligentissime picata, obturatāq; circum vndique fuerint? An quoniā corrūpi omnia solēt, cum mouentur quę aūt plena sūt, immota persistūt? haud enim

fieri

fieri potest, vt motus sine inani spatio agatur. atqui isthæc quæ ita ineluſa ſunt, plena vndique * cõſtat ergo incorrupta ſeruari ratione.

*Xũ habet in Græc.

5 Cur vinũ poſt pomum putre epotum, amarum ſentiatur? An amarorem putredo habet? itaq; quòd de pomo per ſumma inſidet, linguæ humori, qui habitur, permiſtum, diſſiluſq; amaram efficit potionem. Ipſum autem pomum per ſe eſitatum minus deprehendi propterea poteſt, quia ſaporis id genus multa attingunt, inque exigua diſcernatur.

6 Cum edenda bellaria ſint, * vſúſque ſecundarum menſarum adiici debeat? An vt ſatis habeamus? non enim ſitis gratia ſolum, quæ primam nos teneat, bibendum; ſed etiam poſt hauſiſſe aliquid iuuat.

*Non habet in Græc.

7 Cur nuces toſtæ refrigeratæ deteriores redduntur, & panis quoq; & glãdes, & multa id genus alia, rurſúſque calefacta eadẽ meliora euadãt? An propterea, quòd refrigeratis ſuccus eſt crefcit, & cõſtat tepefactis rurſus dilabitur, ſuauitas autẽ non niſi per ſuccum percipi poteſt?

8 Cur poſt fructuum eſitationẽ, vt ficuum, & cæterorũmque generis eiuſdẽ, vel vinum merum vel aquẽ ſuperbibere debeamus, quæ quidem aduerſa inter ſe ſunt? An quia genus pomorũ & calidum, & humidum cauſa ſuæ generationis eſt? habet enim tum ignis copiã, tum humoris: itaq; ſuccus pomi veluti feruore intus, per ignem excitat, quomodo muſtũ foris effernet, vi tandem hebetiore: humor autẽ nimius cruditatẽ committit. Aqua igitur ſuo frigore feruorem illum frãgit, atq; extinguit: & vinũ ſuo calore idẽ plerunq; efficere poteſt, quippe quòd perinde atq; ignis igni multus pauco vires ſubtrahat, ampliis

plius tamen humoris copiã ſuo calore emollit, & concoquit ſuóque pondere innatãtem illum feruorem vincit, ac reprimit.

Quam ob cauſam caricæ biſidæ dulciſſimæ ſunt, nec multifidæ, aut omnino inſiſſæ dulcedinẽ præſtent? An q ex multifidis reſpiratiõ, euaporatiõſq; cũ humore pars dulcedinis plurima? in iis autẽ, quæ inſiſſæ cohærent, humoris diluti copia eſt, quòd nihil ferè inde exactũ fuerit. At quæ biſſæ quidẽ, ſed tamẽ fiſſura multiplici ſunt, immenſes vtroque iſto incommodo caruerunt.

Cur ſi ficus in furno ſiccantur, duriores eſſi- 10
cimtur, quàm ſi exemptæ foris refrigerẽtur? An quoniã in furno humor totus ex nimio calore euaporatur, foris aer circunfundens humorem tenet: ibi, emanaréque prohibet? ita enim vt leuiter euaporetur potius accidit. Sunt autẽ quæ ficcentẽ dura, quæ hument mollia.

Cur ab acerbis vinum, aut aqua epota dul- 11
cius ſentiatur: exempli gratia, ſi quis glandes aut myrta, aut tale quid ori mãdauerit? An merito ita ſit, quemadmodum vel in cæteris agitur omnia nanque plenius eadem apud ſua cõtraria innoteſcunt, contrariorum autem ſapores oppoſiti fermẽ inter ſe ſunt. An vt res in iis eſt quæ colore inficimus, ita etiam lingua acerbis conficitur illis, meatúſque ſuos patefieri patitur, vt dulce ſubire amplius poſſit. Res enim quidque inficiendas humoribus quibuſdã acerbis ante immergimus, vt inde affectæ infici colore plenius atque ineluibilius poſſint.

Cur dulcia, minus dulcia ſentiantur calida, 12
quã refrigerata? Vtrũ propterea q ſimul ſenſus duo exiſtunt, id eſt calidi & dulcis? itaq; calidi alius reliquum depellit, atq; obfuſcat. An quòd

etiã fuccus dulcis calidus est? itaque ignis igni adiicetur ergo calor est, qui impediat. An quod ignis vires omnium minuit, quia vim obtinet cõmutandi? calida igitur propriora mutationi sunt, refrigerata resident, sibiq; itecũ conflant.

Cur palex fructus duros, atque inconcoctos emolliunt, in maturitatemque adducunt: mites autem, & concoctos non putrefaciunt? An quod palea calida, & attrahens est? suo igitur calore concoquit, & per vim illam attrahendi saniem omnem seuocat, atque imputredos seruat.

34 Qua de causa ficus, cum molles, dulcesque sint, dentes offendũt? An quia pinguius sua lenitate adhærent seque præmolles inter dentes infinuant, & putredinem per suum calorẽ cito conficiunt? Forsitan & ob granorum suorum duritiem dentes celeriter affatigant, cum manducantur, conficiuntque.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO XXIII.

Eorum, quæ ad mare, salsãmque aquam pertinent: cum quæstiones XLI.

1 3 VT fluctus præalti pelagi superueniẽtes frangi nõ soleant, sed parui tantum, & breues? An quia parũ humoris, cũ feratur, diuerberat à spiritu facilius potest, quam multa?

Cur nauigia onusta in portu, quam in alto esse videntur? celerius etiã de alto in terram veniunt, quam de terra in altum proue

hentur? An quòd plus aquæ, quã minus rem vehit validius potest? pauca enim oppressa onere cedunt, vt demergi necesse sit multa ecõtrario repellãtia, & sustineat. Vis enim ea est aquæ, vt fortiori versus compellat inferiora: ergo vt in portu nauis parũ, sic multũ in alto est. Itaq; plus onerata conuehi in portu videbitur, etiã mouebitur magnus, qa magis immergitur, & aqua minus resistit põt. At vero in alto res contra vsu euenit.

Cur fluctus interdũ primi eueniant, quam vẽ- 5
tus? An quoniã primo spiritus ortu maris pars prima impulsa parte sibi continuã ipsa cõpellit, itidemq; deinceps vicissim pari, seriesq; agitatur perpetua? Quamobrem cum mare ipsum continuũ sit, efficitur, vt quasi vnus ictus cõtinuus ex his omnibus exultet: idque fieri vno in tẽpore possit: itaque euenit, vt prima, & vltima pars simul moueatur: quod aĩ nunquam accidit: quia cor pore vno continuo hic esse non potest, eo quod multiplici vndique repulsu retorquetur atque conquassatur, vt primus, validissimusque motus impetus refringatur, impediatẽrque, quod mari accidere propterea nequit, quia grauius sit, motũque difficilius est.

Quam ob causam cum aliquid in mare vnda 4
bundum, & æstuans iactũ est, vt anchora, vnda reddet, & quiescit? An quòd mare põderi cedit, quod defertur, quo cũ aër delabatur: qui cũ per decliuũ in imum defertur, atq; attrahitur secũ eadem id trahit, quod mare de latere cõcitat: illius autem maris nõ desuper tẽdit ad ima, sed per summa versatur, quo sedato tranquillitas fiat. Ad hæc, cum mare in ea spatia cedat, quæ põderi descendẽti cesserint, vertigine moueri, quæ nõ nisi orculo agitatur. At cùm linea rectã

circulum per punctum attingat. fluctúsque ad lineam rectã oblique ferantur, fieri potest, vt fluctus ipsi per punctum oras vertiginis attingant: nec prædicta ob causam tantũ, sed etiam quòd ipsa vertigo accedens, suo impetu circumvndique illos depellit. quòd cùm itaque fluctibus pars ea vertiginosa careat, merito vndæ iacta anchora resident, tranquillantúrque. Adde quòd aer, qui cum pondere illo delapso descendit, mox sese referens, vndámque sursum compellens, bullas excitat: quippe cùm bulla humore consistat, qui de imis ad superna pulsus ab aere efferatur. omnis autem bulla lenis, serenitatis est. Indicium vero, quòd vnda, qua pondus in imum corruit, submissa in cauum paulò post resurgit, & mari circundanti æquiparat.

5 Cur interdum nauigia, dum cursum agunt in mari quieto, repẽte absorbeantur, totáque ita pereunt, vt ne naufragii quidẽ fluctus vsquã appareat? An cũ locus cauernosus terræ subditæ mari disrumpitur, simul in mare nauigia introrumpuntur, introrsúmque spiritus impetu trahũtur: cúmque impulsu pari circũ vndiq; agitẽtur, deorsum feratur necesse est. Hoc ide apud Mæsiam quoque in freto fluctu reciproco euenit. Fiunt enim eo ipso vertigines, quæ in imũ obsorbent: tum ob eam, quã diximus causam, tum etiam quòd mare illud prælatũ est, terrãq; ad longinquum vsq; subhiat cauernosa. Vertigines igitur constant per vim ductantis taque efficitur, vt imbibi fragmenta nulla valeant fluitare. Fluxus autẽ ille fieri solet, cùm flatu desistente priore, mari ipso fluctu, flatu aduersus primo occurrit, maximeq; cùm auster. Cùm enim vndæ inuicẽ currentes impetu prætereunt mutuo, quod scilicet modo in fluminibus fieri nominauerãt; ita mare in gyrũ vertitur, quæ vertigo, aut vertex vocata est. Fertur autẽ vnda in anfractũ initio motus validò desinper irruẽte. Igitur cũ vndas vrgere in latus non liceat, (impulsu nanq; repellũtur mutuo) compelli prorsus in imum necessarium est. quamobrẽ id quoque deferri eodẽ vna cogitur, quod vertigo prehẽderit. Eademq; causa est, cur etiã * nauigia resimentur, repandaq; deferatur, cũ demoratur à vertigine. tam enim aliqua rebus ex toto descendisse memoriæ proditum est.

* ἀνάπτυξις τοῦ πλοίου

6 Cur mare Ponti candidius, quam Aegæi est? Vtrum propter visus refractionẽ factã de mari in aerem? Est enim aër Ponti crassus, & albidus: itaque fit, vt etiã maris per summa talis esse videatur. Aegæi verò quoniam à longinquis vsq; porus, & liquidus est, cerulei cernuntur: quocirca mare quoq; aeri retinens, colorem eundem repræsentat. An quòd lacus omnes, quam mare candidiores sunt? pontus autẽ in lacus speciem propemodum transiit, eo quòd multi in eum fluuij effluunt. Nec vero mari solum candidior lacus est, verum etiam fluuius. Vnde pictores fluuiorum pallida, mare cæruleum, lacum candidum pingere non inepte consueuerunt. An quia per aquam bibi idoneam visus penetrare facile potest, aerem versus reflectitur? è mari autem nec sursum reflecti potest, quoniam leuis aqua non est, & deorsum progredi eus fatigatur? taq; fit, vt mare nigrũ esse videatur. Atqui mari, quod lacum simulat, pars dulcis per summa innatat. falsa verò in imo est. quamobrem quòd id penetrare aspectus nequit, sed ad lucem reflectitur, albedinem per summa ostendit.

7 Cur mare minus, quam aqua bibi idonea, frigi-

dum est, omnésq; salsi humores, non vt dulces frigidi sunt? Vtrũ quòd mare spissius & corpulentius est? tale autem quodq; minus refrigerari potest: sicut etiam amplius incalescere quod est, quippe quòd calorem seruare suum ob densitatem melius possit. An quia mare pinguius est, quo circa flammam æque extinguere, atque cætera aquæ, non potest? calidius autem quod pinguius est. An quoniam multum terræ in se continet, propterea siccius est? quod autem siccius, idem calidius est.

8 Qua de causa qui mari se lauerint, ocyus arescécitur cũ mare grauius sit, quam aqua dulcis? An quia crassius, & terrosius est? ergo cũ parũ humoris habeat, merito siccari potest celerius.

9 Cur perflãte aquilone, mare perspectius sit, & transluciditis fit, quã austro? An quia mare cãm serenum est, colorem trahere sibi assolet? inest enim aliquid pinguis in succo Lilso. indicium, q̃ de tepidiore oleosum quiddã secerni videmus. Ergo tranquillo, tepidiorisque maris succus ille sux lenitate per summa panditur, quod aquilone fieri minus potest causa frigoris. Est autem aqua translucidior quàm oleum. id enim colore obducitur: aqua vero expers coloris visa obstat apertiorem sui præstat inspectionem.

10 Cur fluctus ventum præ se omnes ferant? An quia flatus futuri indices sunt? flatus enim impulsus aëris est. An qa vice propellẽdi succedẽtia cõsistũt? propellit autem flatus nondũ exortos. Primus igitur quasi emarcuit, mox autem hunc alter propellit, facilisq; alterã densitate eius gnaresc. quare cũ hoc propulsum iam adest, propellens quoque aliud venti ortum esse palam facit. enim idipsum, cum incipit.

Cur

Cur flatus ante quã flatus, erũpit? An quia 11
non simul flatus defluit, & mare undabundum sedatur, sed mare postea cessat? ideo fieri pũt, vt qui mouerit spiritus ante occidat, quàm sensu obueniat sit. itaq; non fluctus spiritu prior est, sed sic latet hic patet. An flatus nõ vndique simul spiret, sed primum vnde exortus sit? simul autẽ spirat, & mare sibi proximũ agitat, quod exitũ subinde proximum motitetatq; ita fieri potest, vt fluctus flatũ possit anteire. motus enim ille velocior a mari non a flatu principium ducit.

Cur in mari melius, quã fluuiis, natare possi- 12
mus? An quòd qui natat, sedulo aquæ admiscẽdo natat: additi autẽ firmius ad id possumus, quod corpulentius sint aquæ marinæ fluuiali corpuit enim est crassior enim, & ad remitendũ validior.

Cur mare deuri potest, aqua nõ potest? An & 13
aqua deuratur sed mare minus igne extinguit, quoniam pinguius est. cuius rei indicium oleũ lucit, quod ex sale deprimi potest? An etiã mea tus maris minus cõgruit igni, vt qui crassiores sint, & eo magis, & talis ratio non deest? Vt igitur quod siccũ est, minus extinguere, quã quod humidũ potest, ita etiã quod amplius siccũ est, idẽ ex ratione vrẽtius esse debet & alterũ magis altero: quo enim siccius, eo calidius est. marí autem illare ambo inesse plenius palam est.

Quam ob causam demersi in mare plus tem 14
poris valeant tolerare, quam in fluuios? An quia fluuialis humor tenuior, tubiens ignem copiosius strangulat? v. margi.

Cur mare perspectius & dilucidius est, quam 15
aqua potui idonea, cùm crassius sit, dulcis enim salsa tenuior est. An tenuitas eius non est, cur mare dilucidius fit? sed directi meatus id faciũt,

quos tum plurimos, tum amplissimos continet. ergo illa potu idonea spissa ex tenuitate suarum partiū est, salsa amplioribus interstitiis manat. An quia mare prius & syncerius est? terra enim nulla in eo permanet: arena suo pōdere delapsa in imū subsidet. At humor dulcis multus est, terra est, q̄ interueniens facit, vt cito percolatur.

26 Quam ob causam mane aura frigida de terra non spirat, de fluminibus spirat? An quoniam mare locis patulis, spatiosisq; dilatatur, flumina angustissimis cōcluduntur? Aura igitur maris per multa, vastāq; spatia * dispalata redditur imbecillis, fluminū autem * vniuersa expromiturque; amplius valet, & frigidiuscula merito occurrere potest. An causa non in eo est, sed vt flumina sua natura frigida sunt, sic mare nec frigidū neq; calidū est? aura autem, omnisq; respiratio humor vel calescente, vel frigescente excutit. Vtrum enim ex his fuerit humor aereus, eo quo arescēte, aer qui inde ortus spirat, aura est. qui si a frigidis proficiscatur, frigidus merito spirat: si a valde calidis, cito refrigeratur. Flumina igitur frigidos cōperire omnes possumus: mare autem neq; frigidum, neque calidum valde est. Itaq; nec frigidum esse id potest, quod ex eo respirat, cum scilicet mare frigidū ipsum non sit, nec cito refrigeratur, quia calidū valde nō est.

27 Cur fluctus altioris pelagi tardius desistant, quā bremoris? An quia res omnis serius ex motione multa, quam pauca requiescit? æstus autem magni plagi amplior quam parui est. ergo nihil temere agitur, si tardius quietatur.

28 Cur aqua salsa frigida bibi nō potest, calida refrigeratave, postquā calefacta est, melius potest? An propterea, quòd de cōtrario in contrarium res quæq; mutari solita est? aqua autem salsa dulci opposita est. & cùm calescit, portio salsi recoquitur, cùm refrigeratur, in imum defertur, & subsidet.

29 Cur aquę positę propter mare, dulces magna ex parte, non salsæ comperātur? An quia percolatæ potu aptiores redduntur? percolari autē id melius potest, quod mari propius situm est.

30 Cur aqua salsa profluere nequeat? An quia stabile quod graue est? salsa autem aqua grauis est. quapropter calidæ tantūmodo ex salsis profluere possunt: habent enim sibi leuitatem, quę pondus salsuginis superat: calidū nanq; leuius est. Adde quòd aquę profluentes per terrā nimi rū percolari queūt: itaq; quantō crassus & grauis est ad assidue magis magisq; defertur, & subsidet, quantum leuius, atq; syncerius, id seuocatur, & profluit. vt enim salsum graue, ita dulce leue est: itaq; ita efficitur, vt sint dulces, quę profluūt. Hæc eadem causa est, & cur aqua salsa, cùm mouetur mutatúrq;, dulcior fiat: leuior enim per motū atque syncerior redditur.

31 Cur si quis in Africa propter mare infoderit, aquam principio dulcem, post breui salsam eandem comperiet, cùm cæteris in locis minus idipsum eueniat? An prima loci illius aqua concocta sub terra est, quæ cùm diutius manserit, salsior à mari transmisso efficitur: vt quæ nuper constiterit: cæteris autem locis aqua vel nulla est, vel plurima nulla prohibente secessu est.

32 Cur sal eliquari ocyus aqua salsa, quàm dulci possit? An quod eliquari nō aliud est, nisi ab humore, caloreve subeunte resolui, & durum ita, vt liquidum fit? eliquare autem nequeūt quæ vel subire omnino non possunt, vel quę ita subeūt,

vt tangere nequeant. Vix illa vero eliquãt quę facile tranſmeant: contra celerrime dirimunt quæ per vim ſe introdunt. Subire autẽ nequeũt quæ amplius admodũ partibus cõſtant, quippe quæ meatus rei ſubeundæ excedant: cõtra quæ minutioribus conſtant, tranſeunt ſine trãſitu. Atqui vt dulcis aqua tenuior, ita ſalſa craſſior eſt: ergo altera ſua tenuitate facile penetrãs vas liquefacit, altera ſubit quidẽ, ſed minus propter ſuarum partium magnitudinem: itaq; cogente & proinde dirimere celerius poteſt.

21 Cur aqua minus candeat, ſi moueatur: quod vel maris æſtu inſpici poteſt. Vnde Homerus Flatu oriente, inquit:

Et flatu nigreſcit pontus eodem.

An deabus̃que cauſis? nã ſi ex propinquo cõſpiciatur, cauſa eſt, quòd viſio magis trãſmeat aquã manẽte, quàm moẽte: eripitur nanque tranſmittendi omnis directus, cùm mouetur. Candidũ autẽ aqua eſſe videtur, quod perſpectũ atq; perlucidũ eſt: per quod enim vitrum trãſire nequeat id atrũ eſſe affirmant. quamobrẽ aẽrem quoq; nigrũ è longinquo, candidũ ex propinquo videmus, & maris, vt quod prope adeſt, candidũ, ita quod procul cæruleũ, & nigrũ, ſeſt ſi è lõginquo ſpectatur, cauſa eſt motus: quidã quo aſpectus mouetur, cùm ſe ad elongatiora deducit. Quinetiam cùm aqua quieſcit, aſpectus vnaverſus in lucem reflectitur: quod fieri nequit, cùm illa mouetur.

24 Cur fluctus prealti pelagi nequeãt ſuperſtare, quemadmodũ parui? An quoniã aqua parui ſtrati ab aere magis poteſt, quã multa propterea percuſſa facilius frãgitur? Atqui in alto multa, in breui pauca eſt quæ in fluctus cõpellatur.

45 Cur loca auſtrum verſum ſpectantia aquæ continent ſaliores? An propterea quòd mare in terram ſub auſtro interrumpit, dulces cum ſalſis miſcentur?

Cur aqua ſalſa vino dulci magis, quàm auſtero ſuperemat? Vtrum quòd dulce plus terræ cõtinet, ſicuti vua paſſa? An quia grauius, & lentius dulce eſt, itaque minus miſceatur, immiſtúmque lateat, atque innatet? 26

Sed cur omnino poſſit innatare, cùm terrena ſint? nanq; delatio horum deorſum eſt. Vtrũ propter calorẽ modo ſalis excremento nanq; per * ἀναθυμίασιν eruptum, ſimilis eſt? An alia cauſa ſumma? ſi non propterea ita fiet, vel dulci innatare minus incredibile eruticalitiſſimũ enim eſt. 27

Cur fluctus ante interdum veniant, quàm vẽtus? An ea de cauſa, qua etiam poſtea deſiſtunt? Primus etenim flatus prius quaſi langueſcit, quàm fluctus: ille impulſus deuenit autem in terram non ea vnda, quæ prima impulſa eſt, ſed id vicẽ pari ſobrinde impellitur, quod proximum deinceps excepit. 28

Cur littora fluctuoſiora ſolida ſæpe efficiũtur, eo vt plane pauimenta videantur: & vt ſolida ſint quæ frequentia fluctuũ conculcauerunt, ita pars remotior ſoluta ſit admodum, & cedens? An propterea quòd fluctus arenã non minutiſſimam, ſed maiuſculam procul eiicit, vt & maius non quod minimum eſt id maxime longe iacere poſſit. Tum etiã, cùm permulta & varia promiſcue concutiantur, verſentúrq; pars minorum interlapſa ſpiritũ atq; cõſolidat: mox fluctus reſidẽtis motio nihil propterea prodit, ſed opprimat, pauimẽtáq; ergo q exigua procul exiure nũ queunt, meant vt ex paruulis moles coagmenteturq; quoniã motu frequenti agita

agitatum est, cõtinua redditur, arena scilicet interlapsante prętenui, dum compages cõtexitur ne perpetua consistat, cùm fluctu vltimo pulmentatur, & humor leniter, sensimque utrorsus cõglutinet. At pars sepositæ orę arida disgregatur, & finditur. Lapillis etiam constat manifestis, minúsque complanata est.

30 Cur superius mare salsius, & calidius sit, quàm infernis? & puteis quoque potu idoneis pars superna salsior sit, quàm ima? quanquam esse è contrario debuit: grauius enim, quod salsum est. An quia Sol, & aër partem humorum leuissimã adducre detrahunt? dulcissimum autem quod leuissimũ est, potissimúmque de propioribus locis hauriunt. Et maris igitur, & aquarum dulcium summa, vis Solis exercet, itaq; salsius id esse necesse est, quod his resiliũ extat, vnde humor dulcis exactus est, quàm vnde nihil, vel minus abiit. propterea calidior quoq; pars eadem superior est: salsum enim, quàm dulce calidius est. Quare propter quibusdã ex iis, * qui à disciplina Heraclei sunt, placet, vt dulci ex aqua siccata, cisterĩsque lapides, terráque creentur: mare autẽ ex vnde Sol exhalationes eliciat.

* τῶν ἀπὸ τῆς Ἡρακλείου.

31 Cur maris pars terræ proxima dulcior est? An quia frequentius mouetur? salsius autem humor cùm mouetur, dulcior redditur. An quoniam aqua in profundo salsior est? minus autem ab ea quę proxime terram est. Quamobrẽ quę ilatum a terra præcipiti altitudine descendit, salsa est, nec dulcedinis tantũdem reddere potest? cuius rei causa est, quòd salsa suo pondere in imum potius deferatur.

32 Cur mare solum omnium aquarum deum potest? non enim pluuia, non fluuialis, non aliqua potu

potu idonea. Vtrum quia multum cõtinet terræ quòd salsi argumento ipsius constat? An quoniam pinguiusculum est, quod oleum demonstrat, quod in sale resudetur?

Cur lacus arenam vel nullã faciat, vel minus, quàm mare, & fluuius? An quia saxa in mari cõfricãt, & terra densa maxime est? arena autẽ saxum in parua, minimáq; perfractũ est, quoddicta fluuium frangitur. At in lacu saxa non æque confligunt pura lyncerãq;, neque frangi itidem possunt, eo quòd fluctus non pari modo excitãtur. Sed in fluuius confici arenam potius dixerim quoniam terram hi detrahunt, saxáque suo fluctu perfrangunt. 33

Quam ob causam cùm lacus vel diminutus, vel exsiccatus est, frumentũ in cãpo acrius gelu deuritur? Vtrum quòd humor lacus aërem suo vapore tabefacit, vt minus atque imbecillius congeliscat, quàm locis palustribus, & causa? An de terra, vt vulgo dicitur, frigus incipiat, & subeat sensim? lacu igitur absumpto, frigus per terræ spatia ampliora plenas inuadẽs gelu instruat, deuritq; amplius. Locis autem cauis, atque palustribus frigora de imis aspirãt, quod etiam vulgo creditur. & quanquam terra caleat tẽpore hyberno, tamen quia humida est, calor per summa insidens, refrigeratur, & perit. Humor enim nec adeo procul est, vt refrigerari caloris interioris beneficio nequeat: nec adeo paucus, vt nihil madeat: madet enim terra vbertim. fit igitur eo ipso cõgelascente, vt quasi super glaciem & ambuletur, & habitetur. 34

Cur mare simul salsum, & amarũ est? An posset esse in mari sapores nihil prohibeat, quippe cùm genus salsum amaro coniungi, cisque simul 35

mul latissime pateat.

16 Cur lapides & testæ in mari rotúdæ reddantur? An quia extrema compari adempta circunfracta, in rotundam se colligunt speciem? hæc enim sola simili extremo claditur? mare autem quoquo versus agitando pariter circum vndique frangit, atque obtundit.

17 Quamobrem nonnunquam si quis circa mare infodiat, aqua dulcis principio emanet post vero salsa efficiatur? An propterea q mare ipsum dulcem illum humorē sub terra trāsmittit, percolátq; merito principio dulcis est, leuior enim dulcis, quàm salsus est, itaque prior occurrit? & mare dulcis aliquid humoris in se habet, quod terræ permissū facilius innatare potest. salsum vero, quoniam & grauius est, & aptius ad secundum, in imum defertur. Sine igitur ita esse, fluat per venas ex continente in mare dulcis profluat humor, nō immerito per maris summa extare possit, qua se cum eo cōmittat: ergo meatibus pollea patefactis humor salsus copiæ suæ ratione vincendo, salsugine tota afficit aquam. Accidit enim, vt superni obsepti meatibus, continuum salsi humoris iter aliud faciat, contráque patefactis totum istuc perferatur, quomodo in corporis venis fieri nouimus.

18 Cur patre, cùm grauius, quàm aqua potu idonea sit, clarius atq; perspectius est? Vtrum quia pinguius est? nam & oleum affusum efficere potest, vt melius per aquam incernere sit, meritò cùm ipsum mare in se pinguis aliquid habeat, perspectius & dilucidius fit. ipsum enim oleum aquâ lenius est, quātus non perspectius. An mare nō perspectius est, sed esse tale videtur: quippe cùm aqua dulcis, aut fontis, aut fluminis fons

hos suam aquam non sine terra emittit, vt puram esse nequeat, flumen tum terram, tum limum detrahat. Causa igitur hæc sit, cur dulcis minus pellucida appareat.

19 Qua de causa qui mari natant, ventre salubri- ter euacuantur? haud enim quia laborant: nam qui circuli eunt, vehementius elaborant, sed tamen nō ita euacuantur. At non omnis labor id faciat, sed solus, qui nullam dat causam tabe fiendi intestinorū. maris autem mora vel omnino relaxatio, & ventris inanitate adustiorem hominem reddi videmus: est etenim vapor maris calidus, & siccus.

20 Cur lacus Pęsa, qui potu idoneus est, lauat simul, & purgat vestimenta? humor enim dulcis lauare potest, amarus purgare atque abstergere: neque quidem haberi simul non possunt. An nullus humor vestimenta suo amarore possit purgare, sed lentore tātummodo? quamobrem tunicæ, & quæcunque mucosa, vim abstersoriam obtineant igitur & amara, quæ fermè lenta sunt, purgare queunt, cætera nequeunt. In hoc autem lacu accidit, vt nitrosę virtutis amarum totum deustum sit, pingue, & lentum remaneat. Hoc igitur abstergit, & purgat, lauat autem suo dulci humore.

21 Cur maris vndabundi quod desistit, albicat, quod prouolvitur, nigricat? An quia quod minus cernimus, nigrius id esse videtur? minus autē cernimus quod mouetur, quàm quod quiescit. An quoniam caudet, quod trāspicitur, nigrescit, quod aspectu peruium non est. minus autem id transpicitur, quod mouetur.

ARIST

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO XXIIII.

Eorum, quæ ad aquæ calidæ pertinent: eiusq; quæstiones XIX.

1 CVR aqua perfusi calida, minus celerem percepimus, cũ perundi calefumus? An propter corporis leuitatem facile aqua dilabitur, minusq; immoratur, q vt calor subire valeat?

2 Cur puteorum aquæ tepidæ à meridie æstate reddantur? An quia tunc frigiditate aëris non superata, calor plene innaluerit? Ante autem algor calore soluitur, & cessat. Non enim simul alter cessat, alter innascitur, sed spatio temporis.

3 Cur aqua interdum facta calidior, quàm flamma ligna deurere nequeat, flamma quæat? An quia flamma prætenuis est, spirituíq; ex eis procreatis partibus tenuissimis cõstat, aqua profecto crassiuscula est, itaq; subire non potest. At vero flamma, carbonúmque ignitamentum suam ob tenuitatem facile subeunt, atque resoluunt.

4 Cur aqua ferues liquefacere nequeat, ventre queat? Vtrũ ventris calor sua tenuitate subire põt, aqua sua crassitudine nequit? An quòd cætera quoque liquefieri humor prohibet? nulla enim res est, quæ inter humorẽ dilabi, & tabescere possit. At in ventre humore in vesicam seclauso, facultas resoluendi acquiritur.

5 Cur fundus vasorum nõ vrit, quę aquam feruentissimam continent, sed pleriq; fundo sustinẽtes deportant: aqua vero ipsa exempta vrere

potest? An eo quod calor in fundũ vasis cõtractus extingui ab aqua potest? Quo fit etiam, vt eliquari res, nequeat eliquabilis, si quid humoris admittatur.

6 Cur aqua nũ perinde hyberno tẽpore, vt æstino efferueat, non solũ pari concalefacta igni, sed etiam plemori, & tantundem calens, atque etiam vehemẽtius? An propterea q aquæ efferuentia bullarum elatio est? aqua igitur ipsa non minus hyeme, quàm æstate calefieri potest: sed facilius efferri frigus ambientis aëris prohibet, itaq; minores, pauciores q; consistunt: at æstate cõtra omnino est. Ille autẽ efferuẽdi æstus non nisi frequentia, magnitudine q; spumæ exultat.

7 Cur calida aqua rupere potest, ignis qui tam calidus est, non potest? An quia ignis spiritum agit, vt tumefacere valeat? circũ enim cutis obtenditur: ruga autem cutis contractiuncula est.

8 Cur fundi vasorũ, quibus calefacimus aquã, tandem calidiores sunt, dum aqua ipsa frigidiuscula est? An quoniã aqua adhuc frigida, calor concludatur circum, obsistátque intus, cùm ei exitus omni denegetur? At vero aqua cõcalefacta quòd nihil præterea color arcetur, sed libere respiret, diminuatúrq; fundos frigidior reddi tur, nõ secus ac balneæ: has enim hyeme, quàm æstate calidiores experimur, quoniã calor hyberno potius, quàm æstiuo tẽpore aëris circunfundentis frigore intercluditur.

9 Cur aqua ferues nunquam * expasiat, fresum summe, atq; lenticula solida expasiantur? quanquam hus leuior aqua est: leuius autem procul proiecis facilius potest. Quinetiam argentũ cùm decoquitur, idem hoc facitataque qui in officinis argẽtarijs defricandi fungentur officio, ar-

* ἐκπαφλᾶ ζει.

genti reliquias colligũt lucro. An quia expansionem calor agit euaporando, congenęque ea, quę suo naturali impetu obsistit? Aqua igitur quoniã leuis, & prętenuis est, nihil per vim recipit: itaque nimius calor colligi non potest, sed ante quam contrahatur, reprimitur omne, atq; excutitur, quod subinde accesit. At vero quæ corpulentiora sunt, vt polenta, vt argentum, hæc vt per sui corporis gramitatem arceat, repellúntque, ita vi per rerum erumpũt, vt calor qua vicerit, exiliat vehemẽs. Facit enim corpulentiæ spissitas, ne transeat, sed arceatur, dũ ictu caloris superfluẽtis extrusus sit, atque eiaculatus. Fit ergo ictus, non impulsus, vtpote cùm calor inferius sursum versus efferatur celeriter.

10 Qua de causa quæ parum temporis cadulo in humore maduere, tument: quæ multum hæc collabuntur, & rugant? An quoniã calor, vt ex concretis humorem elicit, ita ex humore spiritum creat, densáque omnia laxat? Principio igitur concreta tepefaciens, facit humidiora, cum spiritum ex humidis ducẽs diffundit, & temefecit. cúmque amplius calefacit, partem summam elaxat, vt vapor inde respiret: humórq; exficcatus facit, vt moles concidat: qua collapsa, cutis omnium summa rugatur. quo autem magis contractione inæquali flaccescunt, eo rugosa multiplici asperitate efficiuntur.

11 Cur aquis calidis potius, quàm frigidis lapides concrescant, atque coagmententur? Vtrũ quod lapis defectu humoris* consistit, calóreque pluribus, quàm frigore humor deficit, & lapefactus calore: vt etiam limpedo cles, Lapides, inquit, & saxa feruentium aquarum opera con-

*Ephesius.

cit? An non solum calor elapidat, sed frigus etiã humorem nimio gelu absumẽdo indurat, facitque lapidem? quòd si nimium frigus ita agit, simpliciter quoque ita agi posse certum est.

Cur si inter aquam pedem quis teneat calidam, pede quiescente aquam minus calidam sentiat, mouente calidiorem? An idem quod vel in toto corpore accidat? si quis enim curriculo ferrem, qui subinde obuiam fuerit, sentit frigidiorem, eóque magis, quo cursum agit proliorem. 12

Cur amplius in Sole res caliũt, quàm in vmbra refrigerantur? Vtrum quia minor calor à maiori absumitur? An quòd in vmbra frigus circumfundens calorem interiorem reprimit, nec effluere finit, quod idem moribũdis, aqua offusa frigida aduehit, quippe quæ calorem cõcludat, & arceat, ne foras se promat? denique per hyemem omnibus accidit, calidiorem suam esse partem interiorem. At in Sole vi nulla arcente calor effluit, atque ocyus euanescit. 13

Cur aqua minus salubris balneo sit, quam 14
sol tepefecerit? Vtrum qua corpori adhuc insidens refrigeratur, horroremque mouet? An est etiam illud? veruntamen & si quis ea sæpe vtatur, valetudini fiat obnoxius. Res enim calida, omnino vim coquendi, siccandique obtinet: frigida compescere, atque contrahere potest. itaque vtraque aliquid boni affert: quapropter aqua & frigida, & calida ex igne balneum præstat commodum. at quę sub Sole tepuerit, ob sui caloris imbecillitatem, præbere illorum neutrum habet, sed humiḃcat tantum, perinde ac Luna.

Cur aqua Sole calefacta parũ salubris sit? An 15

quia rigorem adiuuabit, vbi refrigeratum est.

16 Cur aquæ Magnesiæ, & Artanæ feruidæ satis sint potu idoneæ? An quoniam aquę copia dulcis ad profluętem calida sese applicat, eo tum modo, vt salsugo tollatur, & calor eduret?

17 Cur aquæ Magnesiæ feruidæ ferucre quidem aliquando desierũt, salsæ tamen nihilo esse desierunt? An quòd aquæ copia frigidæ aliũde fossa in fontes feruidos calorem omnem extinxit? itaq; terra tametsi salsa perstitere potuit, calida tamen esse propter aquæ aduenę copiam non potuit. Proximum igitur id accidit aquæ, quam per cinerem transmissam colamus. hæc enim transmissa per calidum cinerem, nec ipsa suum frigorem amittit, & cinerem frigidum reddit: salsa tamen, amaráq; per cinerem est. Sed cùm aqua, quæ frigida accesserat, alienigena esset, calor vernaculus terrę frigorem illum pauciorem cuiocere vice versa potuitque ita suum calorem aquæ receperunt.

18 Cur aquæ feruidæ salsæ magna ex parte fiant? An quòd plerœque omnes per terrã aluminosam percolantur: quod odore earum conflat? exustorum autem omnium cinis salsus est, sulfúrq; redolet. quapropter feruida omnia modo fulminis vrunt: & quidem plurã fulminis *vim tactu calida extiterunt.

*Vim imitatus.

19 Cur calidæ balneæ sacræ habeãtur? An propterea quòd sulfure atque fulmine, rebus ingenue sacris proueniant?

ARIST

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO XXV.

Eorum, quæ ad aërem pertinent: centum quæstiones XXII.

QVR membra corporis nostri in tribus obtẽta mutatis * doleãt? Verum propter pressurã aëris? vt enim extrinsecus vtrem prementi aër nõ cedit, sed repellit: ita etiã quæ intus tenentur, aër comprimit, atque afflictat. An quia per vim aër retinetur, stipatúrq;, foras versus suapte natura vadique impetens, nimirum ad id corpus enititur, quod medium continet?

* τόπον του μέχοντος.

Cur paludib* iuxta fluuios positis fieri soleãt* ea, qui bomugi appellantur, quos tauros numinis religiosos fabulæ narrant? est id sane fremitus mugitus tauri adeo similis, vt qui voces audiũt eorum secus afficiantur, quàm si taurum sensissent mugientẽ. An cùm aut fluuij in paludes se fundant, aut paludes restagnãt, & vel à mari offensæ reiorqueantur, vel flatũ vniuersum emittunt tum fremitus ille excitatur. Causa vero, q̃ terræ cauernę modũtur, in quas aqua interrumpens, quoniã fluctus in eiusmodi redundatione mouetur, in aërẽ per angustias, ceu si quis in amphoram manem strepitum per osculum mouet, mugimento similis sonus exultabit: mugitus etenim bobus per idipsum figurę genus profertur. Multas autẽ miráq; voces ioformare figuræ cauernarũ variæ possunt. nam & amphoræ

fundū si quis detracto operculo, vicissim mollē intus attrahens, modo extra depellēr perterat, sonum per intercapedinem tam ingenuum reddet, vt belluæ perumescāt, & fugiant: quod pomariorum custodes emoliri consueuere.

Cur aër, cùm aquā tangit, non humescit? nihil enim de cæteris est, quod si tetigerit, humidum nō reddatur. An ita eorū extima cōstit, vt simul sine vllo interstitio sint, nec plano diuerso distinguātur? igitur cætera quoniam graviora sunt, subsidunt, atque humorem sibi admittunt, aër vt leuior, nihilo inferius vergit, quàm extremū limitet, tāgit ergo, quia nihil interiacet: remanet expers humoris, quia semper super aquā extat.

Cur nocte media, & meridie maxime cœlum solent tranquillari? An quia venti tranquillitas aëris status & requies est, qui tum constare maxime assolet, cū aut vincit, aut vincitur? æquum quandiu pugnat, mouetur, atque inquietatur; vincit autem maxime nocte dimidiata, vincitur meridie, vt enim medio noctis sol remoratur, sic meridie proximus est. An hæc status vel ortu Solis, vel obitu incipit: cessat qui ortu coepit, cum victus est; qui vesperi, cum parta victoria desiit, itaque fit, vt alij meridie, alij noctis medio cessent.

Cur prima luce, & iam mane frigus sit amplius, quā nocte, cum Sol à nobis propius absit? An quoniam cum dies instat, ros cadit, atque prima, quæ frigida sūt, ergo inferiis locis omnibus frigido humore, merito aër refrigerat.

Cur in Pōto intētius & ālius, & frigora hiberna? An aër regionis alius sua crassitudine nec hyeme tepescere, nec æstate refrigerari potest? An propter varium Solis cursum? recedit enim per hyemem, accedit per æstatem.

Cur noctu potius, quam interdiu serenū sit? An quòd & status, & perturbationis causa Solis est? illæc enim mota accito quodam oriuntur. Calor igitur causæ est, ob eamq; rem cùm is non adest, quiescunt omnia, & Sole abeunte magis, quàm veniente, & quòd dici solet.

Nauibus hyberno ventis dat terra secundos. »
Tunc mare fert fauos, cæsal di sid mensibus anni »
Terra dabit fœnum, Ponti ferat vnda secundet. »

Hoc sibi vult, quòd vbi motus maximus est, ibi minime quicquā vel seruari, vel consistere potest: & quabili nanq; flatu, viribūsque efficaciori hæc esse id debet, quod cōsistendum conseruandumque sit; mare autem hybernis temporibus, terra æstiuis fit, de illum in modum solita est.

Quā ob causam humor pleno cōtentus in dolio, cū facilius in vtres, nō solum cum viribus recipi ab eodem dolio possit, sed etiam locū relinquere, quo etiā plus humoris capiatur? An quoniam aër in humore inest, qui dum in dolio est, exterui propter dolij magnitudinē non potest? fit enim vt exprimi de maiori vel humor, vel spiritus difficilius possit: quēadmodum etiā de spongijs amplioribus minus exprimitur. At cùm in parua digeriter, extrudi is de vtribus expeditius potest, ita quo dolium, & vtres, & humorem etiam alium capit, magisque in vino id accidit, quia plus in vino aëris inest, quàm in aqua. Huic fane proximum, cineris & aquæ tantundem simul vas idem capere posse, quantum plerumque vtrinsq; seorsum infusi capiat. Cineris enim cōplura cana, & inania esse videntur, quibus aqua facile insinuat, vt q̄ tenuior sit & constipat vero, ipsiusq; arctissime, quoniā particulatim consti-

patio agitur, dẽsantur enim adductãtúrq; omnia plenius, cùm paulatim cõtipatur, quã cùm vniuersa, quod cùm ita fiat, cinis collabitur, & subsidet, simúlq; humorem in se per cauorũ suorum opportunitatem admittit. At si cinis, quam aquã immittitur, calidus est, aquam durimus, vertitq; in aerem, idem illud agetur etiã, si primũ aqua infundatur, post cinis inuiciatur: vnde aquam etiam ipsum cauis quædam, & hiantia in se continere putaueris. An non aqua cinerẽ sibi admittit, sed cinis aquam? quod enim tenuius est, subire id posse cõgruum est. Cõstat itẽ experimento, cùm enim cinis inspergitur, eodẽ relicta aqua cõsistit, quo loco inspersum est, cuius contrariũ certe fieri debuit, si aqua cineris esset capiẽs. An si primus aqua vas ex toto impleuerit, nihil præterea capiet, sed addito quolibet effluet? Sin ante vbi semel aliquid aquæ infusum est, cinis defecerit, iam tũc quod dixi euenit: quippe cùm cinis sit ipse, qui capere valeat. Hãc eadem ratio est, cur tonex terrã exemptam recipere nequeãt, locus enim ab aere occupari debet, itaq; fieri nõ potest, vt tãtundẽ recipiatur.

9 Cur aer, qui luce crassior est, solida valeat permeare, lux ipsa non valeat? An quia lux per directum tantummodo fertur? ob eamque rem oculus, qui trãspicere per rara nõ potest, vt per pumicem, quia meatus curiant, per vitrũ facile potest, quia meatus positi è directo sunt. At aër impedimento nullo arcetur, quoniam qui transit, tendere è directo non soleat.

10 Cur aër p aquæ tractionẽ frigidus reddi possit, humidus non possit etiã si quis in aqua vesicã inflatã, vt fluctus inde moueatur, & imãs detur? frigidum autẽ reddi cõstat, eo quod ex

vt aquis aspirat, refrigerat. An frigus esse, calidéve naturæ suæ habilitate potest, vt rei tactu immutetur, quam tetigit? humidus esse idcirco non potest, quia leuior est, neque ima humoris vnquam sui ipse petit natura, sed summa semper, planúmque attingit: & si deorsum cogatur, humor quoq; feretur inferius, ita vt nunquam in profundum sese ire patiatur.

11 Cur aër bullis cõtẽtus, aut de imis aquæ ascẽdens, haud vnquã madidus emergat? An quia humor nõ insidet, sed dilabiturque tam celeriter bullas, vel minor est, q humefacere valeat?

12 Cur aër madere non potest, aqua autẽ queat, quippe quæ etiam translata in aerem madeat? An eadẽ causa sit, qua & lapis madere nequeat? Haud enim madendi omnibus vis data est, sed his tantum, quæ lenta sunt, & humida.

13 Cur veres inflati valeant fluitare? An propterea, q aer sursũ effertur? vtres enim vt manes deorsum ferantur, sic inflati supra ideo residẽt quòd ab aere sustinentur. Sed si aur eleuet, atq; prohibeat quo minus deorsũ feratur, cur inflati grauiores efficiãtur? & qui fieri põt, vt cũ grauior sit, emineat: cũ leuior deferatur?

14 Cur aer nõ sursum feratur? Nã si ex motu calentis spiritus excitari debeat, ignísque sublimia petere natus sit, spiritus eodẽ currere debuit: siquidem mouens illud sursum versus impellit, quòd q; mouetur, eodem ferri aptissimum est, sic enim tramite fieri obliquo latissime patet.

15 Cur aurora frigidior, quàm vespera est? An quoniam altera noctis medio propior est, altera meridiei? est autem, vt dici medium calidissimum, quia soli proximum est, sic noctis medium frigidissimum, quia remotissimum.

16 Cur tēporis feruidi noctes molestiores, quàm dies sunt? An quia flatus omnes tunc consentiunt? annimerfat; nanque illi, & prouj minus nocte, quàm interdiu spirant.

17 Cur incorrupta durare possint, quę vitreis continentur instatis, aut valis bene opertis? An quia putreat omnis, cùm mouentur? immotis omnia sunt, quæ plena sint: cæterum plena.

18 Quā ob causam aere sudo, apertóque frigi- sit acrius, quàm nubilo, cùm stellæ sint calidæ, & cœlum? An quia nihil tūc est, quod vaporem arcere, cōtinereq; valeat: sed diffundatur necesse est aut cœlo nubilo arcetur, & aquilone magis, quàm austro; eadem illa de causa, aether enim nubes colligit, aquilo dispellit, & quidem aquilone magis quā austro euaporari videmus, & hyeme potius quàm æstate, aut propter dissimilitudinem, aut quia vapor non nisi refrigerato humore calido deprimi potest.

19 Cur minus, quàm plus aēris calidus sit, cum angusta omnia sint calidiora? An quia magis mouentur, qui pluris est? motus autem frigorem acciere potest, cuius indicium, quòd calida cum mouentur, refrigerantur.

20 Cur aqua & terra putreāt, aēr & ignis nō putrēāt? An quoniam omne, quod putret, calidū fiat necesse est? ignis autē calidus nihil fit. An quia refrigerari prius oportet, quod putredinem concepturum est? ignis autem calidissimus semper est, aēr vero igne rarius est, nihil autem putret, cùm calidū est, sed refrigeretur ante oportet, quàm putreat. At aqua, & terra cissim modo calida, modo frigida effici possit.

21 Cur cœlum nubilum tepidius sit, quàm apertum, & placidum? Vtrū, vt veteres authores dix-

erunt, quia stellæ frigidæ sint? An id absurdum admodū est, sed quia cœlo sereno vapor extrinsecus melius potest? indicio sūt, quòd vēto silente ros, & pruina cōsiliunt. Cùm igitur serenum est, calor diffiatur, quo humor ernitur, atq; effertur, aer frigidior fit, qua de causa humor à calore demissus irrorat, at cū nubilū est, arcetur, & cōstat: quocirca nec ros, nec pruina cōtrahi potest, cum nubilum est: ergo calor ad terram ferrenos facit, vt tepor amplior esse possit.

Cur altis ædibus aēr soleat vētilari, reciprocarique præsertim cùm tēpus quietū est? An quòd aer prolaxo quodā contextu, & hiatu lento est? ergo cū hic extrinsecus intrare incœperit, celer, & cōtrahitur aer, quem domus cōtinet; quo nullaplo, adductóq; inanior redditur, qui foris est, & spacia multo laxiora capessitq; in spatia aer domesticus relabitur, feritq; expedite eodem, quoniā & ipse pendeat, & natura inanis tenuis nequeat, quod cū per multa eius membra euenit, proximus hunc aer sectatur, adductus propulsione primoris, tū eo large foras iam profluente, locus internus inanis redditur & vacuus: externus contra repletur, spissefcitq; ac deinde in hunc modum reciproco fluxu actitatur.

12 * Simplicius.

In Græco additur.

Hic dicunt quidam sapientissimi desiderari, quæ ad ignem & quæ ad lucē pertinent, & hæc duo omnium pulcherrima esse problemata.

ARIST

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO XXVI.

Eorum, quæ ad ventos pertinent: cuius quæstiones LXIII I.

1 CVR ventus cæcias solus ex omnium ventorum numero nubes ducere ad se possit? Vtrum quòd ventus aduersus reflat eodem tempore? An quoniam de locis eminentibus spirat? sunt enim partes, quæ ad Solem orientem vergunt, eminentiores, quàm quæ ad occasum, indicium maris occidui magnitudo facit, & latitudo. Quòd cùm desuper in aduersum spirer, lineam sua delatione ista terram versus connexam agit, regionemq; inuadens, vt dixi occiduam, nubesq; per lineæ suæ figuram contrahens, ad se sno inde reflexu euocat, atq; impellit quod solus hic propterea facit, quia cæteris loca vel editiora sunt, vel submissiora, quę versus, vt aut de imo, aut è directo flatus feratur deuexus, terrā versus necessium sit, ita vt ad postremum reflexus effici nullus queat, eo quòd flatus non ad terram subdatam aeris amplitudini finem protrahendi facultas, nec vbi aër cogi in nubes possit. Subsolanus, ac cæteri minus cauī, quoniam humidi non sunt, nubes non cogunt: itaque vel nullatenus, vel minus idipsum facere possunt.

Cur

Cur aquilones * anniuersarij fiāt, austri non fiant? An austri quoq; fieri possunt, sed cōtinui, quia initium austri longe à nobis est, aquilonis in vicino est, quippe cùm sub aquilone habitemus? Itē aquilones anniuersarij trāquillo aëre spirāt, quippe qui per æstatem moueri soleant: austri vere oriūtur. cùm aër minus quiescit. Adde etiā q auster humidus est, humido autem superior locus alienus. Quamobrem humores, qui eo in loco cōsistunt, cito resoluuntur, & euanescunt: & cùm humores erratici vagabundiq; sint, accidit vt aër quoque eodem ducatur, quo humores ipsi varie dilabātur, qui cùm nō loco eodem agitetur, efficitur porrò vt flatus diuersi oriantur: flatus enim non nisi motus aëris est. * *ἐτησίαι*

2 Cur auster post pruinā spirare soleat? An gramina nisi facta decoctione haud vnquam continere potest? mutatio autē post cōcoctionem, purgationemq; fieri in contrarium solet: aquilonī autē contrarius auster est. Hæc eadē causa est, cur post niuē auster spiret, omnino enim & nix, & grādo, & imber, & omnis id genus purgatio cōcoctionis indicium est. Vnde fit etiam, vt post imbres, cæteráſq; eiusdem generis tempestates flatus desistant, & consternentur.

3 Cur procellę, hoc est vēti, qui excusu nubibus fiunt, imbre superueniente ocyus cessant? An quoniam aqua expressa ventres nubium consident, vnde flatus origo est?

4 Cur non idem venti imbrē vbique afferant? An quia non idem mōtibus vbique occurrunt, sed alias partes alię sūt obiectę? Nubes enim ibi magis cōsistunt, vbi vētus vix quasi loca ardua superās depellere præterea nequit: cùm autem nubibus premuntur rūputur, imbréq; demittunt.

Quam

6 Quam ob causam * cœlum purũ & placidum serenum indicat, tempus turbulentũ * hyemes prænuntiat? An propterea, q̃ hyems aëre consistente, spissescente q; fieri solet? ergo cum Sol eminet, discernit, illustrátq; aërem: cum emicantur, nubibus obfuscat, atq; incrassat. Quòd si cõstitutio valida, hyẽs cõtinuo luce prima erumpit, sed si imbecillior sit, nec tamen ex toto succumbens, occasum versus depellitur, quod cõsistit, ac ibi manet, eo q̃ aër terræ proximus hyeme instãte crassissimus est, & mox reliquos quoque consistit, quoniam initium, firmamentúmque obtinet stabilitatis quod suscipere, atque colligere possit, quantum subinde accessérit. Vt enim in acie conuersa in fugam vna restente, cæteri quoq; omnes insistunt, sic in aëre ratione fieri solitũ est, quamobrem cito, imo repente interdum fit, vt cœlum nubilum reddatur. Cùm igitur occasus est perturbatus, constitutionem minime victã esse à Sole diu pugnante firmissime indicatur: itaq; plus item potie consistere consentaneũ est. Et quidẽ minus tamendum, cùm hyeme prægressa, quàm cùm post serenum id accidit, quippe cùm illa ratione veluti reliquias quasdam restare, ac initium constendi oriri videantur.

* διὰ τὸν χειμῶνα γίνεσθαι. + Χειμαζόμενον.

7 Quid est, * quod flatus moueat tropeos id est quos versarios, aut reciprocos appellamus. An eadem ratio est, qua euripi mari reciprocante agitãtur? nam & mare, & aër eatenus feruntur, quatenus profluere licet: deinde cũ obstat quadam amplius progrãdi licẽtia his tollitur, qui terra pergant ob eã scilicet rem, q̃ quæ motionis, delationisque primordia parũ habeant valida, tunc reciprocantur, & redeunt. Cur

* διὰ τροπαὶ γίνονται.

Cur iidem illi tropæi de mari spirare soleãt? & Vtrum quia mare vicinum est? An quia tropeus spongeæ, id est flatui abterraneo contrarius est? Versarius enim tãquam reuersio abterranei est, quippe cùm abterraneus flatus ex terra in mare profluens sit, cuius reciprocatio versarius existatque de mari terram versus spirare necessum est. An venire inde putandum, quoniã aër collectus in mari est, qui illo fluxerat? Sed ratio, qua nec in terram consistat, & reflectatur cùm profluit, quòd mare in cauo est, aër autem modis aquæ ad id fluit, quod cauissimum est.

Cur dici solet. Tertia lux nunquã nocturno 9
aquilone laborat? An quòd flatus septentrionis imbecilli sunt, cùm nocte spirare incipiũt? argumentũ enim nõ multum aeris esse motũ, quod eo tempore spirare exorsus est, quo caloris exiguum est, exiguũ nanque caloris exiguum aëra mouet: atqui flatus minimi omnes intra tridui finiuntur: ergo nec is diuturnior esse debet.

Cur aquilo crebrius, quàm auster spirat? An 10
quoniam aquilo parti orbis terrarum habitatæ vicinus est? ideirco latere nõ potest, simul enim ex sui temporibus breuitate & spirat, & adest, at auster, quia è longinquo admodum, nisi vehemens sit, venire non potest.

Cur auster minus hyberais noctib', quàm die 11
bus spirat? An est quidem Sol noctis etiam tempore australi regioni propinquus, & nocte ibi tepidiores, quàm dies aquilonem versus? itaque aëris multũ mouetur, & nihilominus, quàm interdiu. Sed calor dierum vehementior omnem abluendo humorem, efficit, vt minus spiretur.

Cur auster canicula oriẽte moueat... 12
...qui leges naturæ certissima fieri soleat? An propterea, quod

& regio inferior orbis sole scilicet remoto nimis calida est, itaq; vapor inde large emigrat, & multi profecto austri spirarent, nisi annuus flatus prohiberet.

An omnibus austris tum orientibus, tum occidentibus, aër soleat commutari, sed cane præcipue? quod quidem flatibus latissime cõstat qui eius ortu & post ortũ sequũtur, quòd cùm cæsus tunc vigeãt, spiritus calidissimos per idem tempus oriri congruũ est. Auster autem calidus est, & cùm ex cõtrarijs in cõtrarium maxima commutari solitum sit, ortúmq; canis præcipuj nuncupati antecedant, qui aquilones sunt, merito post eũ auster spirat, quandoquidem assignari necesse est, idque austris fieri orientibus. Huic autem verbo cùm assignari dicimus, subiecta notio est, aërem insigniter commutari, & quidem mutato flatuum omnia genera in ventos aduersos, aut dextros solent, quòd cùm aquilo nõ transeat in latus dextrũ, reliquum est, vt in aduersum, hoc est, vt in austrum trãseat. Quinetiam dies post brumam quintusdecimus austrũ præ se ferre, quòd bruma initium quoddam est, mouetúrq; à Sole is potissimũ aër, qui brumę vicinus est. Idem autem tunc ad austrum vergere certũ est. Vt igitur cùm ortũ perreptat, flatus excitat Solanus, ita cùm meridiem adit, austros enocat, nec tamen statim à bruma id facit, quoniã brevissimas tũc agit distantias, sed quintodecimo, quia tẽpus id modice se habeat ad primam discessus sensionem, totum enim id tempus parũ conspicua est.

Quare causa orionis exortu dies maxime ve-
14 rientes, atque importuni moueãtur? An quoniam in mutatione varia maxime omnia fiunt, quæ non vno, certóque tẽpore, motúve deseruantur: atqui oritur orion ineunte autumno, occidit hyeme: ergo quia non vno tẽpore constat, sed alio incipit, alio cessat, flatus etiam inconstantes esse necesse est, vtpote cùm ancipiti conditione proueniãt, quos sibi tempus vtrunque sortitum est. Et quidem difficilẽ esse orionem, & cùm oritur, & cùm occidit, ex temporis varietate rectè affirmant: turbulentum enim, atque inæquabilem esse necesse est.

Cur aquilo nocte exortus die tertia cessat? 15
Verum quia ex paruo, imbecillique initio prodit, tertius autẽ dies *decretorius est? An quoniam vniuersus modo ἐκπνεῖ, id est procellarum, & nubibus excussorum flatuum funditur, ideirco compendio cessat. * κρίσιμος.

Cur plurimi aquilones spirent? An quoniam 16
pars orbis terræ habitata septentrionibus subdita, est eminentior, & extra solstitiũ posita, & niuis plena, quæ nix montibus nonnullis nunquam deest. Cùm igitur concreti humores tabescunt, flatus magna ex parte oriuntur: is autem aquilo est, qui à septentrionibus mittitur.

Cur austri hyeme, atq; ineunte vere, atq; au- 16
tumno cessante spirare soleant, vndabundique fiant, & contortuoli, atq; Africæ non minus frigidę, quã regioni nostrati aquilones? An propterea, quòd Sole propinquo spirituum moueri necesse est? Sol autẽ per hyemem austrum versus perfertur, & ineunte vere, desinenteq; autumno id cale facere incipit: æstate cõtra, septẽtriones petit, & loca relinquit meridiana. Calidus antẽ propterea est, quia spiritus aëri Africæ miscetur quis calidus est. hinc etiã in mare cortepens ingentes excitat fluctus, facitq; australẽ æstatem

28 Cur auster fœtidi halitus causæ sit? An quoniã humida, & calida corpora reddit, quæ maximè putredini opportuna sunt?

29 Cur auster profectus ex mari commodus sit, quorum sitpes terra continentur? nam & Thriasio campo terrę Atticæ auster de mari occurrit. An quoniam refrigeratus accidit? rubigo autem per humorem calidum, alienúmque cõsistere solet.

30 Cur ventus magna ex parte ante Lunæ defectus excitetur initio noctis, cùm defectus medio incipit noctis, medio vero cùm mane? An quoniã calor Lunæ propterea hebetatur, quia cursus ipsa proxime est, quòd defectus exultet, remisso itaque calore, quo retentus aër quiescebat, rursum moueri, ac spiritus reddi incipit.

31 Cur auster non incipiens, sed desinens imbrem afferat? Vtrum quòd aërem cogit è longinquo quo coacto, aqua exprimitur? cogitur autem postea quam cœptum est. An quoniã incipiente calidus adhuc aër est, quippe qui procedente calido sit, procellu autẽ temporis refrigeratus in aquam melius consistere potest?

32 Quã ob causam cùm minor auster est, quam boreas nullas obducit nubes, & cùm maior est? Vtrũ, vt quidã aiunt, amitij causa ita accidat? nam si ex minori proficiscatur, liquidus, & diũsq; est: si ex ampliori, nubilus, & crassus. An quia minor cùm incipit, est? itaque non multum aëris cõpellere potest, sed ad postremũ amplificari contendit. Vnde illud Prouerbium.

33 *Cum est flatu Boreæ, cumque Auster surgere cœpit.*

34 Cur tempore hybernò flatus parte ventorum exortiua, æstiuo occidua: An vbi Sol amplius euincit, aër libere profluit? cùm igitur nobis euicit, nubes relinquit, quibus fauonij prodeunt: cumque incolis inferioris hemisphærij oritur, spiritũ illis parte exortiua producit: cõtra cùm parti inferiori occidit fauonios illis, subsolanos nobis cõsectante aëre facit. Vnde fit, vt si quem istorum ventum occupauerit, augeat, eo scilicet, quòd nonnihil adiunxit.

Cur afflante fauonio canes vestigia minus valeant comperire: An quia plurimum hic ventus effundat, quoniam ventorum omnium * contenuissimus est, maximeque terram attingit? * συνεχέστατος ἐστιν.

Quam ob causam cùm stellæ profiliunt, venti indicium datur? An propterea quòd à flatu feruntur, priusquã ibi, quam apud nos flatus exoriatur? Quo fit etiam, vt vnde stellæ feruntur, hinc flatus accedat.

Cur nubes maximas fauonius agit? An quia de alto spirat, regioneque maritima nubes per ampla spatia colligit amplores?

Cur venti ad postremũ vehementissime spirant? An quia vbi vniuersi efflarunt, caloris parum relinquitur?

Cur circa æquinoctiũ africus spirauit, aqua fiat necesse sit: An quo loco orbis Sol fuerit, inde soleat spiritus excitari: itaq; pro Solis diuersa vicissitudo spiritũ agat. Quod cùm æquinoctium hyemis atque æstatis confinium sit, dum Sol nobis conspectũ æquinoctium agit, aut ultimum transgressus limitem regioni se dedit hybernæ, accidit, vt venti partis illius vernaculi spirent, quorum primus africus est natura humidus: & cùm Sol partem orbis terrarum hybernam perlustrat, tũ atque regiones eiusdem mouet, euenit vt hyemis suis fungatur muneribus: cuius generis imber est. Ad hæc cùm

æquinoctiũ tanquã paribus examinatis viribus hyemis, atq; æstatis cõstet, si alterutris quicquã additũ sit, obitus momentum exultabit conspicuum, vt in æquilibrio pondus lanci adiunctum alteri efficit. Quòd cùm africus hyberni ordinis sit, naturãq; humidus, æquinoctio additus, hyemem, imbremque merito affert: imber enim hyems est flatibus familiarissima.

Cur auster, atq; eurus, cùm flatibus sibi obiectis calidiores sint, alter aquilone, alter fauonio, aquæ fertiliores sint? quanquã frigor est, qui humorem ex aëre deprimat. Haud enim q̃ aliquæ nubes hinc pellit, ideirco aqua non prouenit. nam & fauonius, & eurus nubes abigit, quippe qui ex altero pari modo proueniat. quinetiam cæteri omnes vnde spirant inde depellũt. Vnde quia frigor amplius introrsum circũ obsistit, ob calor extrorsum amplius vrget? An etiam refacit, vnde spirant, vt sereni illustresq; veniant? eurus nanque ex ortu, fauonius ex occasu aduentat. Quinetiam ratio sit, q̃ aër præcalefactus celerrime ac plenissime refrigeratur, quomodo etiam aqua. igitur eurí aër de ortu calidus austri de meridie ferturi cũmque frigidissimũ iam cum adiere, compendio concrescunt, atque in aquam consistunt: magisque eurus aquam affert, quoniam aërem de Solis parte, nec minus calidum ducit. Auster aquã mittit, cùm cessat: quoniam aër, qui primus ex mari accedit, frigidus est: vltimus autem tepidus ex terra occurrit. An non id solum causa sit, sed etiam, quòd ad frigidum auster crescit? Vnde illud prouerbium.

Cúmque auster surgere cœpit. At qui frigidiores qui vehementius spirant: igitur qui nubes in nubes aërem postea cogit. An ea ipsa ratio sit cur post, quàm principio fertilior aquæ occurrat?

Cur venti siccant, cùm frigidi sint? An quoniam qui frigidissimi sunt, vaporem eliciunt? 30

Sed cur amplius siccent, quàm Sol? An quia vaporem non solum euocant, verum etiam abducunt? Sol autem relinquit: itaque vt magis humificat, sic minus asiccat. 31

Cur vnus ventorũ cæcias nubes ad se vocat? quòd etiã prouerbium illud declarat, Vt cæcias nubes, sic ille opes trahens. cæteri nanque vnde spirant inde tantummodo expellunt. Vtrũ ventus aduersus eodem in tempore spirãs id facit? An si hoc esset, haud vnquã latere potuisset? etenim spiritus hic suapte natura circulari linea fertur: ergo cæteri per terrã vagantur, hic cœlum versus, sinæ lineæ cauum erigẽs, non ad terram resupinans, suam originem repetit: itaque nubes facile ad se ducit. 32

Cur fauonius serenus, ac iucundissimus vẽto rum omnium est? & qualem Homerus flare, per campos elysios carmine illo dixit:

Καὶ Ζεφύροιο πνοιὴ ἵησιν ἀνεμον ἡδὺν ἀήτην.

An primum, quòd aëris temperiem plene obtinet. neque enim calidus est, vt qui de meridie, vrãtq; spirant: neque frigidus, vt qui de septentrionibus euenunt: sed medium frigidorum, & calidorum flatuum tenet. Quòd cùm vtriusque vicino sit, particeps vtrarumque virium est: itaque temperatissimus est, & vere maxime spirat. Ad hæc, flatus omnes transire vel in sibi aduersos, vel in dextros cõsueuerunt: itaq; cum post aquilonẽ fauonius spiret (dexter enim hic est) efficitur adeo tanquã mitis ad immitem, & boreã vbi destitit hyems, serenum magna ex 33

parte subsequi solitum est. atqui flatus hybernus aquilo est. Subsolanus, quamuis inter calidos & frigidos situs, munus qualitatis eorū particeps est hic enim cū spirat, flatus vergētes ad austrum motūrat quidem. (istuc enim transferre assolet) sed misceri tamen cum his minime patitur. At vero fauonius & mouetur ab austro, & ipse cùm spirat, monet aquilonem: huc enim vsque progrediens vicissitudo spirituum finem sui circuitus facit. Quod cùm vnus facit alterius finem alterius initium secum habeat, merito suauius & est, & esse videtur.

14 Cur fauonius horis postmeridianis spirare, non mane soleat? An q Sol magna ex parte vel oriēs, vel occidēs, author spirituum est: quoties enim aërem humidum tepefaciendo percoquit, atque discernit, in spiritum sane illū extenuat, quod & tantisper accidenti, vt aër spirantior euadat, sit, magis magisq; à Sole vertetur in spiritū. Quoniam igitur Sol in exortu est, procul à fauonio abest: hic enim ab occasu se promit: & cū tam occidere proximus est, aër omnino extenuatus discretúsq; fluit. at dum confecto meridie pergit ad postmeridianū, tantisper ad aërem tepefaciendum, discernendúmq; modice admodū habet. Subsolanus quoq; ob eam rem mane spirare incipit aërē enim qui supra terrā sublimis impendēs nocte humefactus, solo sui pondere ratione appropinquarit, Sol mane discernēs proximum sibi excitat primum: qui autem ex Sole oriente spirat, subsolanus hic appellatur est.

15 Cur Sole se attollente, spiritus & flexus augentur? An quia spiritus vel aëris, vel rorem dandantis humoris commotio est: quæ vt cùm parua est, cōpendio à Sole consumitur? itaque nullus spiritus inde existit: ita cùm magna est, labor exortu ampliar redditur. Sol enim author, & parens motuum est.

Cur fauonius horis postmeridianis spirare so- 16
leat? An quòd spiritus omnes Sole humorē dissoluēte proueniunt? humor enim, qui antehac efferuescebat, tabescit, cùm vis caloris in propinquo est: itaque spiritū monet. atqui fauonius de occasu spirat recte igitur postmeridianis exoriuntur: nec enim Sol eius ad locum accedit.

Cur aquilo, & auster sæpissime spirant? An 17
quia contrarium à suo cōtrario, è directo saltem oppugnatum minime edurare potest, sed ex latere potius aduersam vim tolerat? auster ventus, & aquilo ex cursu Solis lateribus spirāt, externi aduersi potius occurrunt.

Vtrū spiritus fonte quodam emergat, quem- 18
admodum aqua, supra quem fontem efferri nequeat, an non? Et vtrum vno ex puncto, an ex loco profluat amplioris? Sunt certe nonnulla in aëre quæ vel in aqua accidere pari ratione videmus: quippe cùm aqua per prona ocyus fluat, quàm cum in planis atque æqualibus stagnat: hic enim & spiritus faciuntiam locis editis, atque excelsis aër assidue mouetur, cauis è cōtrario sæpe quiescit, & cōsilescit. Ad hæc, super excelsissimos montes spiritus nulli excitātur, vt super Athon, ac reliquos generis eiusdē, indicio, quòd quæ reliquerint, qui anno superiori sacrificarunt, posteriori incorrupta comperire affirmant. Conitat igitur spiritus quoque prolationem veluti ex fonte quodā actitari, super quem nihil præterea efferre se potest. Vnde fit, vt locis excelsis, quod modo diximus, accidat: quod idem datum etiam aquæ putauerim. nec enim

aquam vehementem, nec spiritum rapidum locis excelsis fieri nouimus.

39 Cur austro spirante cœruleum mare fiat aquilone obscurius, atrúsque? An propterea, quod aquilo minus mare perturbat: omne autē, quod tranquillius est, atrum esse videtur.

40 Quam ob causam austri cùm leuiter spirant, *nequeant nubilare: cum interē nimirū queāt? An quoniam cùm leuiter frequentiam nubium agere nequeant: itaque breue sit, quod obduces nubibus posrit. at vero vbi excreuerūt, multas depelluntutaque amplius obnubilare videntur.

*συμπνεῖσιν μὲν οὐ συνεφέναι.

41 Cur aquilo vt magnus incipit, ita paruus desistat: auster contra, vt paruus incipit, ita magnus cessare soleat? An quia nobis aquilo in vicino est, auster lōge abest? Alter igitur vbi primū exortus est, nos occupat: alter suo dispersō principio, vtpote diu pertractō, exiguus ad nos primū deuenit: ad finē alterius sentimus, alterius minime. Itaq; merito alter imbecillus, cū cessat, est, (omniū nanque finis imbecillus est) alter validus. finem enim istius nihil præterea sentimus.

42 Cur veriarij, qua mare inuatur, reflare soleant: qua porrecta, pansáque maria sunt, reflare non possint? An quoniam flatus in sinum irrumpens nihil distrahitur, imò magna parte vniuersus perfertur: at in dispalatis, porrectisque abterranei, & protinus magis distrahūtur? & inter profluendum hac eadem te patiuntur: quoniā nihil obsistit, quo minus multas in partes proruant. Verfarius enim non nisi reflexus abterraneus est.

43 Cur dici solet,

33 *Cum cessat Boreas, cùmq; Auster surgere capit?*

An quoniā boreas, quòd nos ei subditi sumus, párſque

prior habitata terræ vergit ad septentriones, ortus protinus accidit: quippe qui statim cùm ortus est, adest. auster, quòd ex longinquo ad nos deuenit, non primum, sed post intētior est,

Cur spirantibus austris homines grauiores, 44
incalidioresque redduntur? An propterea quòd humor corporis flatus eius calore tabescens, multus ex pauco redundat, atque humor grauis leui ex spiritu consistit: quas ob res vires hominis debilitari necesse est.

Cur spirantibus aquilonibus cibi auidiores 45
sumus, quàm austris? An propterea quòd aquilones frigidiores sunt?

Cur auster *oris terræ Aegypti nō afflat, nec 46
interius iter diei ac noctis: super Memphim vero vel iter diei ac noctis *ingenuus spirat: nec vero ocrasum versus iter duum dierū, totidémque noctium adit: exortum autem versus africi incitantur? An quoniā terra Aegyptus caua secundum partes suas interiores est, superiores, remotioresque eminentioribus: hinc enim auster, vt cauis intacta supergredi, sic excipi ab eminentioribus potest.

* πρὸς τὸ θάλατταν.
*λαμπρός.

Cur auster paruus oritur, magnus desistit, 47
aquilo contra? Vnde prouerbium illud: Secundæ nauigationi delegatum est,

Cum cessat Boreas, cùmq; Auster surgere capit. et

An quòd ad septentriones potius, quam ad meridiē positi sumus? aquilo autem ex septentrionalibus spirat, auster ex metidiemeritō alter flatum cùm ortus est, vehemens proxima sibi loca occupat, post deinde suam vehementiā in loca transfert remotiora: alter è contrario homines meridie incolas inter initia vrget, post vbi prætriit, ingenuus ad nos venit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

48 Cur dici soleat,

» *Fit glacialis hyems, Boream si duxerit Auster*

An quod auster talis est, vt nubes large, & aquã colligat? Cùm igitur boreas tali temporis cõditioni superuenit, gelu indurat, hyememque efficit. Vnde celebre illud est,

» *Offendente latum Borea, mox terra gelascit.*

Lutum enim, & omnino aquam ab austro vel maxime, vel sæpissime fieri palam est.

49 Cur post austrũ cito aquilo spirat, post aquilonẽ nõ cito auster? An quoniam alteri ex propinquo, alteri ex longinquo veniendũ est, quippe cùm sedes nostra aquilonẽ versus posita sit?

50 Cur flatus frigidi veniunt, cùm caloris commotione oriantur? An motionem à calore profectam calidũ esse necessum non sit, nisi modo quodã prodierit? Nam si vniuersa interrumpatur, calida est: sin per angustum, paulatimque extruditur, nec ipsa calida proueniet: & aër, qui inde commotus est, talem efficit motum, qualis ipse præfuerit: quomodo etiam eodem de corpore modo calidum, modo frigidum posse spirari nequiunt. Sed id verũ nequaquã est. semper enim quod exit, calidum est, quius indicio, quod tale propius admouenti percipitur: sed interest, quo prodierit modo. Nam si multo post hiante ore emisimus, calidũ ideirco videtur, quoniam sentire id possumus: sed si per angustum extrudamus, calidius profecto extrictũ aërem sibi proximum impellit, atque ille sibi continuum, sed quòd aër frigidus est, motio eius quoq; frigida profluit. Nũquidi igitur in flatuum quoq; ratione hoc idẽ eueniat, sitque per angustum prima eorum motio, cùm aëre priore prolato subinde alius affluat? Quapropter hyeme frigidi, æstate calidi

calidi oriuntur, eo scilicet, quòd talis eorũ temperium aër præest. nec eo mirũ se ipsum aerem mouere, neq; à calore connectum eo motu proferri constat, non solum quòd calore ampliori circunto spiritus calefaciunt, verũ quòd sursum etiam efferũtur. Ignis enim natura huiusce modi est, frigidũ contra deorsum ferri aptissimum est. Spiritus autẽ merito in latus se vertunt. cùm enim alterum sursum, alterum deorsum versus natatur, & neutrum alterũ superet, nec fieri possit vt maneant, oblique proferri necesse est.

51 Cur austri frigidi in Africa sint, vt apud nos aquilones? Primũ quia vt nobis aquilonum origo, sic Africæ austrorum propior est. Nam si, vt dictum est, flatus per angustum extrudi soleãt, propioribus certe frigidiores occurrẽt, propter vehementiam sui motus. Nam diffundi, hebetarique necesse est, cùm se lõgius protrahit, qua de causa aquilones frigidi apud nos sunt: colimus enim propius, imò iuxta ipsos septentriones.

52 Cur austri sicci, & aquæ omnino expertes, sebres contrahant? An quoniam humorem calidum alienum in corporibus creant, quippe qui natura humidi, & calidi sint? quę quidem qualitates febrificæ sunt. febris enim earum consistit experantia. Quoties igitur per Solis ardorem omnis viduati humore spirant, habitu plane huiusce modi sunt: at cum vna veniunt cũ aqua, refrigerari nimirũ aquę ipsius beneficio possunt.

53 Cur flatus annuersarij eodem tempore atq; eodem modo afflare semper soleant: & cur desinente die desinunt, noctúque non spirant? An id quidem ipsum, quoniã nix liquefieri cessat à Sole, cùm vesperascit, totámq; noctẽ manet indomita? omnino autem spirandi tempus tũc est, cùm Sol

Sol vincere, atque resoluere glaciem ad Aquilonem positam cœpit: cùm igitur incipit, * prætus appellati spirant: cùm iam amplius resolutum est annuersari).

54 Cur fauonius ventorũ omnium lenissimus, & frigidissimus est, duobúsq; temporibus maxime spirat, vere ac autumno, cúmq; vesperascit, potissimúmq; terrã attingit? An lenis, quia ex mari, campisq; planissimis spirat? Frigidus tametsi minus, quam Aquilo est: quoniam aqua inflata, non niue spirat: cæteris tamẽ frigidior est, quia vel post hyemẽ, Sole adeo nuper remigente, vel autumno, cùm Sol amplius nõ viget, spirare incipit. Vicinus hic maxime terræ afflat quòd è directo, nulláq; aduersante vi ex mari ad terram trãsit: haud enim vt per terrã materia obsistente arcetur, sed libere quoquo versus vagatur, quoniã humorem perreptat, & æquabili quoq; discursu hac eadẽ de causa profluit. Non enim ex montibus, neq; niue per vim tabescente, sed tanquam per fauces expedite profunditur: pars quippe ad Aquilonẽ, aut ad austrum vergens, mõtosa est: occasum versus nullus mons, nulla terra est, sed mare Athlãticum spatiatur: atque efficitur, vt terræ proximus, atq; tibi æqualis permaneat. Spirat, cum vesperascit, ipse est, loci ipsius ratione: tunc enim Sol proxime ad locum accedit, unde fauonius oritur. Noctu quiescit, quoniam tunc Solis motio deest.

55 Cur euro spirante omnia maiora videantur? An quoniam eo flatu aer obscurissimus, caliginosissimúsque reddatur?

56 Cur tempore hyberno flatus de ortu spirare mane, æstiuo de occasu post meridiem consueuerunt? An propterea quòd flatus, qui nobis æstiuo veniunt

veniunt, hyberno his spirant, qui oppositũ terræ hemisphærium tenent? Nobis autem hyberno mane, atque de ortu spiritus veniunt: quod præ humidus noctis aer dilcernitur, mouetúrq; mane à Sole: atq; is primus, qui proxime Solem est: quod etiã ante suum exortum Sol agere potest, ex quo auræ spirare nõ minus ante Solis exortũ solẽt. Ergo cùm Sol humores ad se attrahat, mouerátq; ante suum ortum aera, qui per hyemem humidus apud nos est, constat vel ad se posse attrahere, cùm inferius hæmisphærium inspicit, idq; post meridiem ibi efficere, quod tẽpus nobis antelucanum est. Quamobrem accidit, vt aer qui ante ortum hinc Sole attrahitur, fauonius inferis sit, aspirétq; horis postmeridianis: itaque flatus hyemis nostræ exortiuus nobis postmeridianus illis est: & nostræ ætatis nobis postmeridianus, illis exortiuus accedit. æstas enim apud illos est, cùm apud nos hyems: nostrúmq; postmeridianũ, illis antelucanum est, quo illis auras exortiuas, nobis fauonios aspirare prædicta euenit ratione. Nihil de ortu per ætatẽ spirare solet, eo quòd Sol ad aera sedis nostræ liccioré exoritur: parum enim temporis abfuit. Fauonij post meridiem nulli per hyemem adspirant, & exortiui eodẽ tempore nulli inferiori hæmisphærio flare ob eam, quã modo diximus causam possant. Sol enim humore inde ad se attrahens, nobis fauonios præstat.

Cur fauonius illustris, serenus, atq; gratissimus 59
ventorũ omnium est? An quia medium calidorum & frigidorum flatuum tenet, vicinúsq; illis vtriusq; particeps qualitatũ generis vtriusq; euadit, temperatúsq; proinde accedit? Subiolanus quamuis inter eosdem positus sit, minus tamen

enim

communē se exhibet: hic enim monet quidem cùm spirat flatus, qui austrū versus spectant: ea nanq; tranāre solius est, sed miscerī his nescit. At vero fauonius & mouetur ab austris, & spirans ipse agitat aquilones. illuc enim vtrimq; spirandi circuitus ducitur. vnde cum idem in se alterorum finem, alterorum initium contineat, iure gratissimus & est, & esse videtur.

58 Cur venti alij locis alijs imbrem afferāt? verbi causa, Hellespontus terrę Atticæ, insulisq; vicinis: aquilo Hellesponto, atque Cyrenæ: auster Lesbo. An vbi frequentia nubium, ibi imbrem obuenire necesse est? ibi enim frequentia cogitur, vbi assidere nubes, accersiq; eiusmodi nubes magis, quàm planis pluit. ergo apud Hellespōtum aquilo multas desuper nubes compellit, quod idem ad Atticā, multāsq; vicinas Hellespontiar, quasi iam condita nactus materiem efficit: quippe cùm copia larga cōgesta ab aquilone sit. Lesbo eurus, atque auster nubes attrahit ex alto adducunt, atque in hunc modum vel de cæteris cogitare par est.

59 Cur dici solet,

Nautibus hyberno ventos dat terra secundos,
Tunc mare fert fœnus calidis sub ex mensibus auris,
Terra dabit fauos, pontus feret vnda secundos.

An quoniam mare per hyemem caliditate est? itaque si quid in eo cōstitit, initio constitille validiori certum est. nam si inualidam esset, facile maris tepore abiumeretur. At per æstatem maxime frigidum est, spiritūsq; maritimi omnes frigent: terra è cōtrario tunc calida est. quare si quid ex terra tunc fertur, primordio id cōstitit ampliori. nam si exiguum, imbecillūmque esset, facile solueretur, & euanesceret.

Cur apud Archadiam, qui locus excelsus est, 60
flatus nihilo frigidiores, quàm cæteris locis sentiantur: & cùm flatus silet, cœlūmq; nubilū est, frigor perinde, atque in planis paluſtribus oriatur? An quòd Archadia non dissimilis paluſtribus est? aquarum enim confluentium nullos in mare exitus habet: quapropter fauces, hiatūsq; propiores ea in terra numero ampliori sunt. Cùm igitur ventus spirat, vaporem ortum ex terra frigidum auertit, & reiicit: flatus autē ipsi frigidi propterea esse nequeunt, quia ex mari deueniunt. Spiritu tamen silescente, vapor de aqua stagnante libere ascendit, atq; refrigerat.

Cur si vētus mane incœperit, edurare amplius 61
solet? An quoniā Sole oriente impetus sit vehementissimus? idcirco protrahi lōgius potest. Indicium, quòd constitutio facta prænuncia est.

Cur Aquilo interdiu spirat ingenuus, nocte de- 62
sinit? An quòd imbre gignitur congelato, cùm Solis calore respirādum est? ergo sternitur noctu, quia Sol abest, qui gignendi causa est.

Cur flatus futuri indicia dator, cum per aēr ē 63
multæ ferūtur araneæ? Vtrū quòd araneus suo fungitur opere, cùm cœlū serenum est? feruntur autem fila, quoniam refrigeratus aēr in terram cecidit: refrigeratio vero hyemis primordium est, itaque indicium fit illa aranearum perlatio. An quòd post imbres, atq; hyemes aranæ vinci nequeunt? feruntur opus enim suum araneus tunc exquirit, cùm cœlo serenū est, & occulit se impetus frigoris, cum hyemis vrget, tractūsque à flatu, nimium, eruit filum: post imbrem autem flatus magna ex parte oriri solitum est.

Cur locis frigidis Aquilo per hyemem vehe- 64
mens spirat, & vt proxime nubilus, sic trāsuor-

sum

sum liquidus fertur, atque illustris? An ratione qua frigidus, eadē etiā vehemens sit? quòd cum e propinquo frigidior est, occupat, priusq; nubes gelu indurat, quàm repellat: quæ indurata pondere suo obsistunt, & manent, transfuorum autē vehementia sua potius, quàm frigore agi-

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO XXVII.

Eorum, quæ ad metum & fortitudinem pertinent, cuius quæstiones XI.

1 QVR tremunt, qui metuunt? An propter refrigerationem? deficit enim calor, atque contrahitur, ex quo alius quoque plerisque ob timorem effundi solitus est.

2 Cur metuentes nonnulli sitiunt, vt qui ad tormenta aduturi? cùm enim per timorem refrigerentur, sitire minime debeant. An non eodem loco refrigerentur, & caleant, sed refrigerentur per summa corpori s, vnde calor dilabit: caleāt per intima, caloris scilicet introrsum contracti efficiētia. cuius rei indicium alui quoque solutio facit. Sitis autem parte quadam anteriore siccata solet accidere, nec aliter agi videtur, quàm in iis, quos sepiala exercet, qua humul & frigent, & sitiunt. nec enim illis pars eadem corporis inalgescit, & concalescit.

3 Cur homines cùm excandescunt, calore fecet introrsum collecto, feruidi, furibundiq; reddūtur: cùm metuunt, contra efficiuntur? An ad eundem in locum calor se colligat, sed homini irascenti cor calore circunfuso efferuet, ex quo fidibundus, rubicūdus, spirabūdus efficitur, cum calor sursum versus se efferat: metuēti sanguis, & calor in imum perfugiunt, vnde fit etiam, vt alius fundatur. Nā & cordis compulsio non similis agitur, sed metuēti: vtpote ex caloris inopia frequens, ac feriens: irascenti è cōtrario, vtpote cùm calor collectus sit copiosior. Quam obrem efferuescere animo, excitari, perturbari, cæteràq; id genus verba nō inepte, sed accōmodate dicuntur. Nunquid igitur sitis ea de causa eloueniat? nā & siccum expuere, & *linguam hęrere, & reliqua huius spiritus elatio facit, & sanguis. Sitim quoque excalescente corpore nasci certum est: sed quemadmodū pars eadē corporis, qua sitis lacessit, resiccari vtriq; metuenti, & irascenti possit. Metum enim sitim posse afferre confirmat militū argumento, qui superati fugam arripuerint: nūquam enim tam graniter sitibundo sese fuisse fatentur. Et vero* qui in dicendo, cōturbantur, sitire vehementer consueuerunt: itaq; eluunt, & nōnihil subsorbēt, vt Parmenon Halitio facit. An hosce cōturbatos non sitis, sed siccitas pulso sanguine teneat: vnde etiā accidit vt pallescant. indiciū vero, q̄ non multum ebibunt, sed interdū desorbuisse tātum satis est. at qui se in fugam verterūt, laborant, itaq; sitiunt: & quibus torměta instant, eadem ipsa efficiendi ratio est. Nec mirū quicquā id efficit enim in re bellica, vt nōnulli etiam viri fortes, ac strenui, vbi structa acie hostes sūt perituri, obtremiscāt, non perterriti, sed fidentes, qui etiā sua corpora verberare lata ferula, aut suis manibus alloleant, vt vndiq; vorsum pari calore inferueant.

*ἡ γλῶττα μαραίνεται.

*ἀγορανόμοις τισί.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidam enim inæqualis, ac tumultuarius motus in eorum corporibus per acumen, & nimiũ impetum caloris oriri fermè animaduertitur.

4 Cur homines fortes magna ex parte vinosi sunt? An qa fortes calidi sunt? calor autẽ in pectore conditus est. Ibidẽ enim metum quoque refrigeratione quadã effici nonimus, vt cor ipsum tibus caloris copia fultũ perstat, timidi refrigeratũ insiliat. Ergo qui sanguinolentam habent pulmonem, calidum hunc modo vmolentorũ gerunt, ita vt res aduersæ suspitione refrigerari nõ queant. At qui ita se habent, bibendi auidi esse cõsueuerunt: nam & bibendi cupiditas mẽbri eius calore oritur, vt aliãs dictũ est: & cupiditas ipsa nõ nisi rei vim sedandi habentis desideratio est. Vinũ autem etsi natura calidum est, sitim tamẽ amplius, quàm aqua extinguere potest, maximeqi id genus hominũ. Quã ob causam dictum aliàs est, ex quo & qui *peripneumonia laborant, aut vinum admodum cupiunt: quãquam alteris ex *instrictione, alteris ex perturbatione pulmo ferueat. Cum igitur magna ex parte homines eosdem sitibundos, ac fortes esse obuenisset, vini autem auidi, qui sitibundi, talesqi gestiunt, magis vicissim inter se consectari necesse est. vnde sit etiã, vt *vinolenti, quàm sobrij fortiores sint.

*peripneumonia laborant, aut *calore.

*vinolenti.

5 Cur fortitudinẽ maxime honore prosequuntur respublicæ, quæ tamẽ virtutũ præcipua non est? An quia semper vel ipsæ bellum aliis inferũt, vel ab aliis sibi illatum patiuntur? hæc autem virtus perutilis vtranque in partem est. honorant vero non quæ optima sunt, sed quæ optima sibi existiment.

6 Cur voce, & manib*, & labro inferiori tremãt qui

qui metuunt? An quoniam hic affectus caloris defectio ex locis superioribus est, ex quo, vt palleant, accidit? Quòd igitur calor pectus deserit, vox obtremitud enim refrigeratur, quod vocẽ mouet: & manus quoque pari ratione sunt, sed quæ optima, vtpote quæ ex pectore pendeant. Inferius tamen non superius labrũ quatitur: qa superius eo pẽdet, quo suapte natura vergit: inferius sursum caloris beneficio stabilitur, atque quiescit, quo sublato, inualescit, & tremit. Et vero in excandescẽdo imũ labrum eadẽ de causa laxatur, & pendet: quod late in pueris patet: cadet etenim in cordis sedẽ cõferre se consueuit.

7 Cur homines metuentes tremunt, maximeqi vocẽ, & manus, & imum labrũ? An vocem, qua calor hinc deficit, quo in loco vox posita est: labrũ vero & manus, quoniã partes illæ nobiliores sunt, minimeqi sanguinolentæ? Silem quoqi eadẽ deserũt. & testiculos contrahunt, densiũt, quia calor descendens diffundit, & liquefacit: contrahunt, quia metus mucrus extrinsecus est, vt fugam in aduersum agi oporteat.

8 Cur homines metuẽtes & algẽt, & sitiũt, quæ quidẽ affectiones aduersæ inter se sunt? An algent refrigerati, sitiũt calefacti? Calor enim in metuẽdo superiora deserit loca, quod facie alnõque constat: facies enim pallet, aluus interdũ fundit. ergo quòd calor locis superioribꝰ defecit, algor oritur: humor deficit, sitis exultat.

9 Quã ob causam cùm & metus, & dolor quædam sit ægritudo, qui dolent, clamant, qui metuunt silent? An qui dolent, suũ retinent spiritũ, itaqi is vniuersus erũpens, cũ clamore emittitur: metuẽtibus corpus refrigeratur, calórqi imus petit, qui spiritum mouet. Quo igitur hic se cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tulerit, ibidē spiritū potissimum excitabit: quapropter venter eorū, qui metuūt, obcrepare solitus est. Vox autē spiritus sursum versus clatus est, partibus quibusdā veluti instrumentis conficiendur, abloluendúsq;. Causa vero, cur homines dolentes suum retineant spiritum, est, quòd omnes inditis à natura nobis præsidiis, aliquo detrimento affecti, sine vlla cogitatione vti solemus, vt etiam cæteræ omnes animātes: aliæ nanq; cornibus, aliæ dentibus, aliæ vnguibus repugnāt, seseq; defendūt. atqui ad dolores vel omnes certe, vel plurimos calor adiuuat, quem profecto is auget, qui suum cohibet. calefacit enim doloris incitabula, cōtracto introrsus calore per spiritum, atque excoquit.

10 Cur metuētibus alui fundantur, *libidōq; vrinæ lacessāt? An quia calor insitus nobis, quasi animās est? hic ergo rē quancunq; timuerit, defugitq; cùm extrinsecus, tū conturbandi, tum cæterorū metuendi generū ratio inuehatur, atque in ima de superis defluat, & è summis ad intima sese penetret, efficitur vt alui, vesicæque fundantur, facileq; reddantur. Nā & *anethum & absinthium, & quæcunque vrinam mouent, eadē calida esse manifestū est. Quinetiam medicamenta aluo accōmodata calorifica esse nouimus, & partim eorū soluendi vim tantū obtinēt, partim vel aliter tabefacere queūt, vt allium vrinæ tabificum est. Hoc igitur idem, quod ea ipsa calor quoque efficere potest. quide summis in hæc loca sese cogit, & contrahit.

* ὑγρότης.

anethum.

11 Cur homines metuētes suos testiculos cōtrahūt? contrarū enim, vt remittatur, & flaccescat, congruū dixeris, cùm calor metuentiū in eum locum se colligat. An metuentes omnes ferè homines frigentibus sint? Cùm igitur calor summa corporis deserat, retrahendum sanè est. quamobrem ventris quoque murmur citatur, cùm timor vehemens detinet. Cutem quoque algentium summam videmus contrahi, vtpote cùm calor inde distribuerit omnis, ex quo subsequi horror consueuit. *Scortū ergo sursum conuel- * ἀ ὄγκις τοῦ αἰδοίου.
litur, atque eo contracte, vna testiculi contrahuntur, quod melius in coitu venereo patet. metus enim excernit, multisq; conturbatis, aut perterritis, gemturæ mouetur prosluuium.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO XXVIII.

Eorum, quæ ad temperantiam & intemperantiam, & continentiam, & incontinentiam pertinent: eiusq; quæstiones VIII.

QVR aliquid ægrotent, vbi vitā luxuriosè viuere assueti, agere luxuriosè cessārūt? vt Dionysius tyrānus, q; in vrbis suæ obsessione aliquantum tēporis à potu solito desitit, tabe ptin⁹ interes laborauit. *An cōsuetudo res magna cuiq; sit? iā enim in naturę habitū fermè abiisse videtur. Ergo vt pisces inter aerē, aut homo in aqua degēs male habeāt necesse est. ita q; more mutarint solitū, ægre atq; molestè ex consuetis discedunt: & eodem rediisse sibi saluberrimum habēt, perinde quasi ad suæ naturæ statum redierint. Tabescūt item alimento carentes, quo

* addit Græc. quæ in principiū ebrietatem vedit.

ante hac copioso, fumisimoq; vti solebāt. quòd enim cibo solito non vescūtur, perinde afficiuntur, ac si nullum penitus capiāt. Quienetiā materia excrescēs, atque inutilis mista cum alimentiæ copia, hebetascit exolescitq; immista autē ipsa innatat, ferturq; in oculos, aut in palmonē. quapropter cibo deinde ingesto solito tēperatur, dilutāq;, & innoxia redditur. Redūdat præterea vacās illa materia homini immoderate, luxurioseq; viuēti, vbi luxuriari aliquantisper desiit, eo q; multā in se materiā cōtinet indigestā, vitæ scilicet superioris congerie, qua tabescente calore genuino, ac intimo efficitur, vt flueta vberi velut copia nimis liquefacta moneātur.

2 Cur duorū tantūmodo sensuum ratione homines incontinentes vocamus, id est tactus, & gustus? An propter voluptates, quæ pariter nobis, ac cæteris animantibus omnibus per hosce sensus administrantur? Quòd igitur communes eas cū bestiis habemus, sperninus, & solas omnium, aut maxime vitio, probróq; damus. Itaq; hominē eis addictū vituperamus, etiā incontinentē, atque intemperantem appellamus quoniam à teterrimo, voluptatum genere ducatur.

3 Cur homines incōtinentes ratione tantū cupiditatis dicimus, cùm etiā in irascendo incontinentia sit? An quia incontinens est, qui contra rationem aliquid agit, & incōtinentia est alluetudo rationi cōtraria? Sunt autē cupiditates ferè omnes contra rationē, irę vero cum ratione non tamen ita cum ratione, vt ratio rubeat, sed inuectam contumeliam, causámve significet.

4 Cur continentiā, & temperantiam in iuuenibus, atq; ditibus maxime recensemus, iustitiam vero in pauperibus? An quia si quis re abstinet, cuius

enim maxime indiget, laudabilior, quàm si è cōtrario pauper igitur facultatibus indiget, iuuenis, & dues fruitione?

Cur minus sitim, quā famē tolerare possimus? 5
Verum quia sitis res magis anixa est, cuius indigentiam, quòd suauius sitientes bibimus, quā esurientes comedimus? tristius autē, quod sitiuori adueniat est. An quia calor, quo vnuimus, humidum magis, quàm siccum desiderat? An quia sitis rerum duarum libido est, potionis inquam, & cibi? fames vnius cibi tantummodo est.

Cur minus sitim, quàm famen patiamur? An 6
quia siti amplius cōtrahamur, quam fame: cuius indicium voluptas sanè facit, quam inter bibendum capimus vehementiorem. Tum etiam qui sitit, res duas desiderat, cibum, atque refrigerationem: potio enim ambo potio exhibet, at qui esurit, alterius tantum appetens est.

Cur incōtinentes eos appellare solemus, qui 7
voluptati cōtrectandi, aut gustādi exuberarūt? nam qui immodice re vtūtur venerea, & qui lautis delectātur ciborū, incontinentes vocamus. Ciborū tamen non eadem ratio est, sed partim linguā, partim gulam sua mouent suauitate: vnde Philoxenus grus collum à Dijs immortalibus sibi dari optabat. At vero qui ip videdo, audiendóve modū excedunt, non eodem vocabulo significamus. An quoniā voluptates sensibus hisce accommodatæ, communes cum cæteris animātibus habemus? ergo vt communes spernimus, notamus, solásque omnium, aut maxime probro damus: itaque hominē his deditum reprehēdimus, & incōtinētem, intemperantemq; appellamus, q; vitus à teterrimo voluptatum genere ducitur. Sed cū sentiēdi genera quinq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

fint, cætera animalia duobus tãtum, quæ modo dixi voluptatem fibi acquirũt, cæteris vel nihil omnino delectãtur, vel per accidẽs ita afficiuntur. Quòd enim videt, aut olfacit, tãtifper gaudet, quoad guftus, tactúfq; officio fruifcatur; cùm genus idipfum concupifcendi expleuit, illorum quoq; fuauitas defit, vt etiam nobis faftamenti odor cùm indigemus, fuauis eft: vbi fatiati, repletíq; fumus amplius fuauis non eft. Rofæ autem odor femper fuauis eft.

Cur minus rifum retinere poffimus, cùm alios noftros, familiareſqueu videmus? An voluptius, quod elatius, atque fafpenfius fit? atqui benevolentia fermè huiufmodi eft: ergo merito tunc ad furridendum mouemur.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO XXIX.

Eorum, quæ ad iuſtitiam pertinent: capita quæſtionum XVI.

QVAM ob cauſam cum maior iniuria fit offenſa, quæ maius in bonum accepta eſt, honórque maior fit bonum, maior iniuria pecuniæ æſtimetur, quàm honoris: & homines iniufti potius in re pecuniaria eſſe videantur? An quia multitudini pecuniæ honori anteponuntur, omnibúſque communes maxime habentur? honor autem paucis, raróque vſu contingit.

Cur

Cur depoſitũ denegare iniquius ſit, quàm mutũ? An quòd amico iniuriam facere turpe eſt? Depoſitũ igitur qui negat, amico iniuriã facit: nullius enim quicquã deponit, niſi credens, confidénſq; at is cui debetur, amicus nõ eſt: nõ enim mutuat, ſed dat, qui amicus eſt. An qa maior iniuria cõmittitur? præter dãnũ enim fides negligitur: cuius gratia quãuis nil aliud cogat, abſtinendũ ab iniuria eſt. Ad hæc, non par pari reddere vitio datur, hic igitur rẽ ſuã credidit tanquam amico, ille denegat tanquã inimico, at qui mutuauit, nõ dedit vt amico. Item qui depoſuit, cuſtodiendi, reddendíq; gratia dedit: qui mutuauit, fructus etiã ſiti gratia dedit, minus autem ægre ferimus iacturam, ſi quæſtũ emolumentúmq; *nobis petimus, vt piſcatores factam iacturam retium, æquo animo ferunt: periculũ enim exploratum ſibi habebant. Addo etiam, quòd qui ſuũ deponunt, hominũ vitantes perfidiam, fortunáq; laborantes aduerſa plerunq; id faciũt: q vero mutuant, pecuniis abundant, fortunatéq; degũt. Iniquius autem eſt iniuriam homini infortunato, quàm fortunato intuliſſe.

* Ἐπιβολαίων. * τὰ ἐπιβολαῖα.

Quã ob rem in foris nonnullis familiæ potius, quàm teſtamenti ratione ſententiã fieri ſolita ſit? An propterea quòd de familia mentiri nõ licet, ſed vera fateri neceſſe eſt? teſtamenta autẽ multa iam falſa eſſe redargui potuerunt.

Cur paupertas apud homines bonos potius eſſe, q̃ apud prauos ſoleat? An qa omnibus odio habetur, atq; expellitur, ad q̃os perfugit, rata maxime apud eos ſalutẽ, permanendíq; locum ſe poſſe aſſequi? è cõtrario, ſi ad prauos venerit, nunquã eos fortuna iſta fore contentos, ſed vel furta, vel latrocinia adituros: quibus rebus fata

rū, vt ipsa amplius apud illos manere nequeat? An qui homines probos optime se vsuros existimat, nec sibi petulanter contumelioseq; impiam facturos? itaq; vt nos pecuniarum depositā tute hominibus bonis credimus, sic etiā deum sibi dispensat, & statuit. An libenter se ad vxorem optimos confert, quia fœmina est, nō psq; prouide & virium & consilij, vt eiusmodi homines habeat commēdatam se esse magnopere velit, atque desideret? An quia malā est, nunquam se malis iungere velit? nam si ita maluerit, omnino malum irremediabile ipsa reddetur.

5 Cur non quemadmodum amplificantur iuriæ in pecunijs ita cæteris etiam in rebus valeant augeri? verbi causa, qui leue aliquid dixerit, non propterea rem quoq; reticendam putet: neq; qui vnum prodiderit, vel totam respublicā prodere propterea velit: ficut qui oculum abstulerit, etiam talētum auferret. An quæ sunt, quæ paucis quidem per impotentiam aut voluntate amplius inique committantur?

6 Cur depositum etiam parū denegare turpe est, quū debitū magnū? An qui depositū negat, hominē fraudat, a quo bon' ipse exilimat? An quoniā q hoc facit, illud etiam facere vult?

7 Cur homo q adeo *eruditione præditus est animantium omnium imustissimus sit? An quia ingenio cogitationeq; plurimū valet? an voluptates igitur, & felicitatem rimatur, maxime, atq; perpēsat quæ nisi cū iniuria nemo assequi possit?

8 Cur * diuitiæ magna ex parte ab hominibus prauis potius, quam bonis habeantur? An quia * fortuna cæca est, discernere sibi, atque iudicare quod melius non potest?

Cur illius habitū est hominibus vita fundā operā

operam ferre, quam vinis? An quia viui præsidio esse possunt, illi defuncti nihil præterea possūt?

10 Quam ob causam qui morā cum homine sano traxerit, nihilo reddi integriori corpore possit, qui cum robustiori, aut pulchriori versatur, quicquam in eiusmodi habitus proficiat? illo autem, & temperato, & bono qui se iunxerit, melior in his ipsis bonis animi euadet? An quoniam bona corporis animo imitari nō possumus, bona animi possumus? est autē quisq; bonus virtute animi, sanus virtute corporis. Assue fit igitur exēplo melioris recte modo lætari, modo contristari, quod is assuescere nequit, qui ēū sano est, haud enim quisquā sanus in eo est, vt lætetur, quib' reb' lętādū tristetur, quib' tristandū sit, nihil enim ex his sanitatē creare pōt.

11 Cur mulierē interfecisse iniquius sit, quā virumquā quā naturæ ratione mas fœmina præstantior est. An quia mulier imbecillior est, misericordē prōnde facere iniuriam potest? Item ei aduersus id, quod longe infirmius est, nihil virile, immo stolidum, atque iniquissimum est.

12 Quam ob causam reo dexter * apud iudicem locus datur? An vt ratio compendiū habeatur? Cum igitur res faciat accusatorem superiorem reo, status conceditur melior, vt se aduersario possit æquare. Cum etiam reus magna ex parte cauere consueuit, quod melius facere ita possit, si locum dextrum obtineat.

13 Cur si suffragia pari numero accusatori, & reo fuerint, reū vincere sanctum est? An quia cùm agitur causa, tunc primum ea audit reus, atq; respōdere, testesq; adhibere debet, aut aliquid facere aliud, vnde sibi præsidiū eruere possit? facile autē nemini est diuinare, quæ sibi præmolien-

da

da, prçparandáq; sint, vt testes, an aliquâ fidem alia, qua se innocentẽ ostẽdere valeat. At vero accusator, & antequam in iudicium vocet, reum disponere, atq; statuere potest, prout sibi libet est, & cùm iam accersiuit, fictis veri quibuslibet similibus agere: quibus rebus, cùm legũ auctor minui partes rei videret, fauendũ cẽsuit ei, quoties sentẽtiæ iudicum pares inter se fiant. Quod etiam hoc in iis maxime intelligere licet, quòd metus terruerit: multa enim ibi præterm attunt quæ vel ductu, vel factu sibi necessaria statuerũt. Atqui reus periculo semper ferè vtitur grauiori, vt amplius metuati ergo si ea præterm tere cogitur, qbus possit suã augere defensionem, dubiũ nullũ est, quin nisi præterm itteret, vincere aduersariũ posset: quãdo illis prætermissis, potuit tamen sui iuris præsidio æquipara Ad hæc, nostrũ vnusquisq; nocentẽ potius vult liberare, quã innocẽtem condẽnare: vt si de assertione libertatis, aut homicidij agitur, reũ liberare potius velimus nocentẽ, quam condẽnare innocentem, cùm enim quis ambigit, errem suscipere debet leuiorẽ. Nam etsi inquam etiam est liberum asseruisse, qui seruus est: tamẽ inquius seruũ sanxisse, qui liber est. Item quemadmodum si Q. inuehit crimen C. Iuliũ non protinus rem criminãti restituendam censemus, sed possidenti tenendã vsquequo iudicium fit: ita etiã de pluribus par esse putamus. scilicet iudiciũ afferentium iniuriam, & negantium parem numerum esse constat. Vt enim in principio cũ alter criminatur, alter inficias it gum authorem non criminãti fauere, sed reum iubere dominũ rei esse tãtisper debere, dũ accusator superet, oportere existimamus. Itidẽ ea

pari suffragiorũ iudicatur examine, reũ suorum impotem esse cẽsemus, cum sentẽtiis paribus nihil exuperãtiæ legum author accusatori reliquerit. Magnis itẽ delictis, magna supplicia statuta sunt, itaque si iudices iniusta sentẽtia homicem capite dãnarint, post suum errorem emendare nullam tẽporis facultatem nanciscentur, sed si minus integre liberarint, si hoc ita caute tamẽ fecerint, vt nihil præterea delinquere illis valet, quid quæso, errauerint iudices, q̃ hominem vsq; eo emandatũ liberarint? Sed si posthac etiã delictum idem commiserit, morte tum vltusq; delicti causa multandum lex præcepit. Item, hominis est profecto iniquioris ea cõmittere, quæ crimini assignari iniq; minus cõsentanea est. Iniuria enim vel per irã, per metum, per libidinem, per multas alias huiusmodi causas aduehi potest, non tãtummodo ex cõsulto: crimen autẽ ex consulto magna ex parte iniuste obiicitur: quamobrem cum sententiæ accusatore iniuste agere, pariter & reum deliquisse affirmẽt, improbúsque habitus sit, qui iniuste accusat, victoriã lex iure optimo reo impertit. Itẽ, nos etiã ipsis nostris cum familiaribus ita agimus, vt cũ eos deliquisse aliquid suspicamur, & tamen nihil certi habemus. sed pariter culpa vacare existimamus, non protinus ad plectendum veniamus: atq; si nihilo rem amplius percense re possimus, culpa eos omnino absolumus. Itẽ, grauiorem is facit iniuriã, qui ex cõsulto, quàm qui nõ ex cõsulto iniuriatur. Atqui planus, atq; calumnians semper ex cõsulto lacessit: qui autẽ iniuste aliquid fecit, aut per necessitatẽ, aut per imprudẽtiã aut prout aliter fors tulerit, delinquit: cúmq; partes sententiæ sint, accusator

iam

iam ex consulto iniuriam facere dimidio in-
tur sententiarū: reum autem facere quidem
iuriam reliquo sententiarum dimidio assen-
sed facere tamen ex consulto non constat:
cum grauiorē accusatur, quàm reus facere
iurā iudicetur, merito legum author eum
cere censuit, qui iniuriam fecit leniorem. Ad
etiā, quòd semper iniustior est, qui se latere
putat, & tamen facit iniuriam, quam qui se lat
re posse existimat. At qui immisse crimen cu
obiecit, eum quidem ipsum, quem suis vexat
lumnijs, haud vnquam latere se posse arbitr
tur, cæteri qui iniuriam faciunt, latere sese p
rique omnes eum existimāt, in quem iniur
animaduerterunt, ergo iudicari iniustiores
cusatores debent, quàm rei.

34 Quā ob causā qui ex balneis furatus est,
ex palęstra, aut ex foro, aut ex aliquo cius
loco, morte multatur: qui autē ex domo priu
ta, furti pretiū duplum exoluit? An quia in
mibus rem custodire melius possumus? nā
nies sumus, & clauis est, & familiarib⁹ res do
sticæ curæ omnibus sunt, vt tuto seruētur. At
balneis, cæterisque publicis locis facilis cus
facinoris perpetratio est? nihil enim ad custo
satis qui sua posuerit, habet. præter oculos, ita
facultas datur furādi, etiā si aspectū paulisper
uerterint. Quāobrē legū author, ratus sua ip
custodire satis nō posse, legē adhibuit minu
tem acerrime, vitā futuram nemini, qui furtu
publicis locis cōmiserit. Itē in domo penes do
num ipsum est, quem velit recipere, & cui m
nus credat, cauere. At ea q in balneis ęquā p
sunt, phibere neminē licet, nec ingredi, nec
gressū vestē suā ibi deponere, vnde surrepturo

sit, sed prout libitū est, eodē in loco surreptum,
& mulieri amicula promiscue iacēt. Quapr pter
legū author hominis rebus qui sua spōte furem
sua in domū exceperit, sibiq; errauerit, nō ma-
gnis admodū supplicijs cēsuit cōsulendū: iis ve-
rō qui cōmunē balnearū aditū, cōuersationēq;
habēt necesse est, supplicium furti grauissimum
præsagio statuit. Itē, q locis, quorū aditus omni-
bus patet, furtū cōmittūt, omnib⁹ patēt eo ani-
mo esse, vt & vitę seruari ne sui quidē commodi
gratia, vbi esse vnquā videri velint, vtpote qui
frustra se probos apud eos emētiantur, qui rem
norunt, palā ergo suā nequitiā prauitatemque
exercere incipiēt. At qui vni tantū palā fuerint,
dissuadere vel pecunia, vel re aliqua cōnātur, ne
facinꝰ patefaciat quo circa nō tota vita hi prau
persequerēt. Itaq; legū cōditor dāna his leniora
præscripsit. Itē ea potissimū delicta dedecꝰ reipu
blicæ afferūt, quę in cōsuetudinē, collegiaq; publi-
ca cōmittuntur: vt è cōtrario honore cōparant
summū ea maxime, quę integre publice agūtur,
nam enim fit, vt ciues & sibi, & exteris conspicui
sint virtute præ se ferre, & colere. At qui ciusmo
di furtis, non solū priuatim, qui suū amisit, detri
mēto afficitur, verū etiā tota respublica conui-
cijs lacessitur, & maledictis. Igitur dānis merito
grauioribꝰ is punitur, qui locis publicis, quā qui
priuatis in ędibꝰ furtū egit. Itē qui ex domo pri
uata rē suā amiserit, sine vlla cōtumeliosa affe-
ctione domi manēs, suū perferat carū. At qui in
balneis, aut alio id genꝰ loco amisere, ægre in-
de nudi discedunt, & plerique omnes irridentur. Quod lōge molestius, quā rei iactura est. Qua de causa legūlator dāna his statuit grauiora. Quin quā alia cōplura simili ratione leges præcipiūt:

τὰ μήτε πα
ρὰ γνώμ
γίνεται, μή
τε χλευα
σίαν
φέρει.

τε

vt qui homini magistratu prædito maledixerit, grauiter multari: qui priuato, nullo affici detrimento, & recte quidē: hic enim non tātum in magistratum deliquisse, qui maledixerit, iudicatur, sed in rem publicā etiam contumelioſe egisse. Pari sanè ratione, & qui in portu furatus est, non solum priuatim offendisse, verum etiā rei publicæ dedecus adduxisse putatur. Hęc eadem vel in cæteris reddenda ratio est, vbi aliquis in publicus conuentus, & compitum.

25 Cur si iudicum sententiæ pares aduersarię fiant, reum vincere solitū est? An & reus nullo ab aduersario detrimento affectus sit, sed similibus paribus victor euaserit?

26 Cur super furto damnum capitale statutū est, super contumelia, quæ grauior iactura est, æstimatur quod pati suo corpore, aut quantū tolerare debeat qui deliquerit? An propterea, q agere contumelioſe humana quædā affectio est, omnesq; homines plus minusue eius participes sumus? at furari nulla necessitate humana cogimur. Adde quòd qui furtum commiserit, idem agere quoque maluerit contumelioſe.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO XXX.

Eorum, quæ ad prudentiam & mentem, & sapientiam pertinent: eorum quæstiones XIII.

1 CVr homines, qui ingenio clarueriūt vel in studiis philosophiæ, vel in republica administrāda, vel in carmine pāgendo, vel in artibus exercendis melancholicos omnes fuisse videamus? & alios ita, vt etiā vitiis atræ bilis insectarētur: ceu inter Heroas de Hercule fertur, hic enim ea ipsa sacra natura putatur, & morbū comitialē sacrū illo, & Herculeū prisci nominauere. Puerorū quoq; motio mentis idē hoc explicat, & eruptio ulcerū, quæ mortē interdum antecedit. id enim plerisq; atra bile conflat. Et Lysandro Lacedæmonio proxime ante obortum genus id vlcerum euenisse. Adde Aiacem, & Bellerophontē, quorum alter penitus ad insaniā prorupit, alter loca solitaria persequebatur. Vide illud Homeri.

Ast hic quandoquidem grauior Dis inuidus errat ιε
In campos solus latos, inque auia vagus, ιε
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans. ιε

Quinetiā p eroſq; alios ex Heroum ordine morbo eodē laborasse cōpertum est. Annis vero posteroribus Empedoclem, Socratem, Platonem, & alios cōplures viros insignes hoc fuisse habitu nouimus, atq; etiā partē ordinis poëtarum ampliorem. Nam & multos id genus hominum morbi ob eiusmodi habitū corporis exercet, & aliqui suapte natura in eos ipsos affectus perspicue vergunt: omnes tamē fere (vt dictum iam est) natura huiusmodi exutere. Ergo cauſam primū exemplo haud sanè incōmodo vini capiemus? Vinū enim immodicum tales maximè homines reddere videtur, quales melancholicos esse affirmamus, moresque varios id cōdit, cum bibitur, vt iracundos, humanos, misereordes, audaces: quorū nihil mel, aut aqua, aut lac, aut eiusmodi aliquid efficere potest. Intelligi plānè, quā varios reddat homines licet, si quis potētes ipsum animaduertat, vt gradatim euadat. Vbi enim vinū hominē frigentem, taciturn-

núque à sobrietate accepit, paulo liberalior poculo resouet, excitátq; ad verba tum largioris potus verborũ vberem, eloquentẽ, fidentemque reddit: posthac processu potãdi amplioris audacem,* propẽsúmque facit ad agendum omne id plenius amplificato, in cõtumeliã, & petulantiam vertit: mox ad infaniã propemodum accendit, postremo, nimio ex potu resoluit, stultúmque agit in modũ eorũ, qui à pueris morbo laborant comitiali, aut etiã eorũ, qui vitiis atræ bilis maiorem in modum continentur. Igitur vt homo idẽ inter bibendũ mõribus immutatur varijs, vt níq; mẽsura quadã idem crebro à se discrepet: ita sunt qui singulis morũ genueribus adeo imbuerint, vt aliorsum nequeant cõmutari, qualis enim vinolẽtus hic est, talis quisquam alius flatus à natura est, scilicet alius loquax, alius subtile cõmotus, alius lachrymabũdus: nam tales vinum quoque informat. Ex quo illud Homeri:

Me victum Bacchi lachrymas effundere dicunt.

Quippe misericordes interdũ reddũtur, & alias efferi, aliàs taciturni. Sunt enim qui ruriss tranceant, & maxime qui ex melãcholicis mẽte seremè summota, cogitabũdi esse soliti sunt. Quos etiam ad amandum propensiores vinum facere adonetum est indicium, quòd sæpe qui potat, vel osculari eos adducitur, quibus nemo sobrius adire osculũ velit, vel quia deformes sunt, vel ætate proiectiores: vinũ tamẽ non longo hæc angustẽpore, sed breui. Natura sanè dum vita educit assiduis incremẽtis amplificat. Alij namq; audaces, & temerarij, alij taciturni, alij misericordes, alij timidi per naturã & institutũtur, & augẽtur quas ob res eandẽ esse causam cõstat, quia vel ab initio, vel natura mores cuiq; inseminate possit, & augere: eõsdem namq; in dies vi caloris omnia solent. Habitui igitur, naturæq; atræ bilis flatus cere datũ est. Quocirca vitia corporis, quæ flatum præ se ferũt, illúmq; dolorẽ atræ bili Medici tribuũt: & vinũ vere flatus mouere nimirũ potest: quamobrem simile ambo isthæc sortiũtur naturã, atra bilis, & vinum. Constat vinum eam habere vim è spuma, quam excitat, oleum enim quamuis calidũ, nihil spumat. vinum largè, simpliciq; nigrum, quàm albũ, quia calidius & corpulentius est. Vnde fit, vt cupiditatẽ veneris accẽdere vinum possit. quare nõ inepte Veneri iunctam Baccho autumant. Et melancholici quoque magna ex parte libidine affluẽtius excitantur cõcubitus. enim flatus copia agitur, cuius indicio, quòd penis ex parũ citissime in robur augescit insignem, nisi etiam flatus, non ita tumescere posset, atque etiã priùs quàm tempus promẽdi seminis sit, voluptas quædam gestiens pueris adhuc oritur, cũ iam pubi propinqui testiculi per libidinẽ prurijt: quòd scilicet ob idipsum fit, qa flatus per meatus trãsit, quà postea humor perfertur. Et seminis quoque ea cubendo profusionẽ, eiectionẽmq; à ipsius impellente fieri perspicuũ est. Igitur vel in osculentorsũ, vel poculentorũ ordine merito ea libidinem mouent, quæ locum genitalem flatu implent. Ex quo fit etiã, vt vinũ atri coloris talem hominẽ reddat, qualis melancholicus flatulẽtus est, quod late in nonnullis patescit: sunt enim magna ex parte duri, veniq; tumidi, quibus atra bilis redundat, cuius sanè causa est, nõ sanguinis, sed flatus copia. Sed cur nõ omnibus melancholicis, aut fuscis, colore inuẽta durities est, sed iis tantum, quibus vitium amplius inua-

Inerit, alia ratio est. Nunc de eo, quod principio explicare maluimus, agēdū est. Humoris id genus, quā atrā bilem vocamus, protinus sese cōstātiæ, naturæq; vniuersi corporis intermiscet, cōfundítque. Temperamentum enim omne caliditatis & frigiditatis est: quippe cum ex his duobus natura & seruetur, & cōstet. Quamobrē atra etiā bilis & calidissima, & frigidissima reddi potest, pati namque illæc ambo eadē aptissima sunt: natura est vt etiam aqua, tametsi frigida est, tamen si satis cōcaluerit, ea calidior, quā flamma ipsa sentitur. & lapis quoque, & ferrū ignita carbone calidiora euadunt: quæ quidē natura frigida esse nullum dubiū est. Sed de his dictū planius est, vbi de ignis natura, & opera docuimus. Atra autē bilis nō per summa, sed natura penitus frigida omnino ita se habet vt dictū iam est, si modū excedat, *hominē facit attonitum, aut obtorquentē, aut amens, aut formidolosum, sed si admodū incaluerit, securitatem animi, cantilenásq; parit, & *mentis alienationē, & vlcerum eruptionē, & alia plerāq; generis eiusdem. Partu igitur hominū maxime vsu quotidiano redūdās mores nihilo immitat, sed morbum melancholicum tantūmodo creat: at quibus habitu natura tali cōstiterit, mox hæ multa, & varia morum genera exoriūtur prauæ scilicet alius alia habitos intēperiē sortitus est. Exempli gratia in quibus multa & frigida bilis est atra, hi stolidi sunt, & ignauí: in quibus permulta & calida ij perciti, & ingeniosi amabiles, propēsi ad omnē excandescentiā, & cupiditatē, nonnulli etiā loquaciores. Multi etiā propterea q̄ ille calor sedi mētis in vicino est, morbis vesaniæ implicātur, aut instinctu lymphatico in

*ἀποπλα-
γίας.

*μανίας.

co inferuescent, ex quo Sibyllæ efficiuntur, & Bacchæ, & omnes, qui diuino spiraculo inuitati creduntur. cùm scilicet id nō morbo, sed naturali intemperie accidit. Maraeus etiam Syracusanus poeta cuiā præstantior erat, dum mēte alienaretur. At quibus minus ille calor remissus ad mediocritatem sit, priorib⁹ melancholici quidē, sed longe prudentiores, & quamquam aliqua in parte minus excedāt, multis tamē in rebus cæteris sunt omnibus præstātiores, alij in studijs literarum, alij in artibus, alij in republica. Magnum etiā ad subeunda pericula discrimen hic habitus affert: quippe cū multi metu varie moueantur, ob eam scilicet rem, q̄ ita à se ipsis differunt, prout incidit, vt vicer eius habitus gereret, habitus enim melancholicus, vt morbos varios creat, ita etiā ipse inæquabilis est: quippe qui alias frigidus in modū aquæ, alias calidus sit. Quamobrem cùm formidolosum quicquā denunciatum est, si habitus iusto frigidior sit, timidū reddet: tam enim metui auditu patescit, & metus ipse refrigerat, vt ex eis cōflat, qui metu perculsi obtremiscūt. Sed si amplius caleat, metus inuectus ad mediocritatē reducet, tēperabit, intrepidūm q̄ue proinde hominē seruabit. Quinetiam cùm ignitæ molestius animus tabescit, quod frequēter viu euenit, ratio perquā similis est. Fit enim expenumero, vt angamur, & animo succumbamus: sed cur ita nulla reddere causam habemus, aliàs contra, vt securitate animi gestiamus: sed quamobrē minime conflat. Affectus igitur tam alij, quàm illi superius explicati, paulūper quidem cōsistere in omnibus solent, omnes enim aliquid illius materiæ, facultatisq; sibi intermissum proculdubio cōuēt: sed quibus altè, am-

plitéq; cõstiterint, i) iam morũ qualitate quadam innoteſcunt,& nominantur, vt enim ſpecie inter ſe diſtant,non quia faciem habent,ſed quia facié talem,id eſt alij pulchram,alij turpem, & qui nihil ſupernacui gerunt,i) ſtata ſunt formaſſe etiam qui leuiter habitu illo conſtant: ij mediũ tenentiqui plene, i) iam diſtimiles multitudini euadunt. Nã ſi omnino merus bilis atræ habitus ſit,melãcholicos admodum eſſe neceſſum eſt:ſin autẽ quendam in modum temperatur,egregij,ſingulareſque inſtituuntur,hi tamen ſi parũ ſuæ valetudini conſulunt, facile in vitium bilis atræ labũtur,alij parte alia ſui corporis:namque in morbũ comitialem incidunt,alij attoniti fiunt, alij vehemẽtiſſime anxij, aut ſomniis dolofi reddũtur, alij maiorem in modum ſibi confidunt,& ſperant: quod etiã Archelao regi Macedoniæ vſu euenille accepimus. Cauſam vero tam variæ poteſtatis ipſe habitus dat,ſcilicet prout frigidus,calidúſue conſtiterit. Nã ſi vltra modũ frigidus ſit,moleſtiæ, anxietatéſq; ſpontè ſine vlla ratione naſcentur,ex quo morbũ laqueo ſibi cõſciſcunt, maxime quidem iuuenes, interdũ tamen & ſeniores. Multi etiam vinoſitatẽ ſeſe interimunt. Nonnulli vero ex melancholicis, vbi abunde potarunt,dolent,& animo vehemẽter ſuccumbunt:calor etenim naturalis à calore vini extingaitur,calor autẽ qui eam conſtinet ſedem,qua ſperamus,& ſapimus,facit vt ſecuro animo ſimus: qua de cauſa omnes ad voluptatem vſque prompto animo bibimus. Omnes animi ſpe bona vini copia afficit,quẽadmodum inuentus adoleſcẽtulos. Senectus enim parum ſperare poteſt,inuẽtus ſpe plena eſt. Nõ deſunt quos angor inter potandũ eadem illa de causa

cõprehendat, qua etiam poſt potum nonnullos occupat. Quib' igitur calore nativo emarceſcẽte oritur ægritudo,ij ſibi laqueũ potius petunt. quare iuuenes potius,quã ſenes laqueo ſe interimunt: alteris enim calor per ætatẽ marceſcit, quod naturæ agitur ordine: alteris per vim ipſi' effectus,quod cõtra naturã eſt. Quibus autem calor extinctus ſubito eſt, i) repente ſe interfecerunt,vt omnes miretur,eo quòd nullum indicij præceſſerit. Cùm igitur atra bilis perfriget (vt dictũ eſt)varias animi moleſtias, & anxietates [illegible] calidior autem cùm eſt, ſecuritatem [illegible] præſtat, quocirca pueri lætiores, ſenes triſtiores eſſe cõſueuerunt: alteri enim calidi alteri frigidi ſunt, quippè cùm non niſi refrigeratio quædã ſit ipſa ſenectus. Accidit vero vt calor ſubito cauſis quoq; externis extinguatur, quemadmodũ quæ præter ſuã naturã candent, ceu carbones aqua ſuperinfuſa extinguũtur. Vnde ſit etiam, vt ſedata ebrietate nõnulli ſeipſos necent,calor enim ex vino adiectus eſt,quo extincto,vſu euenit illa pernicioſa affectio. Et poſt coitũ quoq; venereum animo plerique omnes ſuccumbũt,reddũtúrq; triſtiores, qui tamẽ cõpiam excrementi ſuo cum ſemine eiecerint,illi lætiores,hilarioréſq; euadũtiquippe qui ſic excremẽto,& flatu,atq; calore nimio leuẽtur,ceteros triſtiores, demiſſioreſq; ſæpe Venus reliquit,eo q̃ parti neceſſariæ aliquo ſubtracto refrigeraturquod humoris eius paucitate,qui effluxerit patet. Summã igitur rationũ colligamus. Homines melãcholici varij,mæqualeſq; propterea ſunt, quia vis atræ bilis varia,& inæqualis eſt,quippè quæ vehemẽter,tum frigida,tum calida reddi eadẽ poſſit, & quoniam vinũ eandem

morum, obtinet intimendorum, (mores enim calidũ condit, & frigidũ omnium maxime, quæ nostro in corpore habẽtur) idcirco nos morum qualitate afficit quadam, informátque, vt vnũquod prout plus, minúsve cor pori internũ illum infusumq; est, varios reddit, flatuosum autem vtriq; est, & vinũ, & atra bilis cómq; ratio sit, vt portio quoq; aliqua tẽperata illius inæquabilem ordinis habeatur, flatúsq; modo quodã acquiratur integro, habitúsq; reipõdere calidor, frigidiórq; possint ob exuperantiam qualitatis, hoc efficitur porro, vt melancholici omnes in pessimorbum, sed per naturã, sint ingeniosi.

2 Cur per aliquas scientias habitũ nos habere censeamus, per aliquas non? An habitũ non sub * εὐρέσεως. per eas tãtũ adipisci putamur, quibus * vim inueniendi acquirimus? inuẽtus enim ex habitu est.

3 Cur omnium animantium homo prudentissimus est? Vtrum quia capite minimo est, collocet ad ius corporis proportionem? An quia * rarissime minimo est? ob id enim ipsum capitis quoque minutio accidit, & inter homines ipsos, qui minori sunt, capite, prudentiores nascuntur, quàm qui sunt grandiori. * σπανιώτατα.

4 Cur iuniores amplius mente valeamus, iuniores ocyus, dicimus? Quia natura parens, & author omnium instrumenta nobis duo inseruit, quorũ opera instrumentis extraneis vti valeremus, manũ, inquam, corpori dedit, animo mentem. Et enim mens quoq; rebus à natura nostris impertitis annumerãda, vicẽ tanẽ gerens instrumẽto. Cætera omnes ætatis, ætatisq; nostræ opera sunt, mentẽ ipsam opus esse naturæ fatendũ est. Vt igitur manu nõ tam inde ab ortu natura vti possumus, sed cum eam natura absoluit, perficitque

postea, (procedẽte nanque ætate, manus suum opus maxime efficere potest) ita etiã mens, quæ res naturalis est, non protinus, sed in senectute maxime nobis contingit, atque tunc potissimũ dilimmatur, atque absoluitur, nisi detrimento aliquo lacera, læsáque sit, quemadmodũ cætera quoque opera naturæ. mens vero posterior, quã manuum facultas accedat: quoniã instrumenta mẽtis posteriora sunt, quàm manuũ instrumẽta. est enim mẽtis instrumẽtũ scientia: menti namq; vtilis scientia est, vt obicini tibia. Manuũ instrumẽta rei pleræq; naturales sunt: natura autem ipsa, cuiusque res omnes priores sunt, quàm ipsa. Quorũ autẽ instrumenta propria sunt, facultates quoq; eorundẽ prius cõtingere consueuũ est: nihil enim crebro vtẽtes, conficere habitum solemus. & illa sic reciprocantur, vt quã vi rem hæc inter se gerũt, quorũ instrumẽta sunt, eadem instrumẽta quoq; ipsa inter se habeant, vicissimque quã instrumenta inter se, eadẽ illa, quorũ sunt instrumenta. Mens igitur ea de causa nobis senioribus potius cõtingit: discimus autem ocyus iuniores, quia rem firmè nulla tenemus, cũ eam res plerasq; scimus, nõ æque præmunit, cũ eam res plerasq; scimus, nõ æque præterea capere alias possumus. quomodo etiã memisse melius ea valemus, quæ mane primum percepimus: deinde procedẽte die memoria hebetamur, quoniam multa tam perceptamus?

5 Cur homini potius, quàm cuiquã ex cæteris animantibus credendum est? Vtrum, vt Plato Neocli respondit, quia homo solus omniũ animãtium nouit enumerare? An quia solos Deos venerator, & colit? An quia omnium maxime vim obtinet imitandi? hinc enim discere tam multa & varia potest.

6 Cur nihil in eo delectamur, quòd triangulus duobus rectis pares angulos internos vel habere spectamus, vel habituru sperabamusneq; in ali quo generis eiusdem nisi forte in speculatione ipsa delectãdi sit? hęc tamẽ æquo modo iucũda sanè sit, etiã si tribus rectis, aut etiã pluribus pares angulos habeat: sed nimirum tũc delectat, cũ aut ludis Olympicis nos victisse meminimus, aut apud Salamina navali pugna hostes superasse, aut tale quid futurũ speramus, nõ cum his ipsis cõtraria expectamus? An in rebus illo modi delectemur, q̃ vel fuerũt, vel sunt cõtra nostro, aut omnino humano, & operã? Cùm autem natura lege incommutabili ita esse voluerat, hæc fuæ tantummodo rationis contẽplatio nos alliciunt, & oblectant, sed cùm rerum gestarum perquam aduersa ratio sit, efficitur potiùs vt quæ inde profecta sint, in parte lætabilia, in parte tristia veniant. Omnis autem lætitia, tristitiæue ratione, aut vitamus, aut persequimur.

7 Cur medicus in sanitatẽ vsq; tantũmodo sibi operã præstat? Primum enim corpus extenuat, deinc̃ siccat, tum sanitatẽ inducit, post hæc nil vlterius agit. Vtrum quòd fieri nõ potest, vt ex sanitate aliud quicquã afficiatur? An si quid fieri possit ad aliã spectet scientiã, afferriq; præterea ex sanitate aliquid licebit? Ergo si omnia siccitate vel ex cõtrariis, vel ex mediis soleãt, constat, vt illud ægrotet, quod vel siccũ, vel humidum, vel tale aliquod est. igitur ex nimis frigido in nimiũ frigidũ, & postremo in iustam vicẽ caloris, vel siccitatis, vel humoris medicus adducit, trãsferens sese ex contrariis, aut mediis, dum ad eum deueniat habitum, qui sanitati accommodatus est; ex quo quidem nihil esse natura fert, nisi quòd medũ. Ergo aliquid præterea facere potest; vt enim extenuas venit, sic retrorsum abire potest. Sed ars nõ istuc profitetur semper enim quod melius est, id artis ratio & spectat, & facit. Itaq; nec vlla alia nec ipsa medẽdi ratio de sanitate quicquã aliud faciet, cum vel nihil effici amisse sit, vel rei destruendæ contrariũ, quãdo quidẽ eadẽ est scientia contrariorũ. Itaque vel in ædificãdi ratione nihil est, quod destruẽdi faciat. Nec vero vlla ars alia est, quę ex hoc quicquam faciat, nisi veluti ex parte, quemadmodũ sutoria ratio ex proscisso calceum reddit. Fieri namque posse iam aliquid ex aliquo ita potest, vt vel cùm illud disponitur, vel cum hoc destruitur, cõstat.

8 Cur hominem Philosophũ differre ab Oratore putamus? An quia Philosophus in rerum speculationibus agitandis exquirendisque suum studium positi? Orator his rebus versatur, quę contrariorum illorum speciminũ sunt? verbi causã, alter quid iniustitia sit, nouit, alter quis iniustus est: & alter quid tenor tyrannidis sit, cognitum habet, alter qualis ipse tyrannus sit.

9 Cur genus id hominum, quod Dionysiacotechnitas, id est artifices bacchanales, aut histriones appellamus, improbis esse moribus ina pta ex parte consueuerit? An quia minimè sese ludo sapientię dedunt, eo scilicet, quòd in arti bus necessariis magnam ætatis suæ partem consumunt, vitámque plurimum traducunt inconsentem, partim etiam cum inopia, quod quidem vtrumque vitia & gignit, & auget?

10 Cur veteres præmia certaminibus corporum posuerant, sapientiæ nullus quicquã statuerit? An quia iudices, quod ad ingenium attinet, vel præstantiores, vel nihilo deteriores nimirũ esse

iis debent, qui inter sese certant. Quòd si homines dispicta excellentiores certare debent, proponeturque præmium, arbitris sanè fide carentibus: verùm in certaminibus gymnicis quilibet suo tantùm aspectu iudicare integrè potest. Itaque author ille præmiorum tale suis hominibus certamen proponere noluit, vnde inimicitiæ, seditionesque maximæ exoriretur, hominesque cum in re sui corporis aliqua improbantur, molestè omnino ferunt, neque ut infesti reddantur, qui ita iudicarint. at si stolidiores iudices sint, iudicibus admodum ipsis succensent, atque vehementissimè ferunt quæ quidem res sedentaria, & stolida est. Ad hæc, præmium præstantius esse suo certamine decet: itaque certamina gymnicorum præmium optatius & præstantius quam ipsa eò certatio est: prudentia verò quonam præmium præstantius esse possit?

11 Cur homo maximè aliud intelligat, aliud sciat? An quia contrariorū eadem scientia est? An quia sapientiæ officium plura cōtingit, appetitus in vnum tantummodo profitur? atque homo mente magna ex parte viuit & ratione: bellua appetitu, ira, cupiditateque ducuntur.

12 Cur nonnulli *pecunias acquirere, nō imperdere consueuerunt? Vtrum quòd suis moribus mutant? An oblectamine, quod in spe posito ei alliciuntur?

*add. qui vitiose.

13 Quam ob causam qui grauiter, & suauissimè dormiūt, nihil somniant? An quia à sensibus, & intelligentia hominis tunc suo fungi officio potest, cum animus trāquillatur, & requiescit? quæ quidē reque, vel ipsa sciendi ratio constare videtur, quippe quæ animum sollicitat, atq; ex temeraria agitatione in trāquillitatem adducat. Ita enim

enim animus mouetur, vagatúrq; fieri non potest, vt aliquid vel sentiatur, vel intelligatur. Ex eo fit etiā, vt amentes sint pueri, & ebrij. & insanire facit etenim calor, qui animus in his est, vt maxime plurimo, vehementissimóq; inquietentur motu deinceps, prudētiores esse incipiūt. Quum enim vis illa intelligēdi sedata est, facilius sedatur, rerúmq; rationibus adsistit. Et quidem quo inter dormiendū somniāt, non alia de causa videre sibi illa videāt, quam intelligentia consistere, & requiescente, quod quidē somno contingit leuiori. Iactatur enim animus noster maxime in somnis, calere scilicet, qui vndique in se colligit interiorem: atque ita efficitur, vt plurima vehementissimáq; illa obiter iactationes, nullū interuenire somnio possit. Nec putandū, vt animus tūc conquiescat, & per se maxime sit, cum nullum somnium trahitur, vt multitudinis opinio est. sed cōtra omnino incidit, vt qui in motu plurimo est, nec paulisper quiescit, nihil intelligere nequeat. Plurimus autem motus cum suauissime quis obdormiscit, merito proferea est, q; tūc maxime larga caloris copia in interiora cōtrahitur interiorē. Animū vero contactum nō solum inter vigilandum, sed ne per quietem quidē intelligere posse, argumentū illud etiā est, q; in somnis, quos cibo ingesto primos agimus nulla facultas videndi somnij datur, cum maxime accidit, vt animus propter cibum ingestū cōcitetur: somnium verò ipsum occurrit, cū cogitantibus nobis, & ante oculos rē potentibus somnus accedit. Quapropter ea maxime somniamus, quæ agimus, aut acturi sumus, aut volumus. de his enim maxime cogitationes, imaginationesq; obueniunt, & qui instructi virtutib

tntibus sunt, meliora somnia vident, quod cum vigilantes meliora animadvertuntiquè deterius vel animo, vel corpore sunt affecti, deteriora accipiunt, quippe cùm etiam affectio corporis faciat ad somni visionem. hominis enim studio laborantis proposita quoqi animi vitiosa sunt, atqi etiam propter corporis perturbationē animus quiescere nequit. Melancholici ideirco somnia crebro excitari cōsueuerunt, quòd cum re largiore vrgente, animus moueri æquo amplius cogitur: quòd cum motus vehementior sit, merito dormire minimè possunt.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO XXXI.

Earū, quæ ad oculos pertinēt, centum quæst. XXX.

1 QVR oculo perfricato sternutare cessamus? An ob eam rem humoris respiratio moueatur? lacryma enim oculus perfricatus emittit, sternutamentum humoris copia excitatur. An quia plus caloris minus corrumpit, absumitque? Oculus autem perfricatus plus caloris sibi acquirit, quam nares contingente: quamobrem etiam si quis nasum perfricuerit, ipsum sternutamentum desistet.

2 Cur vno oculo exquisitius cernitur, quàm duobus? An quia plures motus duobus, quàm vno excitantur: quemadmodū oculis peruersis multiplicem agitari motum certum est: ergo duorum vnus motes non est, vnius vnus & simplex

ex, itaque efficitur, vt exquisitius vno, quàm duobus cernatur.

Cur homines irati oculis maxime erubescūt, 3 pudefacti auribus? An quoniā oculi refrigerantur eorū, quos puduit? pudor enim in oculis est, nec respicere valent, quos pudor tenet: & timor quoqi refrigeratio loci eiusdē est, calor autem in partē transit aduersam, quę posterior est: aures vero satis ex aduerso positæ sunt: itaqi pudore maxime erubescunt. Iratis porrò præsidiū in eam partem tanquā violatam transmittitur, quę & sensu, & motu facilior est: nam & in metuendo calor eam ipsam maxime deserit.

Cur altero oculo apprehenso, alter cōstantius 4 cernat? An quia oculorū initia ex eodem depēdent? cùm igitur alter moueatur, cōmune quoqi aliud moueatur initium, quo mouente, alter etiā oculus moueatur necesse est: quamobrem altero apprehenso, vis illa communis tota alterum mouebit: itaque plenius contendere poterit.

Quā ob causam qui cæci ab ortu naturæ sunt, 5 cæli nunquā efficiantur? An quia humor cùm redundat in capite, oculos vehemēter infestat? qua de causa quibus fluctiones oculos vrgent, venas temporum ferro candente Medici tangunt, quo humoris foramina obcæcentur, atqi desiccent, & caput quoqi dissecta cute, obscalpere consueuēre. Cùm igitur humor excrescēs, vicinaque in capite oculis detrimento sit, fieri potest, vt minus humoris in caluaria ob id ipsū consistat, quia magna parte lapsus in oculos est: & cum excrementis humorū, mariāque inutilis capillus prouenial, (quæ quidem in capite cæcorum ab ortu naturæ large redundant) merito nunquam isti calui efficiantur.

Cur

6 Cur homines qui oculis prominentioribus sunt, magis à fumo infestantur? An quia fumus citissime oculis protendentibus ingerit?

7 Quā ob causam vtrunq; aspectum simul deuertere dextro, sinistróq; versus, & ad nares nemittere, atq; etiam alterū dextrorsus, sinistrorsúsq; deducere possimus: vtrunq; vero seorsum alterum sinistrorsus, alterū dextrorsus simul distrahere nunquam possumus? Quinetiam deorsum, sursúmq; haudquaquā ita cōuertere licet, quāmis faculras simul dimittendi in idē deferri dictū est, An propterea, q quanquā duplex aspectus sit, ex eadē tamen origine, atquo modo nexus, aptúsq; depēdet? vbi autē ita est, quoties alterum extremum mouetur, reliquum extremum sequatur eodē necesse sit: alterius enim extremi principium extremum reliquum est. Quōd si res vna simul, ac eodē in tempore nunquam in partes aduersas moueri queat, nec aspectus in partes aduersas moueri poterit: quippe cùm ita cōmittatur, vt extrema in partes moueātur aduersas, siquidē alter sursum, alter deorsū mouebitur initiumq; sequi vtrunq; necesse sit, quod impossibile est. Oculorum vero limbus euenit, quia globi cōnentur principio, quo & sursum, & deorsum, & latera versus lubrico sese vertere possint. Cùm igitur ita positi sunt, vt situ inuicem simili respondeant, atq; medium teneant, mouendi sese sursum, deorsum, latúsq; versus, eodémque in puncto sibi pupilla habeāt, tunc situ interea mo cōstant, præcipuèq; mobiles circumagūtur atqui eodē in puncto pupillas continent, hinc quidē non sunt, discrepare quanquam inter se possunt: & alias parte alba retracta, nigræ omnihil occultur modo eorū q sternutaturi sunt

alias in angulum exteriorem nigra connellitur, vt scriptis: alias in interiorem nares versus inclinat, vt tragicis, laruis, hominibúsque acerbis, seuerísq; sunt enim contuitu graui, cogitabundique. Quoties vero situ dissimili globi positi sunt, sed puncto eodē radij profluunt, aut situs similis est, sed punctum nō idem, limis oculis hominem esse necesse est. itaq; hic suspicit, & oculis contrahit; globum enim eundem in hanc locum collocare conatur, atq; alterum firmum efficere, alterum agitat. Haud enim fieri potest, quin limus sit, qui nō eodem de puncto radios deprimat, quippe qui dimotum cōtuendi principij habeat, perinde ille, cui res vna geminata oculo suppresso videtur. Ergo si oculus sursū demissus est, terminus inspiciendi deorsum est: & si oculus lapsus deorsum est, terminus sursum habetur. Oculo tamen vno situ suo dimoto moueri quidem res visa sursum, deorsúmue ob id ipsum videtur, quia pupilla ita se mouet: sed geminari haud vnquam videri potest, nisi duplex conspectus sit, peruertatúrq; ratio videndi: ita fit, vt strabonibus res eadem geminari videatur, causam situs habet, eo scilicet, quòd oculus non suo medio nexus, locatúsque est.

Quāobrem * qui cognomen luscioſi habuerunt, literas minutas scribere cōsueuerunt: minus enim vt qui obtusis sunt oculis, rem faciāt, quam earū facere interest, qui acumine valeant sensūs. Verum qa proxime posita magna esse videntur: alij autē oculis proxime admotis scribere solent. An quia contractis palpebris scribūt? fit enim per imbecillitatem vt si laxatis, distractisq; oculis scribant, aspectus distractus, palpebræ verò retractis & cōmentibus, alias

* ἐι μύωπες

vniuersum depromptus acutius videat. Quòd tamẽ angulum informat exiguũ, efficit necessario, vt exiguæ literæ scribantur.

9 Cur nõnulli post lippitudinẽ acutius videant? An ea purificati oculi sunt? fit enim sæpe, vt exterior densitas pupillæ aciem arceat: quæ lacryma emissa laxatur, atq; resoluitur, quamobrem prosunt interdum quæ mordent, lacrymã euocant, vt sæpe obsunt quæ tantummodo exficcant, vt origanum.

10 Cur vno videre oculo impatibilius sit? An quia minus animo, qui ita cernit, afficitur: quo fit, vt minus affectionis contrahatur?

11 Cur distracta conspectuum societate, res vna geminari videatur? An propterea quòd oculi vtriusq; radius non ad punctum idem deuenit? ergo quod bis noster animus inspexit, inde geminum se inspexisse existimat. Proximum euenit, cum digitos mutatis vicibus implicamus. Itaque aliquid tangimus: duo nãque sentimus, eo quòd vnum bis tangimus.

12 Cur sensus dextri nihilo, sinistris præstãtiores sint, cùm in cæteris omnibus dextra sinistris cõmodiora habeamus? Vtrum ex cõsuetudine ita fiat? tatum enim cùm nati sumus, vtrumq; sensile exercere incipimus. Pars autẽ dextra exercitatione insuescere, ing; frugẽ euadere meliorẽ videtur: efficit namq; vtriuq; dextri per consuetudinẽ possunt. An quia sentire effici est? pars autem dextra præstantior propterea est, q; efficacior: & affici perucacior, quam sinistra est.

*ἀμφιστίζειν.

13 Cur in cæteris dextra suis sinistris præstãtiores sunt, sexus nullus dexter suo sinistro interest? quia parte sentiendi vtraq; pariter vti à primo natali die consuescimus? Adde tameo quòd ratio

ilã sentiendi affectio quædam est: dextrarum autem partium differentia in efficiendo, non patiendo sita est.

14 Cur exercitatio corporis incõmoda oculorũ optimum est? An quia exercitatio sanguinẽ efficiat ficciorem, sicut etiã reliquum corpus? ficcior autẽ totã cutem indurat: ergo vel eam, qua pupilla integitur. Quapropter homines natu iã grandes obtusius vident: oculi namq; senum tunica dura, simulq; rugosa, teguntorum; vis illi conspiciendi cooperitur, & delitescit.

15 Cur homines luscij cognominati, qui obtusè vident, literas scribere minutissimas possint, cùm rem minutã perspicere illi valeant, qui acumen oculorum præstant? An quia cõspectu sunt imbecilli, palpebras contrahant in angustum? Cùm enim radius profluit vniuersus, acutius exterrare potest: cõtra laxo, diduq; oculo, diffunditur, ob eãmq; rem haberescit. Ergo imbecillitas facit, vt palpebras cõtrahant in angustum, quòd cùm ex angusto inspiciant, exiguam magnitudinem videant; quantãque vident, tanta perscribant necesse est.

16 Sed cur iidem illi cõtractis palpebris videãt? An propter sui cõspectus imbecillitatẽ? Vt enim manu rebus sepositis admouent, sic palpebras extra positis perinde quasi manu adiciũt, quod illas facit, vt radius per locũ sese depromens angustiorẽ, congestior profluat, ne protinus ex fetulo proficiscens diffrabatur, videt autem is acutius, qui frequentior, collectiõq; prodierit.

17 Cur non res vna geminari videtur, cùm in latas oculum vertimus? An quia cõspiciendi primordiũ eadẽ item in linea situm est? tunc enim res geminari videtur, cũ illud mutatũ sursum,

deorsúmve est. in latus vero nil refert, nisi vna etiam sursum moueat.

28 Cur in ratione videdi tantũ fieri possit, vt res vna geminari videatur, si quodammodo inuicē oculi loecturin cæteris sentiēdi generibus fieri identidē nequeat? At etiā in ratione tangendi cũ digitos mutatis vicibus implicauimus, fit vt res vna duæ sentiatur in cæteris hoc idem fieri nequit, quia cætera membra, quibus sensio administratur, neque foras versus deducta, neque bina tam inter se apta, colligataq; suo fungũtur officio. Fit ita in ratione videdi eadem de causa, qua in tangendo perplexis (vt dictũ est) digitis, tactus enim visum æmulatur, & sequitur.

29 Cur oculus sinister nihilo imbecillior est, sed æquo modo, atq; dexter videre potest, cùm reliquæ corporis partes omnes fingulæ inualidiores, quàm dextræ sint? An quia pars dextra in eo discrepat à sinistra, q efficacior est, non in eo q affici aptior? Videndi autem vires non vt afficerent, sed vt afficerētur cõparatum à natura est.

30 Quam ob causam cùm cæteras intuemur res, cõspectus noster fisthiscit, atq; deterior redditur cùm ad virides, & herbescētes inspicimus, vt olera, cæteráq; his similia, recreatur, meliórque euadit? An cõspectu in alba, nigráve intendere minime possumus, propterea quòd virũq; id genus colores videdi viribus officit? colores autē illi, quibus oculi acquiescunt, medium albi, nigrive obtinēt: itaq; aspectus cum mediocri lenitate obtuse afficiatur, nihil debilitatur, imo vero corroboratur, atq; reficitur. Et forsan quemadmodū cùm corpora nostra vehemēter laborant, deterius habēt, cũ mediocriter, optime afficiuntur: ita etiā oculi, cùm ad res solidas contendãt, laborãt, lassantúrque: cùm ad humidas, molliesq; q nihil sibi obstat, passim oberrant, & licentia perliquescũt: cõ ad virides, q illę vt solidę mediocriter sunt, ita satis humoris cõtinēt, neque vllo detrimento afficiuntur, & ad immo rudum in hisce amplius instituntur, eo q coloris huiusmodi habitus modice se cõspectui offert.

Cur cætera melius vtroque oculo cernimus, 31
rectam versuũ virgulam vni literis admouētes inspicimus exquisitius? An quia radij oculi vtriusq; non sine perturbatione in idem concidunt vt * authores conspiciendi rationũ affirmant? itaq; cùm vno inspicimus, & reliqum constringimus, tanquam regulam melius quod rectum est, deprehendere, iudicareque habemus.

Cur fumus oculos potius infestat? An quia in 32
firmissimi sint? infirmissima namq; omnia, quæ corpori interserta occultantur, indicium, q acetum, & quodque acre carnẽ nõ exteriorem, sed interiorẽ demordet. An quia laxiores, resertiq; meatibus sunt? cõspectus enim per quosdã meatus protruduntur, & excidunt, itaque quod his mordacissimũ est, cæteris corporis partibus ob nullũ subire desiora nõ potest, sed perreptat, & decidit, æquo modo & cepe, & quecúque talia oculos mordet. Oleum omnium maxime humorem ad facit, quia tenuissimum est, ob eámque rem meatibus se expedite insinuat: acetum reliquis partibus corporis pro medicamento est.

Cur oculus solus omnũ membrorum non ri- 33
gescat, cum infirmissimus sit? An quia optimus est, nec carnis quicquã in se cõtinet? quod autẽ tale est, securũ manere à frigore pót. Haud enim audiendi sunt illi, qui propterea rigere oculos negant, quia vis illa conspicienes agnis est, non

* li 1 vis. 2 ad.

eũ talis in oculis ignis est, vt calefacere valeat?

24 Cur lachrymę, quas mœrẽdo emittimus, calidæ sunt: quas oculis laborãdo, frigidæ? An quia frigidum, quod incoctum, crudúmque est: calidum, quod cõcoctum? Languorem autem omnem ex cruditate proficisci nullum dubiũ est: quod cùm lachryma cruda eorum sit, qui valetudine oculorum laborant, non immerito frigida est. Hinc medici sudorem frigidum argumentum graue esse morbi existimant: calidum contra decretorium esse, & salutarem, cùm enim vacans materia multa est, satis à calore interiori concoqui minime potest: itaq; frigidam esse necesse est, cùm pauca est, plene à calore vitæ concoquitur: morbos autem copia vacantis materiæ conficit certum est.

25 Quare cũ partes corporis nostri dextræ mobiliores sint, oculus sinister expeditius, q̃ dexter cõtrahitur? An propterea quod omnia sinistra dextris humidiora sunt: humidiora autẽ cõtrahi plenã possũt? An dexter amplius efficere potest: sinister vel ex se, vt humidior, obsequẽtior sit?

26 Quam ob causam cùm & senex, & luscus per imbecillitatem parum oculis valeat, alter proxime admouet, si quid inspicere vult, alter procul abducit? An quia dissimilis eorum imbecillitas est? Senex enim quia videre non potest, vbi minus radij cocunt, rem videndam eò abducit, vbi visurus maxime est: procul enim coire radij solent. Luscitosus ille videre quidem rem illic potest, sed quonã rei cõspectæ causa sint, quæ excedãt, discernere nequit, itaq; in his fallitur.

διέξοδος causa quippe, & *excedẽtia splẽdore discerni maxime possunt: quem, quoniã procul percipere, quemadmodum rei obiectæ ingruat, nequeant, prox-

proxime adducunt.

Cur homo solus, aut certe maxime animãtiũ 27 omniũ oculis deprauetur per limitatẽ? An quia vel solus, vel maxime comitiali morbo in tenera ætate laborat, cũ deprauari omnibus accidit?

Cur vni animantiũ homini trãsuerti, depraua 28 riq; per limitatem oculi possint? Vtrum quod oculos minimo interstitio discretos, è directóq; positos homo habet, perspicit: ideirco mendã in eo maxime posita? An quia cæterorum animãtiũ oculi vnicolores maxime sunt: nec depraua tio sequeretur, si vno quolibet colore præditus oculus esset? An quia solus ex omniũ animantiũ genere morbo comitiali rapitur: quod gen* morbi transsuertere oculos, sicut cætera etiam membra potest, nõnullis tamẽ, vt sero eo morbo vexari incœperẽ, sic lumina sero deprauantur.

Quã ob causam manu præ lucerna, aut Sole 29 obiecta melius inspicere possimus? An quia lucernæ, Solisue lux nostris occurrẽs luminibus, reddit suam ob nimietatem infirmiora, quippe quæ rem etiã sibi cognatã interimere præ sua possit exuperantia? at vero manu ita arcẽte, nec luminũ acies officit pũt, & res visui obuia nihilomin* in luce posita est, vnde fit, vt & acies plenius agat, & res inspectãda nihilomin* videatur.

Cur manus dextra & pes dexter à suis sini- 30 stris differunt, oculus & auditus nullo discrimine distant? An quia immista, synceráque elemẽta sũtque dẽque sunt, discrimen vero situ in his est, quæ elementorum coitu constant? sunt autem sensus illi synceris illis, immistíque: visus scilicet ex igne, auditus ex aëre.

FINIS.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO XXXII.

Eorum, quæ ad aures pertinent: eorum quæ sunt aures XIII.

1 CVR aures, quæ omnium maxime partium nostræ faciei euanescunt, rubore magis afficiuntur, quæ nos pudor apprehenderit? Vtrum quòd peregrinus humor partem adire maxime aptus natus est? itaque cum calore per pudorem orto resolvitur, statim se in aures colligit. An quia tẽporibus appositæ sunt quo verius maxime humor confluit? Cum enim hominem pudet, * calor se in faciem recipit, itaque ruborem adducit: aures vero minimo in ea profundo extant, naturâq; calidissimæ sunt & coloratæ, nisi longe frigoris rigore obtorpeant: eo hæc particula omnium faciei partium larum coloris est optimi, quam ob rem passim dispersúsque calor, quòd per summa res teneto rubicundas reddere potest.

*horum.

Cur vrinãtibus aures, dũ inter mare sunt, rũpi soleant? Vtrũ quia retẽtus spiritus impetu cogit vehemẽtiori? An si causa hoc haberet, idem vel in aëre fieri posset? An quod nũ cedit, dissipi ocyus potest, & à duriori, quàm molliori facilius? Quod itaq; insitum est, manus cedit: aures vero (vt dictum iam est) spiritu retẽto inflantur: itaque

itaque ab aqua, quæ aere durior est, obtunduntur offensæ, atque rumpuntur.

Cur vrinantes spongias alligare auribus con- 2
sueuere? An ne mare per vim occurrens aures rumpat? haud enim ita ſtipatæ impleri, vt inaures exemptis spongiis, possint.

Cur sordes aurium amaræ? An quia putri su- 4
dore contrahuntur, qui salsus, amarus est?

Cur spõgiari suas dissecãt aures, & nares? An 5
vt spiritũ cõmodè reddãt? hęc enim esse sperãdi materia videtur. Laborare quippe difficultate spirãdi eos affirmãt, dũ foras emittere animã non possunt, ideariqi, cũ perpellẽtes extrudũt. Mirũ tamẽ, si respirãdi allequi facultatẽ refrigerationis gratia nequeãt, sed esse id necessariũ magis videatur. An merito pl' in retinẽdo laboris sũt, cũ corp' extumeat, distẽdatúrq; spirit' vero foras spõte efferri posse videt? An intus etiã tendere ita posititcogitãdũ tamẽ æque videtur? Pleno vero lebete demisso, respirãdi via vrinatori hoc moliũtur, haud enim aqua lebes impletur, sed aëra seruat ad demersum hominẽ vsq; quo per q̃ crectus per vim demittatur, vt vndiq; æqua humus defecẽdat, nã si qnãtũlibet inclinauit, humore ꝓtinus interrũpẽte impleatur necesse est.

Cur nõnulli, cũ supa inscalpũt aures, tussiunt? 6
An ea sensus audiendi foramẽ cũ pulmone, canalíq; ab asperitudine cognominato fortũ indidũq; his ipsis repletis, obseptisq; homo surdescit? Humoris itaq; aliquid è fractione ista aurũ inquietet, atq; in canalẽ, quẽ modo diximus, per foramẽ illabitur, quod tussim mouere põt.

Cur sinistra auris ocy' magna ex parte plora 7
ta cõsolidari, quã dextera potest? quocirca mueres altera marẽ vocãt, alterã fœminã. An quia

partes sinistræ humidiores calidioresque sint, quæ autem habitu huiuscemodi sunt, confabulari possint facilius. Vade in plantis etiã ferendis; atque viridibus coitus, concorporandique vnio facilius agitur. Et vero vlcera iuniorum promptius compaginantur, quam seniorũ. Augumentum, partes sinistras esse humidiores quòd meliores sunt, atque effœminatiores.

8 Quam ob causam pudefactis aures sumere rubescant, iratis oculi? An quia pudor in oculos refrigeratio quædam cum timore est? itaque dolor iure oculos deserit, quòd cum inde secedendum sit, locum sui capacissimum petat necesse est, quales certo summæ sunt aures, cæteræ autem quæ partes longæ ossibus omnes cõpactæ sunt. Iratis contra calor in oculos, totámque faciem reuocatur: sed conspectior in oculis est, videlicet albi eorum cõloris ratione.

9 Cur aurium sonitus accito strepitu cessent? An quia minorem strepitus amplior pellit, & eruit.

10 Cur si aqua lapis in aurẽ sit, oleũ, quo humor effluat, instillamus? nullo namq; humore alio fluere potest. Vtrũ, vt quoniã oleum per summam aquæ innatat, eiq; aqua præ lętitate adhærens, fluẽte oleo aqua etiã ipsa effluat? An vt per fabricã aurem labens aqua excurrat, oleum eam vtpote leue facit, vt propere labescere possit?

11 Cur minus aures vrinãtibus rũpantur, si oua sibi stillatum habentes, in mare interrumpant? An ratio, cur rumpi aures possint, ante expedita est, oleũ vero in aures instillatum facit, vt mare superueniens relabi facilius possit? quomodo & partes corporis exteriori peructa fieri mouemus, labens autem istum parti interiori aurem nullum inuehit, itaque disrumpere non potest.

Quã

*Quã ob causam aures cũ exãgues adeo sint, pudore erubescere possint? An res quæq; ferri in eum soleat locũ, qui sui vacuus est? cum ergo sanguis efferri sursum calidus videatur, aures maxime, partémq; inanissimã aditi ità qi rubore suffici. Quod idẽ intelligẽdũ de genis etiã est. Adde & tenuissima cutis, quæ distenta est, ita fit, vt rubor percipi in auribꝰ præcipue possit.

Cur nemo oscitãs aurẽ scalpere suã audeat? an quia mẽbrana etiã, per quã audimꝰ, inflatur? cum oscitamus, indicio quòd audiendi facultas cohibeatur; cũ oscitamus, spiritus enim vt in os, ita aurem in aures interrũpens, membranam expellit, ac prohibet, quominus sonus ingrediatur. Quod cum ita sit, si sedem audiendi, cum oscita mus, auris calpio tetigerimus, plurimũ membrana lædemus. Ictus enim ad obsistentẽ, remittentémq; spiritum, non ad cedentem inferetur, & mẽbranã abiunctã solidis esse certũ est; quare dolor ita moueri, vulnúsq; excipi facile potest.

*verecundi

*dentes erũ bescunt.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO XXXIII.

Eorum, quæ ad nares pertinent: cuius quæstiones XVIII.

CVR singultus sternutamento sedari queat ructus nequeat? An quia nũ partis eiusdẽ vtraque ista affectio est, sed ruptus ventriculi, singultus vero refrigeratio, cruditásq; spiritus, atq; humoris pulmo ad commotissimi est, sedes autẽ cerebri rem cum pulmo

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulmone cõmune sortita est quod quidẽ ratione constat auriũ, interdũ enim surditas accidit simul & morbos ipse auriũ in pulmonis vitium trãsit, & nõnullis tussis statim mouetur suas sedes pẽtibus aures, loeũ autẽ sternutandi rem naribus esse cum pulmone cõmunem respirato docet, quæ cõmunis vtique est, sternimus itaque loco eo ipso calefacto, calorem autem eius locus sentit inferior, cuius singultus est, calor vero vim obtinet & coquendi. Quãobrem aceto etiam, retentioneq; spiritus fiunt singultus leuior potest spiritus enim retẽtus satis cõcalefecit. Vnde fit etiã inter sternutandum, vt spiraudi retẽtio idẽ obductis afficiat. Et conuenienter quoq; spiritia superiori de loco educitur quippe cum fieri nequeat, vt quis sternutet, niſi expiret. Impetus itaq; spiritum intercluſum rumpit, dispellitque, qui singultum ciere potest.

3 Cur si quis sternutaturus oculũ perfricauerit minus sternutet? An ppterea quod sternutamentum à quodã excitatur calore? fricatio autẽ calorẽ ciere potest qui calor, quoniã locus, quẽ sternutam*, oculis in propinquo est, alterũ sternuendi calorem tollit, quemadmodum minor ignis ab ampliori emarcescit, atque absumitur.

4 Cur bis sternuere magna ex parte solemus non semel, aut ſæpius? An quia binis naribus vtimur? per vtramque itaque narem venula partita diſcurrit, qua spiritus solet permanare.

5 Quam ob causam, qui Solem aspexerint, sternutare magis consueuerunt? An quia Sol calefaciens mouet perinde, atq; qui nares penna follicitat? idem enim vtriq; agunt quippe qui per motum calefacientes ocyus spiritum ex humore eliciũt, cui* excurſio spiritus sternutatio est.

Cur

Cur singultus sternutamẽto finitur, & retẽtio spiritus, & aceto? An sternutamẽto, quia spiritum cohibetur inferior, atq; circũobſiſtitq; nẽ-dũ medicina parti superiori adhibita alu* mouet immutatur? Spiritus retentione leuiores fiũt singultus, eo q exiguus spirãdi impetus, si pauliſper retinuim*, vt in tuſsi deſsiſtit, sic etiã in singultu reprimitur, cogitur, strangulatur. Aceto ideireo sedatur, quia humor circumdans, ac prohibẽs eructãdi licẽtiam, in spiritum per vim aceti calefactũ, exiã extenuatur. Fit enim rubrũ, cũm ventriculi humor recalescens inflatur, atque concoquitur. singultus vero, quoties spiritus vacãs ab humore in loco spiritui deputato retinetur. Hinc enim dũ enititur, nec erũpere potest, diſtentionẽ inducit, diſſentio appellata singultus est. Inde fit, vt singultus, vbi malum, oriatur, frigus enim humorem spiritui obductum coãgit, spiritus circumuentus exilit, cuius commotio non niſi singultus est.

6 Cur aquam nonnullis frigidam in faciem fundimus, cùm è naribus sanguis effluit? An ita calor intus se colligit, atque circumobſiſtit, qui sanguinem summum reddit liquidiorem?

7 Cur sternutamentũ pro numine habetur, nõ nũſiat, neq; grauedo? An quia de capite cẽbrorum præcipue omnium diuino, vnde cogitatio eſt, fluũ ducit principium? An quia cæteri illi affectus ratione morbi eueniãt, hic secus exultet?

8 Cur oculo perfricato sternutamẽta deſsiſtũt? An quia humor lachrymam quippe oculus poſt frictionẽ emittit: sternutamẽtũ autẽ humoris expia excutitur. An quia minor calor ouripi ab ampliori, cũmq; põt, oculus autẽ perfricatus pius caloris sibi acquirit, quam sit,

quem

quē nasus cōplectitur. Hinc etiā fit, vt si nasus quis perfricet, ipsum sternutamentum desistat.

2 Cur eruptio cæterorū, vt flatus, vt ructus, * spiritus vt flatus. cra haudquaquā habetur sternutamēti sacra habita est? Vtrum quoniā cùm tres partes principes sint nostri corporis, caput, thorax, & alium flatuū; alui aspiratio sit, ruptus ventriculi, sternutamētū capitis, quæ pars sacra præcipue est, spiritum hunc exeuntē, vt sacrum veneramur & adoramus? An quia spiritus omnis eruptio partes, quas modo dixi, melius sese habere significat? cùm enim minus sternuere queūt, spiritus erūpens levat, ac mitigat. Ergo sternutamētum quoq; bene caput valere, posseq; cōcoquere, indicio est, cū ejs capitis calor humorē, spiritūmque cōmixtum, tūc moueri sternutamentū solitum est. Quamobrē moribundos interdum sternutorio excitamus, tanquā si hoc affici nequeant, spes nulla salutis sit. Perinde igitur quasi boni indicii valetudinis partis optimæ, atq; sacerrimæ sternutamentū adorant, beneq; augurātur.

10 Cur homo omniū maxime animantium sternutare solit? est? An quia foramina sui corporis obtinet latiora, per quę spiritus interrūpens pertēsit? his enim spiritu impletis sternuit? Latiora autem esse indicium, quòd omnium maxime animantium homo olfactu valet: foramina quippe tenuiora sentiūt exquisitius. Quòd si latiora meatus plus humoris, ac sæpius habeat necesse est, quo inflato sternutamentū moueri soleat; cæteris homo maxime animātium habet: merito sæpissime sternuat, præsertim qui naribus patentissimis est, sic enim humor cōcalefactus celerius effluere conuersus in spiritū potest: at cæteris vero præ longitudine narium ante refrigeratus quam

foras effluat.

Cur sternutamenta, quæ de medio noctis ad 11
meridiem vsque mouentur, dānēmus, quę de meridie ad noctis mediū, approbemus? An quia cùm rem aliquā exordimur, tunc sternutamentum totius observandū sit? itaq; cùm rem agere pergimus, atq; inter initia sternuisse accidit, admonemur, remq; inceptā prosequi tēperā non censemus. Dies igitur, & aurora, & de medio vsq; noctis quasi initium quoddā est: itaque omnibus tantisper sternutamentū esse putant, temperamúrque sternutare, ne pergētem intempiam ad agendum reuocemus, post meridiem vero, atque mediū vsque noctis, finis vel lata quidam est, tempúsque illi contrarium: itaque contra tunc & existimatur, & agitur.

Cur senes laboriosius sternutant? Vtrū quòd 12
illis foramina, per quæ spiritus permanare solet, angusta atque cōtracta sunt? An quia senes facile eleuare nequeant, per vim demittunt, atque contrahunt?

Cur si spiritū quis retineat, singultus desistat? 13
An quia refrigeratio est, quæ singultū inducat? quamobrem & qui timent, & qui algent, singultant, spiritus vero retentus partē corporis calefacit interiorem.

Cur homines surdi è naribus magna parte lo- 14
qui consueuerunt? An quia pulmo eorū vitiatus est? surditas enim detrimentū pulmonis est, vox autē ferri expedite nō potest: sed quemadmodum qui spirandi elaborant difficultate, spiritū vnuersum suam ob imbecillitatem reddunt, sic nasō illi emittunt. Nituntur itaq; naribus, etiā illi loquuntur, qua vox protrudēs sese, sono per tarum rancido illo proferatur, fit enim vt ver-

ba per nares aformentur, cùm pars nasi superior, qua per palatum foramina patent, canalis sternutamenti non potest, nisi à calore, qui partem eam cõmoueat, qua effici solet ex quo faciẽ Soli obiicimus, cum sternuere placet? Dormientibus autem calor intus circumbibitur, quam ob rem imæ dormientium partes crassiores reddũtur, spiritúsque abundatiquæ quidem res causam habet, cur genitura in somnis præ libidine profluat. Merito igitur dormientes non sternutamus, cum enim calor sedat capitis, qui eius partis humorẽ natus mouere aptus est, quo in aera extenuato, sternutamentũ excitat, affectionem consequentem illam obtinere non posse cõsentaneum est. Crepitus tamẽ inferiorius, ruktúsq; superius dormientes magis, quam vigilãtes extrudimus. Quòd enim venter inflatur in somnis amplius solet, accidit, vt eius inflati humores loca sibi proxima adeanti eo nãq; vi à spiritu per quietẽ excito cõpelluatur. Retinere enim potius, quã emittere potest, qui sopitus est itaque intus calorẽ cõtrahi, at qui spiritum retinet, deorsum impellat necesse est quippe cui imum deferri spiritũ præter suam naturam sit. Vnde fit etiã, vt perdifficile sit spiritũ retinere. Quinetiã cur dormiamus, hçe eadem ratio est. Cum enim vigilia motus sit, qui membra sentiendi officio accommodata magis, cùm vigilamus exercet, cõflat somnum posse accedere, cùm eadẽ alia mẽbra quieuerit. Cum vero vis ignea quç mẽbra corporis nostri mouere potuit, & hys intus se cõtrahat circumfluatque, in somnis carpot relinquens, quod sensus retinet omnes, tũe maximè sensuum sedes quiescere possunt, quæ quidem res causam afferat dormiendi.

Quã ob causam, vbi sternutauimus, aut minxi- 18
mus, mẽbra nostra inhorrescere solent? An quia vacuis re illa, venæ aeris inanes redduntur, quẽ calidũ ante cõtinebant? inanes aẽr extrinsecus ala' fluit illo frigidior, qui ante in venis fuerat, quã sternutaremus, aut mingeremus, q cũ talis fluxerat aer, merito facit, vt mẽbra inhorrescant.

Cur singultus sternutamẽto desistere potest? 19
An ipterea, q singultus nõ quẽadmodũ ructus à stere, qui cibi cõceptaculũ est, sed à pulmone proficiscũtur, quod maximè refrigeratione, aut rigore, aut dolore, aut medicatione superiore accidere solet? q enim mẽbrũ id calidũ sua natura est, quoties refrigeratũ fit, totũ admittere spiritũ nõ potest, sed nullas quodãmodo excitat. Quamobrẽ retẽto etiã spiritu, singultus sini tur. Hic enim para ista recalescere incipit, & acuto quodã hãllo, desistit: qm vis acuti calefactoria est. Cũ itaq; calidũ quodq; cũ calefactũ reddes, & frigidi; crebro foramina' penalia pulmoni respõdeãt, efficitur vt retẽta spiritus, quç sternutatio nẽ excitet, repressúsq; desuper illatus affectio ne ista pulmonis mẽbra calidi abigere valeant.

Cur homines capillo crispo, & tortili magna 20
ex parte reliquis mitiores fiant? An si crispitudo sita in exilitudine est, & carnis tudo nõ sine duritia cũ fiat, & dura' sanguis calidior est, & calor materiã excrescere inutilẽ minus patitur, & os ex vacãte materia cõstitit, & cartilago nõ nisi os est, meritò diminutio nasi cõsequatur? Indicium ætas adhibet puerilis sunt enim pueri ẽ nasio resimato.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO XXXIIII.

Eorum, quæ ad os, & ad ea quæ in eo sunt, pertinent: cuius qualitatis. XII.

1 QVr homines qui raris dētibus sunt, vitā longe agere nequeāt? An quia longe animātia viuunt quæ dentibus ordine prædita sunt numerosiore, vt mares quàm fœminæ longius? viri namque diutius quàm mulieres, atque in pecudum genere, cæterorūmque animalium perspici idem licet. Qui itaque raris dentibus sunt, habere quasi pauciores indicantur.

2 Cur dētes, qui lōge solidiores, quā caro sunt, frigus amplius sentiāt, quā caro? An quia membris nituntur infixi tenuibus, quorū exiguus color celeriter à frigore vincitur, mouētq; dolorē?

3 Cur dentes frigidum amplius, quàm calidum sentiāt cum caro è cōtrario? Vtrum propterea, quòd caro mediocri temperatóq; habitu est: dētes vero perfrigidi sint? Itaq; rem frigidā sentire plenius possunt. An quoniā meatibus cōtinentur tenuibus, quibus calor inditus exiguus est? itaque ea aduersa potius patiuntur, caro quia calida est, vt nihil affici à frigido possit, ita calidum compendio sentit, gaudet enim quasi igni adiecitur.

4 Cur lingua rerum iudex plurium esse potest, quam & febris attentionis, & grandinum, si quæ insunt, & pecoris versicoloris varia est. An qui humoris copiōs est, & super pulmone posita, de febrium principiis cuiusvis versicolorum ratio referri ad humorum varietatē debet. Inficitur tamen id primū, per quod humor primum manat, colatúrque, cuius generis lingua est. Grandines vero lingua propterea cōtrahit, quòd laanis, spongiosāque est: quippe cùm grādo veluti panis inconcoctus, cruménque, parte interiore corporis nasci soleat.

5 Cur lingua amara, salsa, & acida fieri potest, dulcis non potest? An quòd naturæ corruptiones istiusmodi sunt: *constantiam vero ipsam, naturámque sentire nequaquam fieri potest? *naturam sentire non potest.

6 Cur totidē coloribus lingua euariat, quot cutis? Vtrū quòd ea quoq; in membrorū numero exteriorū recipitur, quanquā in ore abdita est? verum quia prætenui cute integitur, vel minima in ea varietas deprehendi potest. An quòd æquæ ratio est, quæ facit, vt colores mutentur: lingua autem affici ex potione maxime potest?

7 Cur halitū ex ore tum calidū, tum frigidum reddere possumus? quippe qui frigidū efflemus, calidū vero exhalemus, indicium quòd manus ori admota exhalanti calefieri potest. An vtroq; modo aër cōmotus calidus est? sed quoniā qui efflat, non vniuersum aëra mouet, sed ore angusto exstringit, paucum expirat, quod multum externi aëris excitat. Itaq; calor ore profectus, passus in eo suā ob exiguitatē delituit: at qui exhalat, vniuersum, ob eāmq; rem calidiorē expirat, est enim efflatio spiritus strictim profusus: exhalatio vero spiritus vniuersim profusus.

8 Cur si vehemēter, vniuersúmq; expiratimus, alterū expirare nequeamus? quod idem in respirando etiā accidit: tibi enim ex ordine id facere nequimus. An quoniā alterū dilatatio, alterum contractio loci est? idcirco quadatenus non vici-

quaq; possunt, cõstat igitur ambo vicissim fieri esse necessum, bis vero ex ordine posse neutrũ.

9 Quam ob causam cum alius locus sit, qua cibus, potúsque trãseunt, alius qua spiramus, vbi grãdiorem buccellam deuorauimus, strangulemur? An nihil absurdum id est? non modò enim si alicuius interuentu locus spirãdi stipatus sit, verum & si adductus sit extrinsecus, æque, imò magis abstrãgulamur, istæc vero proxima inter se posita sunt, quo cibum excipimus, & quo spiramus, quare vbi iusto amplius frustum incidit, locum spirandi proximum adducit, instringítque, vt via spiritui omnis denegetur.

10 Cur homines, qui virgulã suæ palmæ duãs per totã latitudinem habent, vitæ longissimæ esse possunt? An quia breuis ætatis, imbecillíque sunt, quæ artuũ beneficio carent? Imbecillitatis indicium ætas prima, atq; tenerrima, affert, vtq; aũt breuis testimoniũ dat genu somne aquatile quę cũ ita sint, coarctata, cõpacáq; omnia cõtra se habere liquido est, quo in genere illa reuolsunt, quę cũ ex natura artubus maxime careãt, articulari tamen cõtigerit, palmæ autẽ partem interiorem penitus carere articulo certum est.

11 Quã ob causam dum longe spiramus, venter trahentibus adducitur, reddentibus diducitur, atque repletur? veri enim simile dixeris esse, vt contra veniat. An quia cum respiramus, venter adductis costis in imum cõprimitur? id circo distendi in ampliorẽ molẽ folliũ instar apparet.

12 Quam ob causam spirare necesse habeamus? An quemadmodum humor dissolui in spiritum potest? sic spiritus trãsire potest in ignem. Calor itaque naturalis, vbi bonam spiritus partem in ignem cõuertit, dolore admouet, atq; etiã me-

tus diducit, & ampliat, quamobrem ignem cum spiritu expellere cogimur: nobis extrorsus meatus cõtrahuntur atque refrigerantur: itaque dolor iterũ tentat, rursum igitur aërem trahimus: atque vbi posthac spirãdi meatus patefecimus, vtrumq; reddidimus, ignis iterũ ortus atq; iteratæ dolore spiritũ reddimus, idq; vicissim ordine perpetuo agimus: ficuti etiã palpebras agitare solemus, vt corpus oculorum refrigeretur, excitetúrque, & vero cũ ambulamus, ingressui nostro attẽdimus, scilicet ex ordine gubernãdi, atq; regẽdi, quẽuis nostra intelligẽdi perturbatio afferat. Hãc ergo in modũ spirandi quoque rem exsequimur ingenio quippè trahẽdi aërem reddimus, atque illico rursum attrahimus.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM

SECTIO XXXV.

Horum, quæ ad flatum pertinent: cuius quæstiones X.

CVr inhorrescere magis solemus, cum alius modo quodã nos tangit, quam cum nos ipsũ tangimus? An quia tangendi sedes rem plenius externam, quàm suam sentit? quod eum natiuũ, atq; insitum, id sensum effugit. Quinetiam quod clanculo atque subito fit, terribilius certe occurrit, meus autẽ refrigeratio quædã est, at vero tactus extraneus? præ suo vtrumque id habet. Denique affici vnumquodque ab alio vel tantundem, vel magis aptum

ὑφελε τὸ ἴδιον.

natura est: quod etiam in titillando constat accidere.

3 Cur in alis, & pedum vestigiis titillamur? An propter cutis tenuitatem? An quia tactus earum partium insolens est, vt etiam aures?

5 Cur non eisdē in rebus inhorrescere omnes soleamus? An quemadmodum nec in eisdem omnes delectamur, nec in eisdē angimur omnes? ita nec in eisdē omnes horrescimus. Quædam enim refrigeratio æqua omnibus ratione inuehitur, sed alij tamen, cum vestis rampitur, inhorrescunt alij, cùm serra vel acuitur, vel trahitur alij, cùm pumex secatur alij, cùm lapillus mola perfrangitur.

4 Quam ob causam cùm æstas calida, hyems frigidissima sit, corpora tactu frigidiora per æstatem sint, quàm per hyemem? Vtrum quoniam à sudore refrigerari corpora possint, qui, vt fieri per æstatem solet sic ab hyeme alienus est. An quia in cōtrarium tempori tum frigor, tum calor circumobsistit, intusque per æstatem calor refugit, ataque sudorem potest exprimere, per hyemem vero vis frigoris arcet, & corpus perinde quasi terra euaporat.

5 Quæ nam causa pilos inhorrescere faciat? An merito cute contracta exsurgant, quæ contractio tum à plerisque aliis affectionibus potest?

6 Cur nemo seipsum valeat titillare? An ne ab alio quidē titilletur, si rem præsensit, vel potius si ipsum videat titillantem? ergo minime titillari quis possit, si quæ tactio affertur, non lateat. Risus vero lapsus quidam, & fraudatio est, qua cum in sede præcordiorum quis verberatur, ridet: haud enim locus quilibet est, quo ridemus: clandestinum autem omne fraudulentum est. Qua de causa sit, vt illa eadem res & moueat risum, & non moueat.

Cur labris maxime intitillamur? An quia mē- 7
brum, quod titillari possit, non longè à sede potissimū sentiendi abesse debet? labra autē eo maxime in loco posita sunt sed omniū maxime locorum capitis propterea titillantur, quod carne ex toto constat, quare mobilissima esse possint.

Cur si quis locum nostrarū alarum moueat, 8
in risum continuo labamur, si quam aliam moueat partem, nullam possit rideadi causam afferre? Ut quæ nam ratio est cur naribus penna teniuis sternutamentum moueatur? An quia loca quædam venularum habemus, quibus vel refrigeratis, vel contra affectis, venulæ ipsæ aut humectantur, aut in spiritum ex humore dissoluuntur, quemadmodum si venas cervicis dormienti quis premat? Lætitia itaque gestiens cōcalefactio quædam est: spiritum autem, cum redundarit, foras mittimus vomersum. Sternutamenti quoque ratio illa eadem est, cum enim penna mouemus, atque tepefacimus nares, humor in spiritum soluitur, quem mox redundantem expellimus.

Cur sæpenumero vsu euenit, vt ingesto cibo 9
inhorrescamus? An quòd cibus frigidiusculus admixtas vincit principio magis naturalem calorem, quàm vincitur?

Quam ob causam quod digitis vice mutata 10
implicatis circumagitur, duo esse videatur? An quia duplici sentiendi parte attingimus? nunquam enim fieri potest, vt latentibus digitorum exterioribus vtrisque idem complectamur, & agitemus, dum manus ordinem suum obtinet naturalem.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO XXXVI.

Eorum, quæ ad faciem pertinent: enim quæstiones III.

CVr faciem effigiare cõsecuerunt? Verum quòd qualemnam simus, ex ipsa corporis parte intelligi potest. An quòd ea præcipue qui simus agnosci potest?

2 Cur facie maximè sudare solemus, quæ carnis omnino expers, atque gracilis est? An quòd ea propensiora sunt ad sudorẽ, quæ humidiora sunt? Caput autẽ tale est, quippe quòd humorẽ suum plurimũ habeat, quẽ venæ tendentes inde declarãt, & destillationes, quæ è capite venire solent. Cerebrũ item humidũ est, & foramina capitis permulta. Capilli profecto foramen multitudinẽ foras vsque productã latissime indicãt. Sudor igitur nũ ex parte inferiore, sed ex capite oritur, quãobrem frons prima, & maxime sudat: prima enim subiecta vertici est: humor autem deorsum, non sursum fluit.

3 Cur in facie maxime tubercula oriri solent, quos varos vocamus? An quia locus ille rarus atque humidus est? indicium pilorũ eruptio, & sentiendi potentia faciunt. Tuberculorum autem genus id veluti pustula, minutúsq; abscessus cuiusdam inconcocti humoris est.

ARISTOTELIS PROBLEMATVM SECTIO XXXVII.

Eorum, quæ ad totum corpus pertinent: enim quæstiones VI.

QVam ob causam cùm corpus assidue fluat, defluxúsque ab excrementis proficiscatur, leveti non potest, nisi exsudet? An quia nõ satis secerni sic potest diutius tamen secernitur? Cùm enim ex humore mutatur in aëra, plus certè scribitur ex minori, plus nãq; quod secernitur aliquare tempore ampliori secerni necesse est.

2 Sed cur ita fiat? An qa foraminibus lõge an gustioribꝰ effluit? Pars enim humoris lenta, glutinosaq;, vt excerni permixta cũ liquida põt, ita cũ spiritu nequit: quæ quidẽ res maxime infestat. Quapropter vomitus magis quã sudores leuare queũt: quin ij partẽ illã lentã secũ educũt, vt qui crassiores, corpulẽtioresq; sint. An etiã qꝰ lotus, qui partẽ humoris lentã, glutinosámq; cõtinet, le motus à carne est, vẽtri aũt in propinquo manet? aut enim in eo, aut in vicino lentũ illud contrahitur: vnde fit, vt aliter educi vix possit.

3 Quã ob causam frictiones carnẽ augeant? An quia vim præcipuã obtinẽt augẽdi ea, quæ nostro in corpore calida habemus? molẽ quidẽ adiscitur ampliorẽ, quod assidue ipsum in motu est, diffundámq; effertur, & in spiritũ humores extenuat intestinos, quę certè fieri in pfricãdo videmus: quare vbi vsus defuit pfricãdi, corpus decrescit, atque minuitur. An ita fieri possit, vt vel per alimentũ austior caro reddatur, vel calefa-

eiēdi scilicet beneficio calidū enim omne humorit detrahēs estalimentū autē. quod in carnē digeratur, humidū est, plus quoq; alimēntis caro ex laxitate sibi admittit, quippe quæ laxior copiosius capere instar spōgiæ possit. Frictio autē nimiū carnē relaxat, & spiritibus reddit opportuniorē, & prohibet, quo minus inutiles excretiones in corpore cōtrahātur, quæ si absunt, tabes nulla cōsequitur: vitiosum enim illud ieiunium corporis, & tabes nasci ex materia solet, quę inutilis cōgesta est. Quòd si caro spiratior, leviórque, atq; æqualior sit, molem capiat amplioremcōsentaneū est, nam & alimenti capacior, & excrementorum secernentior redditur.

4 Quam ob causam vbi perfriximus eodem à calore vehementius vrimur, atque dolemus? Vtrū quòd caro sua densitate calorē interiorē pentē coērcet? quare plumbum calidius, quàm lana est. An quia caloris trāsitio per vim agitur, quoniam corpus strictum à frigore constat?

1 Cur siccæ fricationes carnis soliditatem mollīantur? An quia caro perfrictione recalescit, humor consumitur? Adde quòd caro perfricata densatur quæ autem frictionē, attritúmq; pleriorem experiuntur, omnia maiorē in modum densari, reddiq; solida cōsueuerunt: quod maxīmis in rebus plane intelligi potest, Nā & farina, & terra, & reliqua generis eiusdem, si aqua infusa trahas, humida tibubabunt & fluida: sed si plenius atteras, longioremq; tractationē adhibeas, spissescūt, solidescūt, lēteścūtq; celeriter.

6 Cur amplius frictio, quā cursus corpus implere potest? An qa cursus carnē refrigerat, nec alimēti reddit capaciorē, sed pars in imū cōuertit, pars à naturali calore pēnit? extenuata trāsit in spiritū? at manus carnē permulcet, lavat, capacē alimoniæ facit. Et vero exterior ista intētio premendo, stipulādóq; refringit interiorū impetū, obsistēnsq; arctius continet, & carnem attollit.

ARISTOTELIS
PROBLEMATVM
SECTIO XXXVIII.

Eorū quæ ad calorē pertinēt causas quæst. X.

CVR oleū, & cera Solis calore candefiunt, caro nigrescit? An illa Sol propterea cādefacere possit, q humorē nimiū eximit? nigricat enim per naturam, quod præhumidum est, propter humoris terreni multitudinem, carnē vero quod nullam inde humoris copiam detrahit, adurit, atróque afficit colore.

Quam ob causam piscatores, & purpuri, & omnino qui rem exercēt marinā, rufo sunt omnes colore? Vtrū quòd mare sua salsugine calidū, & squalidū est? tale autem quodq; pilos conficere rufos potest, vt lixivia, vt aurīpigmētum, An parte exteriore calidiores, interiore frigidiores reddūtur, eo quòd summa corporis vicissim modo madefiūt, modo à Sole reficcātur, idque perpetuo agitur? itaq; pili exsiccati extenuantur, & rutilantur? & omnes quidem incolæ plagæ septemtrionales rufo sunt pilo, & tenui.

Qua de causa cursus, quem induti agimur, & oleī sub vestem perunctio pallidulos reddat? An propterea quòd vt spiratio cōmoda gratum affert colorem? sic obiectio, & strangulatio cōtra

afflic

summa corporis, cùm incaluerit, refrigerari non quit, pallorem facile trahit. quod idem vtrunq; illud sudor, & oleum sub amictum cõmittunt. calor enim introcluditur, atq; arcetur. Cursus vero, quem nudo corpore agimus, calorẽ præstat amœniorem, scilicet ratione contrariæ delitescentiæ. quapropter refrigerat, corpúsq; ita diffilat, euaporatúrq; commodius. Ad hæc oleum cùm tenue, atq; humidum sit subter peruntũ, meatúsq; corporis intersipiens, neq; humorem ac spiritum è corpore fluere sinit, neq; spiritũ exteriorem admitti patitur, quapropter materia vacãs in corpore humido putrescens pallores inducere potest.

4 Qua de causa spiratio cõmoda calorem pa- * εὔνοιαν facit amœniorem? An quia pallor putredo quædam per summa corporis est? cùm itaq; humor summum obtinens corpus, calidus est, vt pallor accidit, nisi refrigeretur, diffletúrque. εὔνοιαν.

5 Quare qui mediocriter insudarint, statim ab exercitio colore hilarantur amœno, Athletæ vero pallidi lõgè euadunt? An quia labor mediocris colorẽ leniter puocat, & ad corporis summa inuitat? humius vero cum sudore, & spiritu extrudit, dum corpus inter laborãdum rarefactum atq; laxatur. Cùm igitur calor per summa redet corporis, calor ille exultat, quemadmodum calefactis, aut pudefactis euenire solitum est. vbi verò inde euanuit, pallor cõtinuo succedit. Cæteri itaq; mediocriter, se exercent, athletæ processus vehementer laborant.

6 Quam ob causam qui se exercent, amplius a Sole vruntur cùm sedent, quàm cùm mouentur? An cùm in motu sunt, aëra agitant? itaq; spiratus quasi ventilantur: cùm vero sedent, quia aer immotus

motus est, vim Solis acriorem experiuntur.

Cur Solis calor summũ adurere potest, ignis 7
tũ potest? An quia Sol tenuior est, carnẽ subire * ἀναθεῖν
amplius pũt? ignis vero etiã si adurat, per summa tamen colorem inducit nigrũ, quas phœdas nominant: interius autem subire minime potest.

Cur ignis hominem nigrum nõ reddit, fictile 8
reddit: Sol cõtra hominem nigrore afficere potest, fictile nõ potest? An nõ eadem vterque ratione agit, sed Sol addendo nigrificat: ignis fictile replet, obducitq; suligine, quæ faulla prætenui, dum carbones flãguntur, fumal & flagrãt, cõtrahitur, hominem nigrum Sol reddit, ignis minimè: quoniã Solis calor lenis, molliúsq; est, & præ sua tenuitate cutem ipsã leniter per summa adurit, quoniã itaq; carnẽ non attingit, dolorem nullum potest infligere: quoniã vrit, nigrorem nullum inuehit. Ignis profectõ vel nihil tãgit, vel intro irrumpit: nã arbusta quoque igni atra reddũtur. verum hic nõ eatenus tantummodo vrit, quatenus color ater se pandit, & auget.

Cur homines cùm senescunt, nigriores red- 9
dantur? An quia res omnes, excepto situ, nigriores, cùm putrescunt, euadũt? senectus autem nõ nisi quædam putredo est. Ad hæc cum sanguis senescens nigrior reddi soleat, merito senes fũt nigriores: sanguis etenim est, qui nostra corpora colore intingere valeat naturali.

Quã ob causam oleũ Sol candefacit, carnem 10
nigrificat? An quia olei terreũ eximit partem, quæ nigroris causa est, vt etiã vinum fortis rationis feruens nigrũ est? Carnẽ vero nigrã propterea reddit, quoniã vrit, terrenum namq; omne cùm vritur, nigrum effici solitum est.

Finis duarũ de quadraginta Problematum sectionũ.

ALEX

ALEXANDRI APHRODISIEI PROBLEMATVM LIBER PRIMVS.

Theodoro Gaza interprete.

PRAEFATIO.

QVAESTIONVM naturalium ratio partim certa ex se, cõspectáq; est, omni ambiguitate, discussionéque abundans. Quis enim, modo mentis cõpos, quærat, quam ob causam natura pennas volucri generi largita est, cùm tam longe omnibus pateat, penna primum fouẽdi gratia, perinde atq; amiculum genus animantiũ illud induisse, deinde ornatus etiam causa eum in modum extitisse; scilicet eadẽ illa ratione, qua pilis naturæ ingenio teguntur, quę ingressa vtũtur animantes, qua cortice serpẽtes, qua squamis, aut reliquæ bestiæ incolæ aquarum? Cur item naturæ aliis animantibus cornua dederit, aliis aculeos, aliis vngues acutos, aut rostra, aut quid tale, qs quærere debeat? Cõstat enim naturam his ipsis vtili

ni quibusdam hastis natuis bestias suas munisse, quo sese defendere ab iis possint, quę detrimentũ inueherent. Cõstat item fructuum, ac seminum genera, quæ ad ortũ, vicemq; successõi perpetuam natura molita est, tunicis, aut vaginulis aliquibus humidis*, aridisue, aut corticibus vestiri, vt secura tum à frigore, tum ab æstu, tum etiã ab animantium iniuria præseruentur. In multis certe ne ipsum quidem tegumentum penitus esse inutile naturæ solertia passa est, sed ubi aptum satis prouida animantibus astruxit, stirpes iam ipsas frondibus, libro, cortice, reliquis id genus pennarũ pilorũue vice obduxit: quippe quę præsentit, vt vel à nimio frigore, vel ab æstu immodico offendi, interiríq; possent, nisi ita operta, conseptáq; manerent, non nulla etiam spinis tanquã spiculis contra animantiũ morsus armauit, flores præterea varios præfixit, vt exornaret, formosúmq; genus stirpiũ liberalissime redderet, vtq; nũcios quasi staueret, qui mortalibus fructuũ infantiam mox prædicerent emersuram. Hæc tam dilucida, tam certa, qui discutienda in medium affert, mente procul dubio vacatat, & ambigat, an calor igni insitus sit, hic tangẽdi sensu orbatus degit, qui quærit vtrũ natura, & ratio pluda rebus orientibus, succedendíq; cõsultet, decernátq; ordinem, motũ, positum, speciem, colorem, cætera genera eiusdẽ? hic porrò criminis teterrimi reus est, grauiusmisq; pœnis obnoxius. Quæstionũ igitur ratio, q̃ proposui, partim ex se certa manifesta q; cũ, partim inexplicabilis, modúmq; peniùs humani ingenij excedẽs, Deo duntaxat cognita immortali, qui rerũ omnium parens, atq; autnor est. Operis quidẽ solertissimi cuiusdam

* ξυλῶδες, id est, lignosa.

ratio

rationē artifex qui extruxit, integrè tenet, extrui vero, qui artes sint illius ignari, rationem nō illā reddere queunt, sed tantummodò rem ipsam agnant, & demirantur. Quæstiones, quas inexplicabiles dixi, huiusmodi sunt: quā ob causam ridere hi soleat, quos in alis, & costis, aut plantis titillamus. Cur nōnulli, cum murmur marmorum attritū, sectionemue, aut ferri stridorem, marúmue sentiunt, dentibus obtorpescunt? quo fieri potest, vt stupori dentibus à frigidis frustibus iniecta portulaca herba, quę frigida est, medeatur, cùm nō res similes, sed contrariæ remedio cōtrariis esse debeant? Qua de causa lapidi qui magnes vocatur est, ferrū solum attrahere. ἀ ξυμπεθηκαῖ, nutrivi. ramentisq; ferri inuari valeat, electrū, siue succinum fluctus, festuculāsq; sibi ita coniungit, vt hęrētes posit attrahere. vnde fit, vt leo gallum nō tummodo extimescat. Quid est, quod gallus edito ouo festuca aliqua se, & ouum lustret? Quare veratro coturnices, cicuta sturni vescātur, quę toxica hominibus esse certū est? Quamobrem scammonea bilem ducat: cucurbita aquosum, agaricum, veratrū cūdidum, euphorbium granum crudum pituitam, veratrū autē atramentum, ac epithymum bilem atram. Cur alius nonnullorū rebus astringitur, quę alium resoluere, solúeue runt? cōtra quę his resoluitur potius, quam astringere possint. Quamobrem alius alio cibo delectetur, eundémq; alius facilius, alius difficilius cōcoquere valeat, cum nulla ratio, vel caussa, vel alicuius rei eiusmodi intelligatur. Nonne sanè vel torpedinē piscem torporem per spiritum nostro inuehere corpori, vel triglam ὀφθαλμὸν. tētam vitium à torpedine accitum tollere ipsum rat, multa id genus licet enumerare, quę nulla tantum

tūs experimēto potuerūt. Vnde apud medicos abditæ illæ, delitescētesq; causæ his in rebus habētur, quarū nulla ratio reddi potest. Quocirca temere sanè agunt, qui genus id quęstionū solutionibus mandare contendunt, nec dici improbabius quicquam potest, quàm rationes, quas illi adducūt: quippe medicamenta, quibus purgandi vis data est, circa materies ducere posse inquiunt, quoniā habitu sunt calidiori. quod error est. nā si iure calori causa daretur, calida omnia vim illā purificatoriā sorturi vtiq; oportet. atque vero piper, quod lōge calidius, vim non trahendi, sed cōcoquendi, corroborādiq; possideret, cuius etiā generis mastichen, & aloen esse nullū dubiū est. vtiq; reciprocari ista nequaquā censendū. Nam & si omne, quod ducere potest, calidū est, haud tamen vicissim ita cōsequitur, vt quod calidū est, idē etiam ducere possit. Vonant itē struthiocamelum vi sui caloris ferrum concoquere: quod absurdū penitus. Leo enim, qui lōge quàm struthiocamelus calidior est, ferrū concoquere non potest. Nec vero Medicinæ artis authores tantū rerum statuere proprietates coguntur, sed philosophi etiā, & grammatici eodem pertæpe veniūt. etenim quæ πάθος, id est affectus appellāt, vtiq; comprobata obseruant, non nisi vicem cōplent proprietatū. Quarenda igitur illa sunt, quæ locum obtinent medium, hoc est, nō quæ perspicua ex se sunt, vel tā occulta, vt percipi a nemine possint, sed quæ quāuis difficilia, & obscura, explicari tamen, iuuenique recipere rationē, & doctrina hominis, atq; ingenio possint. Solutionem autē quæstionis cuiusq; petendam ex rei vel habitu, vel specie, vel actione, vel ex rei simili consensu, vel ex

colore, vel ex deceptione sensus, vel ex acquisitione, vel ex viribus, quæ magis, minúsue efficere possint, vel ex eo quòd res durior, aut solutior, aut maior, vel minor, vel ex tẽpore, aut ætate, aut more, vel parte essentiali, aut eucantia, vel ex rerũ similiũ conditione, quorũ explanatis colligi possint, his igitur normis, ne mentio omnue quod quæritur, pbationi potest solutioníq; mandari. Sed cùm non solum ratione, quæ in vniuersum doceat, verũ etiam singularũ rerum tractatione animus auditoris regendus sit, hæc proponenda solvendáque censamus.

1 CVr Homerus hominẽ à canitie temporum ἐπιθαλασσιδίους cognominauit? Quòd ea maxime parte capitis canities oritur, ob eam licet rẽ, quòd pars capitis prior humidior, quam posterior & pituitosior est.

2 Cur parte priore capitis sola calvescere solemus? Quòd mollis & laxa est, cùm enim pilus ob naturalem siccitatem vacat alimento facile defluat, vt qui nõ ita solide parte innitatur priori, sicut posteriore, quę siccior atq; spissior est, calitiũ ex siccitate orin solitum est, quamobrem quibus crispus capillus est, citius calvescũt, canescunt autẽ serius, vtpote, qui capite sint frigidiori, siccitas enim pituitosam illam materiam totam absumit, sunt iidẽ prætereà vigiles plus quàm exteri, somnos enim humore conciliat. Quod quidẽ argumento constat infantium qui vt humidi excremẽtosíque sunt, sic somniculosi esse consueuerũt, patet idẽ vel ex humidis corporũ effectionibus atq; ex iis, qui vel vino sole inebriarũt, vel crebro balneo vti sunt. Quinetiam minus excremẽta mittere iidem solent per pa-

tes, quæ secessui vacãtis materię deputatę sunt, vt naribus, oculos. At qui capillo sunt promisso, & simplici, capitis humore abundant, itaq; citra afficiuntur quippe qui aut nunquam aut tenuius calvitiũ sentiant, fieri tamen potest, vt vel vitio sui generis qs calvescat sicut & articulorum dolores, & pleriq; alij corporis affectus de parentibus ad prolẽ descẽdentes consuescũt, vt nõ desinant, quos morbos liceat hereditarios appellare. Ergo vel ea ipsa de causa, vel ceteris calvescere, vel excrementosos, somniculosósq; esse qs potest, canos autem candidos esse propterea necesse est, qa pituitę, ex qua oriuntur, colorem imitantur, nonnunquam etiam ad colorem pene auri vergunt, videlicet vbi se cum pituita bilis vitellina permiscuit.

3 Cur excremẽtis abundare, ac vigiles esse soleant consueuerunt? Excrementis certe abundãt, qui frigidiores, atque debiliores, atque ad concoquendum ineptiores longi temporis spatium addidithine enim excrementis foramina, meatúque corporis redundant. Vigiles verò, quia siccioris partę corporis solida efficiuntur. Insomnes prorsus, quia ex contextu foraminum, & partę solida corporis sunt humidiores, nõ tantum excrementosos, sed somniculosos quoque esse necesse est.

4 Cur pueri non canescunt, cùm humidi excrementosíque esse soleant? Quia humidi, & calidi sunt pituita autẽ, vnde canities, humida & frigida est, addę, quòd puerorum calvaria mollis, atque est instar cutis, itaque vacãs materia, & inualis diffluri potest, atq; euaporari, senio verò dura est, tempore nanque obduruit, ac densata, solida, ossea redditur, vnde nusquam ea

Universidad de Deusto
Biblioteca

natura perduxit, quibus vapores excrementitij efflari, atque euanescere possent.

3 Cur mulieres, & spadones canescere celeriter soleant? An mulieres, quia natura frigidæ sunt, atq; ex otij causa? sic enim plus materiæ inutilis contrahi potest, præsertim si menstrua defluerunt? Spadones, quia nõ amplius semen excernunt, sed excrementum illud seminis genitales quod pituitosum est, per totum corpus multum cum sanguine digerunt.

6 Cur itẽ careant pilis? Mulieres quidem, quia frigidæ sunt, foramina sui corporis spissiora habent, atque coarctiora, vis enim frigoris contrahere, cõstipareq; aptissima est itaq; exitus pilis denegatur. Spadones vero, quia tuto humidiores sunt, excrementissq; admodũ redundant, hæc enim ratio est, cur loca neque præhumida, neq; præsicca, saxosáque herbas edere valeant?

7 Cur pedes spadonum magna ex parte soleant depravari? Quoniã præ nimio (quem dixi) humore, membra admodũ madefacta, & emollita, & proinde debilitata gerunt. fit * enim vt pondere superimposito corporis, crura parũ ad sustinendũ valida, peruertantur, quo modo hirundinem pondere superannexo fieri necesse est. Rem autem duram, & siccam esse validiorem, inque suo officio stabiliorem: humidam vero & mollem imbecillam, parámque efficacem extare: argumento sunt ligna, pelles, succi atque etiam homines, quippe, & qui per iuxum balneo & poculo immodice vti sunt, imbeciliores reddantur: sed si per frugalitatem modice sese refiecarũt, robusti, efficaciores euadant. Vnde fit, vt spadones quidẽ effœminati imbecilliq; fiant, forũtas. & vmosi, vtpote qui pituita magis

* Itaque.

abundent. cùm enim habitu sint frigidio ribus esse rei cõtrariæ verisimile est. vinum autem natura est calidum, Aethiopes vero, vtpote siccriores, crispi, maculenti, musculosi robustique constant.

Cur iidem vocem reddunt acutiorem? Quoniam humor ille immodicus fauces, canalẽ aspe rã cognominatum oberassans, atq; infarciens angẽ reddit angustiores. & cùm spiritus per angusta se promat, atq; vocẽ agat acutiorem, qui in integris fiat hominibus, necesse est. His rem vox ampla per meatus laxitudines inforquitur, & ducitur. Argumentũ ex tibiarum foraminibus accipi aptissime potest, humor autem ille spadonum, vel eo constat, quòd percrassi & mammas fœmineas explere, & genas habere tumidiusculas, & pilis esse promissioribus, canescere facile consueuere.

Cur è spadonibus nonnulli rem aliquãtisper venereã appetant, & amore interdum teneantur? Quoniam sunt, qui cùm pubescerẽt, castrati, Gallisíve fuerunt. Itaque veluti semispadones sunt: adde quibus iecur feruentius, & seminis receptacula ampliora, hi veneris vsum sæpe flagitant, & appetunt agere tamen quòd agere non possint, quoniam coles eorũ mox arefiat, & langueat. Spiritus enim, qui diuersũ tumefacit, deest: quippe cùm semen non sit, vnde spiritus ortus per meatus semini attributos deferri ex parte coxarum consueuit. Quamobrem fit, vt meatus illi collapsi perinde atque in puerili ætate possint exarcari.

Cur cæteris omnib⁹ nostri corporis partibus, vbi pili integunt, canescere consueumus, aliis verò nequaquam? Quoniam locus iste cali-

dior est quippe qui cõceptaculis tũ spiritus naturalis, tum sanguinis, sit refertus: qui etiã quia laxior, atque solutior est, ideirco excrementa partitæ digerere, atq; difflare assidue pũt, quod quidẽ argumẽto cõstat sudoris assidui alarum.

11 Cur nonnulli pudore afficiũtur alis insudare colligit. Quia pars ista corporis laxior est. Natura quippe ab eo recedit, quod vel reuerendum, vel cauendum est atq; paulisper sese cum sanguine colligit. recipitq; in venas atq; arterias ampliores; q vbi expletę fuerũt, *extillare incepérit, quod idẽ etiam euenire iis nouimus, qui affecti lætitia sunt, ob eã scilicet rem, quòd elaxari, resolui q; corpus totũ, maximeq; alas necesse est.

* ἀποστάζειν.

12 Quã ob causam pallidi, qui metuerunt, efficiuntur? Quòd natura humana vsque interiora quæ corporibus nostris cõsulit, ne quid extrinsecus capiat detrimenti, continuo fugit, & se ad loca confert peritiora custodiæ gratia, quẽadmodũ nos quoq; domum eadem causa petere solemus: quò cùm properat, sanguinẽ secum trahit, quo solo vehiculo, alimẽtóq; vel consenescit, vtpote qui ex succis omnib⁹ sit bonus. Solus hic autẽ est, qui florẽ nostro largiri corpori potest.

13 Cur idẽ illi cõtremiscere cõsueuerunt? Quoniam vis etiam animalis per consensum vsque naturalem effugiens, neruos reliquit imbecilliores, qui suo robore membra sustinent, firmaque tuentur. Hæc eadẽ ratio est, cur & aluo fundantur, & mingãt incõsulte, masculi namque, quorum interest meatus excrementorum claudere, debilitati retinere amplius nequeunt.

14 Quã ob causam rubescere solẽt, qui gaudẽt? Quoniã natura sponte rei occurrit, quæ grata extrinsecus acceſit. quemadmodũ nos amicis, aut liberis obuiam vltro festinamus, naturam autem sanguis comitatur, quem suo colore cuiusdam rei posse largiri, palloremque ob eius ortum oriri proposuimus.

Cur erubescere consueuerunt, quos puduit? 15
Quoniã natura sua naturali quadam, non arbitrali conscientia verecundatur, ac reueretur, quod honorandum, colendúmque senserit. Itaque moræ pudicæ, nobilisque puellæ compesci iussit, & se ad loca penitiora corporis recipit, atq; occultat, quod cum agitur, sanguis concitus libentius fluitat, cutemque suo colore pertingit. Fiunt tamen qui naturam sese protegere copia sanguinis asseuerent, quomodo & manum natura ingenio tantisper facici admoueri solemus, quam pudore afficimur.

Cur nõnulli à vita præ nimio metu discesserint? quoniam vis naturalis admodũ interiorem 16
sedem partem sanguine, calorẽ insitum atque vitalem solitũ de corde oriri obruit vniuersum, ne extinguat, qua ratione oleum quoque multum, vniuersũmq; lucernæ infusum flammã potest extinguere: calor quippe corporis ille pera ipse flamulę lucernę respõdet, & vero, q dolore premitur nimio, eadẽ ipsa de causa discedere è vita interit enim mot⁹ interior natus caloris, qualimodũ ignis quoq; obturat⁹ extinguitur.

Cur multi ebriari vino obierũt? Quoniã vini 17
copia naturalem *animalémq; vim omnem suo calore opprimit, maximeq; id sentiunt, qui calorem insitum exiguum continent, atque imbecillorem. Qui enim multus, ac validus est, resistere amplius, ac spatio tẽporis copiam omnem illa non concoquere potest, quemadmodum plus ignis infusi flamma tolerat, quæ largior est.

* ἀναίμονα.

18 Cur membra senum obtremunt? Quoniã nec ui membrorum, & musculi vi sua mouendi pri-nati non amplius æque partes continere firma re stabilireque possunt, Et etenim tremor, cùm põdus quidè membrorum corporis trahit deor sum: animæ autem vis sursum eleuat, id qi vicissim, atque assidue agitur. Hinc enim iacentes senes in terrã corrunt, & ne id fiat, baculis sese fustinent, & tanquam caducos parietes lignorum adminiculo continent erectiores. Hæc eadem virium imbecillitas facit, vt & vrina, & alui excrementa prodeant inconsultè.

19 Quamobrem pallefacere solent, qui ægritudini succumbunt? Quoniam rem tristem natura sentiens paulatim descendit ad loca sibi pentiora cum sanguine, qui cõloris author est, animus tamen illi, quàm qui metuunt, pallescunt.

20 Quã ob causam qui lætitia * exultant, resoluuntur? Quoniã vitalis vis, & insitus calor foras ad rem lætabilè immodicè profluens dispergatur, ac interit. Vnde fit, vt & sudent, & rubeant sanguinis aductu. Calorè enim natiuũ, ignemq; ipsum, vt per loci sui appetitionẽ sursum efferri, sic per alieni desiderium ima petere necesse est. igitur vtralibet mouẽdi ratiõe perepta, calor insitus interit, & vis omnis vitalis euanescit.

* al. Lexuliant. vbi-venter, nã iamquã ebria resolu-untur.

21 Quã ob causam qui vel angũtur, vel irascuntur, vel amant, frequenter ampliterq; suspirare consueuerunt? Quoniam qui angũtur, animum totũ ad rem, quæ dolori est, conuerterunt; qui irascuntur, rei, qua conciti fuere, intendunt; qui amant, rei tantum incumbunt, cuius desiderio detinentur. Itaq; animus conuersus ad id, quo sollicitatur, negligit, & quasi officij sui obliuiscitur: videlicet, vt musculis thoracis vim mouẽdi

suppeditet. Cor igitur, cùm neq; per intentionẽ pulsoris aerẽ capiat quo ventilari, refrigerariq; possit, neque per remissionẽ leuocet, quę sanguinis ardor fuliginea excrementa commisit, ne refrigeretur, animam cogit, & ad desertum officium reuocat, & hortatur, plurimum musculis * respirationem, & inspirationem expirationemque ampliorem efficit, vt & copiam aeris hauriri capiat, & excrementorum largam eiectationẽ, ita vt quod vices minutæ, crebræque spirandi essent fallurę, hoc vna amplior respiratio abominatus fiat. Quam rem ἐπάξειν hoc est suspiriũ veteres ab angustia cordis dixerũt, & quidem ad quoddã tempus latè suspirant, idq; ægre faciunt, quoniã animus quidem, vt ductum iam est, rẽ, à qua excitatur, assiduè despicit, natura vero aliquãdo cordis gratia cogit vim mouendi trãsmittere thoracis musculis ampliorẽ. Quod autem in thorace respiratio est, hoc in aliquo corpore seductio spiritus per arterias habetur, ac inspirationi intẽtio, expirationi remissio respõdet. Sphygmus autẽ, id est, pulsus ipse in ipso meatu, & remissio in corde & in arteria est.

* metiendo

22 Cur ægre id genus carnis cõcoquitur, quod * insuis appellatũ est? Quoniam sua leuitate fluitans ventriculo per cibi humidi medium: nec eius corpus attingit, quo tactu fieri cõcoctio potest, sed iuxta gulam redundantemue officiũ cibi non coquendi, sed appetẽdi delegatũ est, quemetiam foris aquæ inedũ non subsidet, sed natat, quoniam dum carnes teruntur, spiritus admittitur pręleuis, & corpus eleuet, & in humore fluitare aptißimum reddat, hinc etiã molle, solutumq; forte talis spiritus euadat, necesse est

* insuis

23 Cur aqua perferuida grata prurientibus est?

Quænam causa cur membra pruriant pituita crassa & perfrigida est, hæc autem facit, vt cutis hebetior sit, atque stupentior.

24 Cur iidem balneis delectantur calidis? quoniam pituitã calor *digerit, & vngues excutiũt. *fundit.

25 Cur terga amplius, quàm cæteræ corporis partes pruriant? Quoniã plus pituitæ cõtinent, vtpote quæ frigidiora sint. Quam ob rem leues pruritus magis exercent, quia frigidiores sint.

26 Cur homines, qui breui sunt corpore, prudẽtiores magna ex parte sunt, quàm q̃ lõgo? Quoniam animus toto in corpore coactius, & cõpactius manet, & breue est: si longum, passus per lõgitudinem exsoluitur, & hebetescit, vnde Homerus Vlyssem breuẽ, ac prudẽtissimum refert. Aiacem longum, & stultissimum prodidit. Hoc modo qui bremore sunt corpore, sunt etiam fortiores quàm qui proceriore.

27 Quare qui minus sunt prudentes, suspẽso corpore, ac vultu sublimi incedũt? Quia quemadmodum nauicularius non admodum robustus nanim rectã non agit, sic nec corpus animus sin becillior.

28 Cur plerique stulti liberos prudentissimos procreauerũt, & contra, multi valde prudentes stolidissimos? Quòd homines stultiores cũ cõcumbũt, totos ibidem sese dedunt, ita; animo penitus in corporis cõcreationem demerso, allrictóq; rei tantum veneree, semen vires optimas tum rationales, cũ naturales adeptum perfluit, creátque prorsus hominẽ prudentiorẽ: At homines prudentes, & docti semper aliquid vel honesti, vel vtilis animo cõplectuntur, nec in ipso quidẽ venereo coitu omnino a rerum studio desistunt, ita; animo remissiori fluens

Problema hoc in nullis exemplaribus nõ legebatur, nec ob id, a Theodoro fuit transtatum.

fluens semen expers longe facultatis illius animalis incũbit. Hinc etiam deduci ratio potest, cur homines stulti atque indocti filios robustos maxime procreãt, prudẽtes & docti imbecillos.

Cur ferarũ animantium stercus minus, quàm humanum fœteat, & damarum, & aliorũ quorundam excremẽta paulisper aroma redoleant? quoniam ferè cibo siccíori simpliciorique vescũtur, laborántq; vehementius: hominum verò stercus omnium maximè animãtium fœtet, quòd vario, humidóq; cibo magis cæteris vtuntur: atque plusquàm sit satis importune prius, quàm egeamus gulæ ingerimus, atque minus aut per laborem exercemus, atque minus calore abundamus, cùm igitur cibus, vel plene concoqui, vel satis diffluri propter copiã nũ queat, putrescit aliquantulum, itaque praius fœtet.

Cur sinapi, & piper, & acriũ omne genus cum superimpositum nostri corporis vlcerare nimirum potest, demoratum vetrem vlcerare non poterit? quoniam ante immutatur atque concoquitur, quàm incipiat agere, adde quòd eius vehementia hebetescit minio ventris humore, quinetiam cutis suam ob densitatem tempus ad agendum rebus admotis acribus satis adhibet: & quoniam imbecilla est, facile sentit, * at pars intestina vna, & laxior & validior est.

Cur & præ nimio dolore, & præ nimia lętitia aquę lachrymæ excutiantur? Quoniam qui dolent, pęsitudine meatuũ, qui posti oculis sunt, humorem, quẽ oculi continent, exprimunt, dolor enim meatus refrigarat, atque astringit. At qui lætantur & gestiunt, humorem ex laxitate meatuum effundunt, oculi tamẽ quicunque arteriis constant meatibus, lachrymã neutra

de

10

* τὸ λεπτὸν βάττει.

11

de causa mittere consueuere.

32 Quam ob causam qui dolent, summa corporis parte pallescere consueuere? Quoniam vires naturæ cum sanguine partes interiores corporis subeant (sicut superius dictū est) sanguis autem est, qui summam corporis partem calfacere posuit, & laxare.

33 Cur sæpenumero euenit, vt qui mingunt, etiam flatum ventris extrudant? Quoniã vesica plena vrinæ intumescat, & prætumet, & adducat rectum intestinum: itaque vrina, dum egeritur, intestinum illud relaxatur, & flatibus intestinis inclusis libertatem effluendi concedit. Sunt tamen, qui dum vrina secernitur, cõsensum quendam membrorum effici omnium censeant.

34 Quam ob rem qui oscitantem viderint, oscitare incipiant? Quoniam natura animantium consentiens inter se, afficique mutuo aptissima est, maximèque brutorum. Hinc vbi è grege alterorum meiere vnus adortus est, cæteri quoque omnes idemtidem faciunt, quibus vesica plena est vrina.

35 Cur sanũ lippiens sua aduersa valetudine afficiat, sanus vero lippientẽ sua bona valetudine emendare non queat? Quoniam oculi humidi, [ευπαθεῖς] molles *affectuique opportuni sint, addes, quòd sanitas temperies quædam sit corporis: morbus autem intemperies, facilióque modicus habitus ab immodico mutetur, vertatúrque, quàm contrario merito lippitudo, quę habitus quidã immodicus est, sanitatem, habitum laudabilem celerius mutat, omnem mutationem aut ob naturalem consensum corporum fieri certum est.

36 Cur numus, aut pomũ in aqua demersum amplius, seipso videatur? Quoniam aqua subiecta

afficerent corpori, eadem afficitur qualitate, cõtactúque proinde trahit eandem, quo fallere oculum potest, quasi corpus amplius sit, cùm vndique aqua contingatur. Hæc enim eadem ratione sol quoque, & luna, & *Errones omnes, cum vel exoriuntur, vel occidunt, corpore esse ampliori videntur: quippe cùm ita primum cœlum recipiat eandem qualitatem, afformetúrque tenuibus.

37 Cur quadrata è lõginquo rotũda esse videantur? An quia quadrati angulos vtpote subtiles è longinquo percipere oculus nequeat: quibus detractis rotundum videtur, quod relinquitur?

38 Quam ob causam, cum aliquid procul percutiat, ictum statim cernamus, strepitum lentius audiamus, quamquam vna cum ictu strepitus oriatur? Quia visum tenuiorẽ atque acutiorem quàm auditũ habemus, visus igitur anticipare, vtpote acutior potest, auditus vt crassior, lentos suo fungitur munere. Eadem hæc ratio est, cur in attritu cõfrictúque nubium ictum, quod tonitruum appellamus, & ardorem, cui nomen fulgur inditum est, non ex æquo percipiamus: sed fulgur primum videamur, post tonitruum audiamus: quãquam ictus vel prius tonitruum, quàm fulgur efficiat, vel vtrunque simul committat. Ergo vel in hac in re visus vtpote agilior, & tenuior præcurrit, atque anticipat, auditus vt crassior, & retardior, postmodum sentit.

39 Quã ob rem ex frigoris vehementia partes solũ corporis cęterę rigeant omnes, facies minime, cùm hęc vna detecta frigori pateat? An propter cõsuetudinẽ? facies enim quòd semper detecta est, aut mutationibus insuescit, iuuat autem plurimum ad resistendum cõsuetudo, atqui exer

exercitatio.

40 Quā ob causam bilis sui conceptaculo *assecta admodū facile complexa nunquam id corrodat, vbi vero in dentem corpus solidissimum paulisper decubuit, illum corrodat, atque interimat? Dixerim, quia natura, vt in illo vno corpore bilis contineatur, statuit, vis enim naturæ plurimum ad prohibendum ne quid officiat, valet. Constat hoc etiam rebus aliis, fœtus enim decem fere menses in vtero permanēs nullum ponderis sensum gerenti fœminæ mouet, at si quis flatus eodem ruat, tormentum protinus excitatur, & pondus sentitur, & distentio rapit intolerabilis, arteria item aspera spiritus vnius conceptaculum est, ita, vt si quid cibi, aut humoris in eam delapsum sit, strangulatio sequatur, & tussis subita: natura enim non cibo, sed spiritui viam hanc vni vendicauit.

*assecta

41 Cur alij balneas sitibundi ingressi, extincta siti egrediantur, alij contra? Qui habita sunt siccioni, siti balneo humefacti, absoluitur, præsertim si non penitus tabeant siccitate, at qui humidiores sunt, & siti omni vacantes, in humor per sudorem absumitur, itaque situs creatur: quippe quæ siccitate oriri solita sit.

41

42 Quam ob causam *radice per cibum ingesta, alij fœde eructāt, alij non? quorum ventriculos non vitiosis excremētis, maximēque putridis redūdat, horum eructus purior est. quorum autem ille redundat, impurus, & male olens, radix enim vim calefaciēdi, incidēdi, extenuandique materiæ obtinet, flatūsq; ex humoribus mouet, quos per ructū retrudit, ac reiicit, ita sæces quoque diri odoris, si immotæ manent, fœtoré non spirāt, si mouētur, amplius spirant, haud enim audi-

*radice

endi sunt illi, qui radicem ipsam vitiosam acra & fœtido constare genere censent, argumēto quòd etiam foris iam marcida male oleat: nam si id esset, omnes, qui eam edissent, fœtidum eructarent.

Cur summis frigoribus, digiti & omnino extrema corporis nigrescāt, & decidāt? Quia vis humani frigoris caloré insitum ad corporis profunda impellit, & claudit, itaque extrema, quorum vires *animales & calorem nequeunt admittere, primum liuent, deinde nigrescunt, & mortuantur, decidunt vero propterea, quòd natura reliquo suo corpori consulens, astringit ad se quod integrū est, relinquit, atque reiicit, quod mortuum vacat, extrema ita officii possunt, eo quòd parum carnis, caloríque obtinent, hinc enim & in genere surculum, quæ infirma laxioraq; & minus calida sunt, frondes hyeme incunte amittunt. sirrant enim, qui principio colorem innatum vim aduersam frigoris aufugere introrsum existiment: proinde coactum, & quasi recreatum proficisci vniuersum larga cum copia omnibus auxilio membris: itaque feruore humido extrema posse exuere: nam dum intus manet, cogi melius potest.

41

*vitales.

Quā ob rem qui extremis prefrixere, si membra ignis admouēant, doleant vehemēter? Hoc vniuersim & ad subitam qualitatis mutationem accidere arbitrandum est, fit enim, vt ex multo frigoris repēte trāseant ad multū caloris, omne autem quod immodice, vniuersimque malo agit habitu, dolorem naturæ infligere potest, fiat quod per habitum bonū modice, atque ad naturalem conditionē vniuersim mutatur, natura vero vehemēter permulcet, atq; oblectat,

44

corpus

corpus enim humanum habita temperatione, quàm cætera animalia constat.

45 Quã ob causam, qui piper, aut panis frustum grandiusculũ deuorarint, singultiunt? Qui ventriculum mundũ, & sentientem, & calidum habent, hi celeriter piperis acritudine mordẽtur: quo morsu stomachus ad repellendã rem, quæ id efficit, excitatur. Itaq; oritur, q̃ singultus vocatus est. At qui vẽtriculo sunt frigidiori, pituitoso, atque hebetiori, hi lẽtius singultiunt, quæ etiam qui panem incisum iusto amplius deuorarint, oppressi magnitudine panis, singultire coguntur, mẽbrorũ enim natura nequit quiescere, quoties aliquo detrimẽto infestatur. Piper igitur qualitatis suæ acritudine facit, quòd singultus obueniat, quomodo bilis quoq; interior pungit, & cõcitat. Panis vero sua opprimens qualitate idem cõmittit more pituitæ, quæ singultũ aggrauando ciere potest, respõdet enim piperi, panis pituitæ, vtraque vero proxima rebus extrinsecus infestantibus, dixerim, spinis & lapidi, piper enim & bilis acumini spinarum respondent: pituita & panis lapidum ponderi.

46 Quam ob rem *vitia, quę in vnguibus digitorũ constiterint, dolore afficiãt vehemẽti? Quoniam nerui ad extremos vsque porrecti digitos suis ipsi excrementis vngues conficiunt, sicut etiã dentes in gingiuis. Cum igitur vis, quę per neruos *author sentiendi præstatur profluens extremis insistat digitis, eo se colligens, augetur aquæ modo, quæ in cõpita confluit, conflat eo magis dolorem posse amplificare, quoniam plus sensus vitiis augetur.

* πάθη.

*αἰσθητικὸν δύναμις.

47 Quamobrem ii, qui panem incisum grandiusculum deuorarint, & ob eam rem singultire

incipiunt, retentio spiritus singultũ sedare possit? An quia stomachus ad asperam arteriam posterus est? ideirco premitur ab ipsa arteria, & impingitur, ita vt panis intrusus in ventriculum excutiatur, quo excusso, pondus tollatur, quod singultum ciere potest.

Quam ob causam qui ex pane singultiunt, so- 48
lentur singultu, cùm triste aliquid audierint? quoniam sunt intenti ad hoc, quod ægritudinẽ attulit. Cùm enim vis animalis aliorsum cõuersa, mouere thoracem desinat, spiritus parum tantisper affluit: itaque coactus singultum præ sua copia sedat, vt dictum iam est.

Quam ob causam, cùm picturas intuemur, si 49
prope astamus, colores plano contineri omnes videamus, si procul, partim cauo, partim deuexo repræsentari necesse est? Quoniã vix cõspiendi, quoties perlongũ extenditur internatiũ, linguescit: atque ita colorũ profunda diligentes nequit explorare, sed partem aliquam deteram videt, nigriorem cauam. Album enim, quoniã lucido proximum, foras versus elucet, nigrum, vtpote obscurum, introrsus nitet. Hinc artifici illa congruum iudico, Artium aliæ materiam transformare soleat, vt cùm fictor æneum equum, bouem, aut quod aliud animal conflando, aut ducendo hominem, aut vas aliquod affingat, videlicet materia æris à forma in formã immutata alia per adiectionem agunt, vt quæ cera, aut luto effigiant: aliæ per demptionem, vt quæ animal sculpendo affirmant: aliæ per compositionẽ, atque appositionem, atque conflatinationem, vt ars ædificandarum ædium, aut nauium, aut lignaria: sunt præterea, quæ per habitus alterationem, pernitoremque ma-

mutationem fiant, quemadmodum natura genus animalium ex semine creare solita est: nó defunt, quæ per habitus mutationem atque additionem prodeant corporis, quomodo natura membra nutriendo augere vtique consueuit adde etiam, quæ per colorum mistionem, atque adiectionem corporum conficiantur, vt aricem pingendi suo fungi officio nouimus.

50 Cur aqua frigida neruis officiat, calida non prosit, sed talis quoque aduersa sit? Nam si quid noxium est, cõtrarium eius cõmodum esse necesse est, haud enim fieri potest, * vt contraria modo cõsimili efficiãt. Dixerim aquã, *non quia est calida posse officere, sed quia calida & humida, neruorum etenim ictus, quoniam summa in neruis sensio est, cõtendi astringíque desiderat, quod humor præstare nequit, imò neuos emollit, laxat, ad cariẽ ducit: caloré verò nerus haud quaquã esse incommodum constat, arguimento olei, cuius perfusione iuuari neruos palam est, eo scilicet quòd aliquid obtinet astrictionis.

* *Al. l. principia vtrique, & per se efficiantur.*

* *Al. l per se nerua.*

51 Cur poma obesse sua frigida humidáque natura possint: aqua, quæ frigida & humida est, non tantundem officiat? An quòd aqua pomis tenuior est, ac digeri celerius potest? Adeóne nó ex æquo offendi, præsertim cùm membra hæmare aliquantulum valeat.

52 Quã ob causam pleriq; cibos crassos, atq; difficiles cõcoquere facilius possint, (vt carnes bubalas: faciles, & succi compotes laudabilis atque cõcoquant,) vt pisces saxatiles? Ratione alij ad cõsuetudinẽ referunt, alij ad habitũ quẽdã naturalẽ ingenio humano inexplicabiliẽ: alij ventris calore immodico cibos cõcoctu faciles vtra modũ pro sua facilitate cõcoqui, itaq; per-

* *Desiunt in graeco.*

frugis

frugi, corrũpíq; cẽseat, difficile verò, & qũ modo immutatur, cõcoqui tãtũ, nõ prẽterea quicquã vitiari. Nã & paleæ quoniã perquam facile flammã sitiunt, in cinerẽ vertuntur ab igne largo, & rapido: quod ligno querno accidere nõ potest.

Cur farina hordeacea extinguere inflammationes possit, cùm frigidũ omne cogendi, densándíque, non digerendi vim habeat? Dicẽdum non vi refrigerandi, sed tergendi, discutiẽdíque farinã posse digerere hordeaceã. Scindit enim & detergit humores, & verò pleraque alia rem suam contrariã efficere queunt, videlicet non radicitus primaria, & per se, sed secundaria, & per accidens. Exempli gratia, apium, quod calidum est, febrem minuit, non eo quòd calidum (similia enim se mutuo iuuãt:) sed quod materias infestantes discutere, atque detergere potest, & vrinam mouendi vim habet. Iris item, & hyssopum herbæ, quamuis calidiores, profunt tamen ad laterum dolores, quoniã materias incidunt, quæ inflammationẽ membranæ costis subditæ excitant, quinetiã aquæ perfusione frigidæ nerborum distentionem ex materia ortam frigida sedatam aduertimus, per accidens, scilicet calo ita interuentu interioris. Quoties igitur ex se nullo interueniente medio quicquã agit, proprie rationéque primaria rem efficit dicimus, at si non ex se, sed per aliquod mediũ agat actionem per accidens, rationéque secundaria profecisse dicere consueuimus. 53

Cur ante quàm balneas introeamus, tepidã 54
vrinam reiiciamus? cum diutius intus manserimus, frigidam? Dixerim quãdam per comparationem alterius ad solitum euenire, vrina enim, cùm tepida effluat vere foras, quoniã nostrum

corpus iam frigidum est, tepidum, quod meli-
mus, corporis comparatione sentitur. At vero
intus, quoniam plus quàm vrina corpus reca-
leat frigida esse videtur, quanquam aliquãtulo
calidior est. Constat hoc etiam, quod si balneas
ingressus prius, quàm recaleas, te recipias in
labrum, aqua, quæ calida leuiter est, feruens
admodum iudicetur: sed si postquam concalfa-
ctus es, labrum adieris, non ex æquo feruore
eandem percipies.

55 Cur aqua interdum locis effossis maritimis
dulcis comperiatur? Causa quòd pars maris
tenuior dulcis est: crassior salsa quantum igitur
tenuius est, dulceque est, hoc per terræ fora-
mina transmissum, liquatúmque in ipsam se cõ-
dit tellurem, quod ea effossa comperitur: hæc
eadem pars maris tenuior efferri quoque in
cælum, atque in humorem dulcem ac in plumã
euadere solita est, crassa illa reiecta, cõsta
transit in salem. Quæ igitur littore laxiori con-
tinetur, salsa propterea est, quia crassior quo-
que humor terram subire per meatuum ampli-
tudinem potest, qui salsus est.

56 Cur aqua puteorum per hyemem calida, per
æstatem frigida est? Quoniam cõtrariam omne
sunum vitare contrariu semper solitum est: ecce
igitur frigidum, quod calido contrarium est,
atque exitiosum, fugiat per æstatem, cùm cælũ
recalet se ad ima tellurꝭ recipiat necesse est:
quo euenit, vt aqua frigida efficiatur. Cõtra per
hyemem, quoniam extrinsecus frigus vergit, ca
lor ad ima fugiens aquam tepefacit. Contraria
enim per idem loci & temporis simul manere
natura noluerat.

57 Cur in Aegypto, quæ terra calidissima est,

vinum frigidum nasci soleat? Ratio eadem illa
est, quam superiori reddidimus quæstioni. ca-
lor etenim facit, vt frigida omnis qualitas de-
figat se ad radices vitium, itaque illas refrige-
rat: quòd, cùm sturpibus cõmune euenias omni-
bus, vites amplius sentiunt: quia molliores at-
que affici opportuniores sunt.

58 Quam ob causam aqua, quæ fernida demissa
in puteum est, frigidissima fiat? Quoniam fri-
gor putei calori pugnans aquæ demissæ, facile-
que præ sua frigidissima copia superans calorẽ
vniuersum expellit, magnáque eum vi permeat
per aquam, atq; ita vehementer eam refrigerat.

59 Quam ob rem cùm bestiola oculo incident
aliqua, cõprimi alterum prodest? Quoniam spi-
ritus visui a natura delegatus, non præterea ef-
fluat, sed se colligens, copia larga redundat, ita-
que ad apertum oculum sua copia dematus im
pet illum, & tumefacit, & in priorẽ partem red
dat propensiorem, vnde fit, vt quod incidit insit
mis, ne lenius, expellatur, fortasse spiritus quoq;
ille vniuersus occurrens per foramina oculi
bestiolam reiicere potest.

60 Quã ob causam qui in faciem percutiuntur,
ignem videant? Quod spiritus visus accommo-
datus extenuatus per ictu ardet, profectóque in
aerem talis videtur, qualis per ictum redditus
est. Sic enim & duobus lapidibus, aut ferris mu
tuo attritis aer interueniens ictus, extenuatũque
eiusmodi in modum in ignem cõuertitur, quod
idem & in nubibus euenire certum est.

61 Cur non lapides omnes per mutuũ attritum
ignem excutiant? Quoniam sunt qui corpore
soluto, leui, & laxo constent, haud enim æque
per attritum aer extenuatur, cùm nullo vehe-

mentiori afficiatur ictu propter corporis sruitatem, & cedens quoque, & se in foramina laxioris contextus recipiens, non omnis pari modo percussus recalescere potest, hoc etiam per attritum lignorum mutuum accidit. Ignis verò, quem de Sole, & aqua excipimus, reflexu radiorum Solis ad vitrum, ac inde reditu ad planum contrahitur, sit enim ita, vt aer amplius concalefactus ignescat, quomodo etiam in speculis agitur.

62 Cur scalas facilius descendamus, quàm ascendamus? Quoniã in descendendo pondus nostri corporis iuuat, vt pronius deferamur, at in ascendendo vires dum pondus corporis sustinent atque efferunt, laborant, sic enim & lapis facilius deorsum, quàm sursum fertur, nam graue omne deorsum ferri aptissimum est.

63 Cur pueri statim, vt ex vtero parẽtis in lucem venerunt, plorare incipiunt? Quoniam lensum iam & naturam alienam sibi experiuntur quippe qui ex corpore calido, & molli, quo cõtinebantur, ad aerem frigidum prodeant, fortasse vel luce ipsa perculsi contristari, vociferarique incipiunt. Haud enim illi audiendi sunt, qui animum dicant, quòd amisso cœlesti domicilio, corpus inhabitare terrenũ occœperit, ideo infantem cogere dolere, atque plorare.

64 Cur apes, formicæ, muscæ, atque ad summum animalia insecta oleo pereant? Quia spiritus meatus continent angustissimos, oleum enim quoniam lentum est, interiepit, & claudit ita vt via spiritui omnis denegetur: quod cum accidat, interitum sequi necesse est, idem etiam serpentibus cõtingit ex iis quæ mali iunt oculis. Nam spiraculorum angustias obiirunt subiecto

mentorum crassitudo.

Cur flando calida refrigerare, frigida tepefa- 65
cere possimus? Quoniam nostra respuratio calida est, spiritus qui ore profluit, qualitatem habere contrariam potest, calida vero refrigeramus, eo quòd calidam etiam qualitatem mouerimus, atque digesserimus.

Quam ob causam carnes, quæ Lunæ plenæ ex- 66
positæ pernoctarunt, putrescant? Quoniam aer orbe Lunæ completo calidus reddi solet, & humidus: quæ quidem qualitates putredinem contrahunt, ita enim à natura sancitum est, vt & calor, & humor modice adsint, concoctionem efficiant, si humor paulo exuperat calorem, putredinem mouet, si nimium, extinctionem committeret, si calor valde humorem vincit, deusthionem adduci necesse esset. Luna verò, cùm quadriformi notetur habitu, primo cùm æqua portione diuisa est, humida & aliquantulum calida regit: secundo pleniter orbe, calida & quodammodo siccior est: tertio cùm senescit, sicca & frigida redditur: quarto cùm luce omni exhausta silet, frigida humidáque euadit: tunc enim expers est radiorum Solis, quos calidos esse nemini ambiguum est.

Cur piper & synapi, si solida deuorentur cal- 67
facere ventrem nequeant, si contusa, nimirum queant? Quoniã quæcunque non actu, sed potentia suas cõtinent qualitates, aliquod extrinsecus desiderant auxilium, quo suam potentiã ad actionem promant, cum enim per contusionem tenuiora reddantur, meatúsque corporis altius subeant, atq; à calore moueantur natiuo, merito iam suam exercere potentiã valẽt, hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

eadem ratio cæteris quoque qualitatibus asserenda est, rerũ autem, quæ sua qualitate agant aliæ actu proferunt qualitatẽ, vt aqua, pituita lac: sunt enim hæc humida ex se, atque frigida præsidij nullius indigentia exterioris, quo retinerent atque humefaciant: consimili modo & sal, & terra, & reliqua generis eiusdem, sicca enim constant natura tam potentia, quàm actu, & facie. At mare *& feruida naturæ fluentia, faciem quidem humidam præ se ferunt: sicca vero potentia intelliguntur, ecquis panis, & semen lini cùm siccam præ se ferant speciẽ, humidam potentiam sortiuntur.

* τὸ δ' ὑπὸ φύσιν ὑγρὸν ἐστὶν ἐνεργείᾳ ὕδωρ

68 Quam ob rem pleraque omnia animalia videre interdiu queant, noctu nequeant? Quoniã spiritum visui visus accõmodatum habent crassiorẽ, quàm vt aërem permeare ad rem vsque videndã valeat, crassescit enim per noctẽ, cum Solis absentia refrigeretur, extenuatur interdiu beneficio aëris, qui tenuis, & calidus est, feles tamen & hyenæ, & vespertiliones contra se habent, cùm enim interdiu nihil ferè videãt, acute omnia per noctem conspiciunt, spiritum quidẽ illum visorium, & tenuissimum, & dilucidissimum habent, ita vt per noctem hic modice incrassescens, idoneus ad rerum conspectum reddatur, per diem luce præclara supra modũ extenuatus expandatur, & euanescat, quã ob rem leones quoque per Solem ingredi acriore non patiuntur, sunt enim acie oculorũ acutissimi, & ignem interdiu idem ob eam rem fugiunt. constat talem leonis aciem esse argumento pupillæ, quæ præfulget, atque ea partis humidæ oculorum, quæ dilucidissima est.

69 Quare, cùm per noctem inter dormiendum oculos repente aperiamus, lucem percipimus? Quia spiritus videndi coactus, amplificatũsque in dormiẽdo vniuersus larga copia erumpit per tenebras, atque elucet: itaque speciem quãdam lucis merito potest conspicari.

Quare quos pudet, oculos deorsum vertere 70
soleant? Quoniam oculos speculũ plane animi natura extruxerat: quippe cum cæteras quoque affectiones animi per oculos intelligamus: videlicet cùm angitur, cùm irascitur, cum verecundatur, quod cùm animus personam quampiam reuerendam respicere libere, atque alloqui audentius *temperet, palpebras trahit deorsum à musculis cogit: quasi occulens partem, qua facultas conspiciendi administrari solita est.

*non sibi-neat.

Cur sedes audiendi, humorem omnem inoffen- 71
sũ, præter quàm aquam patiatur? Quod aqua pro sua frigiditate neruum illico audiendi mini mum subit, frigus autem omne neruis inimicissimum est.

Quam ob causam, cùm ventus futurus vehe- 72
mens est, splendores quidam tanquam stellæ discurrent, aut tanquam fulgura conticent, potissimum per cœlum serenum & sudum? Dicendum iam moueri ventum, tacere illi verum non, vt corpore constantibus crassiori, atque ad sentiendum hebetiori, nondum patet, aërem tamen superiorem vt tenuiorem, ac æthera tenuiorem, mouendo incedit, atque ita nos partes illius more scintillarum duci cernimus, post vbi ventus inualuit, aërem quoque familiarem hunc *terræ, & crassiorem mouet, cuius agitationem percipimus

*περιέχειν.

Cur ventus vehementius per loca spiret angu- 73
sta, quàm per ampliora? Quoniam vnum in lo-

cũ coactus, vires auget, robórq; pro suo profun
do accipit amplius, at verò expãlus, diffusúsque
per spatia laxiora infirm' redditur, atq; imbecil
lus, hinc ignis quoq; , & aqua, & qualitas omnis
coacta validior, quàm expẽsa, est eadẽ ratione.

74 Quam ob rem nonnulli, cùm magna posita
procul videre non possunt, parua in propinquo
cernere queantiquos myopas ideo cognominã-
mus, quoniam non nisi conniuendo respiciant?
Dicendum spiritum, cui videndi officium depu
tatum est, tenuem, syncerúmq; in his esse, itaq;
longe deductũ, vt rem apprehendere non pos-
sit, propinqua tamen, vel parua explorare suam
ob tenuitatem, syncerit atẽmque non immerito
potest, at qui etiam minima è longinquo cer-
nunt, vt senes quoq; faciũt, his causa contraria
reddi debet, quòd spiritum oculorum crassum,
largúmque habẽt, opúsq; est ob eam rem mo-
ueri longo itineris spatio, videlicet, vt attenue-
tur, & ad rem percipiendam reddatur idoneum.

75 Quam ob causam canes soli ex omnium ani-
Qui canis. mantũ numero colligari *possit coitum soleant?
Quoniã & cerui vulux caninæ angusta est, &
coles in vsu venereæ rei inflatur, ac intumescit,
nec protinus retrahi potest. Adde quòd semen
lentum, glutinosúmque est, vtrumque vero per
immodicam siccitatem accidere intelligimus,
nam & indésare arctiúsque colligere mẽbra, &
humores stringere, atq; durare siccitas potest.

76 Cur soli animantium canes rabiant per æsta
tem? Censendum id fieri propter habitus sicci
amplificationẽ, canes enim cum semper sunpte
natura habitu siccíori constant, tum per æstum
magis resiccantur, & rabent, humor enim con-
tentus in his, totúsque habitus concalfactus,

resecatúsque supra modum incenditur. Itaque
ob hominum per febrem insanientium furiũ,
& sitim siccissimã, rubiginosissimámque emis
sunt, incendi totum habitum constat, eo quòd
& frequenti ore anhelant, & oculos habent
graues & fauces reserant, oréque hiscente va-
pulant, vt refrigerentur, cauda item præ nimia
ariditate horret, tabescit, extenuatur: nec inter
eas quilibet rabit, sed qui siccissimus est. Placet
quibusdam sydus quoque canicułæ rabiem ca-
nibus per delibationem quandam cœlestem
atque influentiam emoliri.

Cur qui rapide, inconsultéq; inciduntur, mi- 78
nus doleant, quàm qui consulto? Quoniam al-
teri animo sunt occupati cuique negotio, vt ex
ægro sentire præterea non possint, alteri suum
omnium ad membrum id vertunt, quod secan-
dum est: atque ita, vt amplius sentiunt, sic ve-
hementius dolent.

Quã ob causam qui onera portant, aut tra- 78
hunt, cum cantu ambulare cõsueuerunt? Quo-
niam dum animus modulis permulcetur, attẽ-
datque numerorũ suauitati, minus sentire po-
test, itaq; minus ab onere angitur. Hæc eadem
ratio est, cur lugentibus tibias, atque tympana
adhibeamus: & cur ad eos, qui vel morte suorũ
angantur, & mœrent, vel morbo laborant, ho-
mines congregari, vanóque vti sermone soli-
tum sit, animus enim, cum se ad verba trans-
ferat, minus rem sentit aduersam, vnde veteres
varia scęnarum obiectamina sibi excogitarunt,
vt animum solatio, modo his, modo illis excep-
tum abangore leuugerent.

Cur Aethiopes magna ex parte cùm febri- 79
citant, intereant, & cùm lippiuerint, exulce-
reu

rentur? Quoniam calidi sunt nimium, & ficci, fit enim per febrem, vt omnis elementorum destruatur constantia, quandoquidem humor, qui est in his exiguus, absumptus, atque abditus, facit, vt tota elementorum cõstructio resoluatur. calorem enim deleri per alimenti inopiam necesse est, qui cùm defuerit, frigus oriri nulli dubium est. Quinetiam siccitas humore interepto exuperat, quapropter mortua corpora sicca & frigida sunt. Vnde Homerus, cùm ex elementis duo, quæ tenuissima, & leuissima sunt, abire, & euanescere: duo reliqua manere corporibus mortuis nollet, deprecatus in hunc modum est. Sed dij vos omnes seruent vndamque, solumque. Videlicet gelidos, & siccos, exulcerantur per lippitudinem oculi, quoniam sanguis bilem ex inflammatione excipiens, oculos præ nimia acritudine exedit, & lacerat.

20 Cur in conuiuiis poculis modo contrario vtamur? Cum enim incipimus, minuto bibimus poculo: cùm satiati sumus, ampio iam agendum censemus, hoc etsi contemnendum potius, quàm discutiendum videtur, habet tamen causam non ineptam, vt enim epularum gratia crebrius bibamus, à minutis incipimus poculis, atque ad amphora finimus: quippe cum minuta implere satis, vbi potare liberalissime libuit, nõ queant, at si ab amplioribus incipiamus, ocyus expleri necesse est. Itaque frequẽtius, quod epulantes deret, haurire non possimus, adde quod natura largo protinus, vniuersoque haustu excepta, rem molestè fert alienam, & copiam omnem successiuam asperuatur, at verò à minutis exorsa, paulatim amplioribus assueta, copiam quoque familiarius demum admittit, & patitur.

Quam

Quam ob causam, qui aqua intercute laborant, assidue sitiant, cum aqua sint pleni? Quoniam humor, qui in his non digeritur, sed putrescit, salsus quoque efficitur, atque ita stomachum reficcare potest, præsertim cum febricule adsunt, ad hæc, quanto venter amplius intumescit, tanto reliquũ corpus minus ad proportionem capiens alimentum reficcatur, vnde etiam extenuari consueuerint, maxima enim pars sibi conuersa in aquam, ortum, amplificationemque vtij exhibet. 21

Cur per conuiuia, vt inter initia cibi, & antequam impleamur, angustia premimur: sic post satietatem atque ad finem cœnæ relaxamur, neque vllo accubandi cœtu* adduci præterea consueuimus? Quoniam principio omnes pro nimis edendi auiditate ad partem lectisterniorem* exteriorem tẽdimus, hinc euenit porro, vt nõ mediocri premamur angustia. At post satietatem alius in partem potius vergit inferiorem, alius in latus discumbit, alius item erectius sedet, alius vel priorem in partem inclinatur, vel in posteriorem paulo reclinatur: atque ita efficitur, vt post satietatem relaxemur: adde, quòd omnes inter edendi initia in pectus prorepsi, & in latus enixi corporis accubamus, itaque euenit, vt angustia premamur, necesse sit. 22

*angi.

*interiorẽ. Sic enim legit Fuchsius.

Quam ob causam cùm tres corporis nostri materiæ simplices, vniformesq; sint, non tres quoque morbi vniformes, atque simplices veniant, sed plures? Duplex enim in qualibet materia genus est ægrotandi, videlicet cõtinens, atq; intermittens. Cẽsendum propterea id accidere, quoniam non tantum ex materiis morborum differentia oriuntur, verum etiam ex locis, calida 23

enim

enim, tenuisque materia febrem acutam, breuem, ardentemque efficit: frigide & crassa bebetem, & longam, sic enim & ligna, quæ calida & siccissima sunt, vt tedæ, vt laurus, ingentem excitant flammam: atque ocyus absumuntur, atque humida, & viridia, ignem humilem reddunt, & fumosum, & lentius deuruntur, locus item si amplus, latisque sit, celerius pleniusque accendit materiam ob eā scilicet causam, quod quātum materiæ vitiatum est, coactum eodem in loco subsistat, perpetuaque via accessum vitalis. Sed si angustus exiguusque sit, vt non totam, sed particulatim materiam capere totam possit, febrem imbecillam creat, & diuturnam. Ergo si materiæ naturam, & locum coniunxeris, numerum omnem comperies febrium, quas putrens materia contrahere potest. Nam si in amplis conceptaculis, id est venis, atque arteriis flaua bilis putrescit, quoniam calida est febrem accendit ardentem, acutam, breuem, qui Ardor vocatus est. Sed si pituita frigida in paruis venis, & arteriis, cum propinquis putreat, febrem imbecillam, & longam mouet, cui nomen Quotidianæ inditum est. Item flaua bilis paruis in conceptaculis putret, febrem creat breuem, diuturniorem tamen, quam ardor sit: quam Tertianam, vel acutam simpliciter nominamus. Sed si pituita in amplis putret conceptaculis, febrē excitat quotidiana aliquantulo breuiorem. Paulo modo & atra bilis, si amplioribus venis putrescat: quoniā tota vno tempore incendatur, breuē agit quartanam. At si in paruis, diuturnam. Accidit enim vt simul & materia frigida crassa, immutarique difficilis sit, & locus arctior obsitat, ne bilis tota simul deuri possit, & absumi. Cur

Καὶ διὰ τί ἧσσον ἐν τούτοις συμβαίνει, sic Palitianus, vna simus scilicet humor putrefactus accenditur.

Cur febris quartana diuturnior sit quàm quotidiana, cùm pituita, quæ frigida, crassa, lenisque sit: quomodo etiam atra bilis, quæ quartanam agit, frigida, crassa æque etiam longe humor, quàm pituita continatur? Quoniam pituita quamuis frigida, & crassa, tamen humida est: humidum autem quodque facile immutari potest, atra bilis, sicca & frigida est. Sic cum autem omne difficile immutatur. Captiose igitur dicunt, qui missa, & quasi opera reliqua aduersi qualitate frigidi, vnius affinitate, & pituitæ opera ratiocinantur, adde quod pituita naturæ commodatior est, quàm atra bilis: vnde per nutritionē pituita pro alimento natura vti consuerit. febre igitur quotidiana vrgente natura quantum pituitæ vtile competit, totum id ad corpus alendum concoquit, atque dispensat, quantum autem inutile est, id putrescens accendere potest febrem. 84

Quam ob rem materiæ nostri corporis cum quatuor sint, putrescántque omnes, genera febrium non quatuor, sed tria constant? Quoniā sanguis naturæ familiarior est, alimentúmque suppeditat corpori, hic enim si abūdat, plenitudinem, id est repletionem tantummodo creat: si putreat, nō sanguis præterea esse potest: quippe qui recalescens flauam in bilem transeat. at reliquæ omnes materiæ, si superent, vitia per se maxime pariunt, vt vlcera, quæ à serpendo herpetes appellamus, vt cancros, vitiligines: sed si putreant, febrem excitare consueuerunt. 85

Cur, si per parietes inuicem obiectos fenestræ sint, accidat, vt altera clausa, nō præterea multum, ac vehemēs ventus irrumpere per alteram possit? Cēsendum hoc propterea euenire, quo-

niam aër excitus, id est ventus, non nisi corpore constat: ergo altera clausa, aer, qui ingressus per alteram est, domum replet, & quoniam corpus est, nihil amplius aëris superingredi patitur, ne corpus in corpus admittatur, at si fenestra aperiatur, aër qui domum præoccuparit, pulsus per eam extruditur, itaq; locum exteriori dat aëri & cedit, vt libere ingredi valeat, qui etiam ipse per obiectam fenestram cursu consimili effluis facit, vt alius per alterā admittatur, quod cum assidue agatur, impetus aëris, & agitatio vehementior excitetur, necesse est.

87 Cur hominū, qui amoribus detinētur, partes postremæ aliàs frigidæ, aliàs calidę efficiuntur? Censendum id propterea fieri, quia quoties angūtur, desperantque potiri se posse, quàm ardēt, calor intus in profundum se cōtrahit cum natura, itaq; extrema omnino refrigerantur, & pallent vero ob eam rem, & tristi vultu demissoq; reddūtur. At vero quoties contra vel spē obtinent bonā vel admodum excandescunt calor ille natiuus idē ad cutem cūm natura effunditur, itaque calidiores rubentioresq; redduntur. Quam ob rem pictores cupidinem aliàs triſtem, anxium, iacentemque pingunt: aliàs hilarem, subridentem, volitantem puerum item eundem vegetū repræsentant: quoniam cupido vehemens quidem est, sed non diuturna & stabilis. Amor enim honestus ppetuo vel inter bonos amicos est, vel inter parentes & liberos, vel inter maritum & vxorem, inhonestus ille parum edurat, magnaq; ex parte inter externos, parūm que cognitos oritur, honestus itē moderatus, ac sobrius est, inhonestus, vehemēs, furibundusq; Tenet finale, atque pēnatus est, quod animantium

ram videlicet animi efferri, mutariq; facile cōsueuerūt & calor eorum natiuus propter vehemētem assiduamq; sollicitudinem marcescit, & vritur.* Enim parte dextera pēdet: leua pharetra sagittis referta pluribus, quoniam principio amor per radiū oritur vnum oculorum statim quippe vt quis aspexit, amauit, post, frequentes ad rē amatam radios mittit, quasi tela iaciat, & capere illā conetur, sagittæ abditæ in pharetra sunt: quoniā qui amant, occulte radios mittunt oculorum, accedit ad hęc consuetudo, quę amorem ita accendit, ignē auget affiatus, quam quam ortus amoris non ad consuetudinē propriè referendus, sed vt nōnunquam etiam exire subito arbitrandus est. Semper enim amore caperetur, qui cuipiam consueiceret. nudus pręterea fingitur, quod & palā sit animus amātis & sine vllo interuentu reprodit cupiditas: Quid enim per alium amare quis potest? *neque ita occulte, vt intelligi à nemine possit. Vnde ita diuersum quoque artifices, Deos ac reges nudos sæpenumero causa honoris, & laudis effingunt. Scilicet vt perspicua eorum potestas, & animo ingeneri, nulloq; vitio protecti per corporis nuditatem indicentur. Plures cupidines facimus, vel quia varia libido est (aliud enim alius cupit, vnde Plato cupidinem* multiplicem belua appellat) vel quia sæpius euenit vt idem pluribus se cupiditatibus dedat. Matrem omnes Venerē habere vnam dicuntur, id est libidinem. Venus enim libidinis effigies est. Ferunt Cupidinem secum arsisse inferna, quoniam sunt qui in amore sint turpes, detestandos, illicitos ruant. vt libro secundo Allegoriarum de Dis abunde docuimus.

Cur per tantū aëris petimur, & alij intercat, alij

*al. l. Sagittam quidē manu dextra tenet, pēdet vero ad sinistra Pharetra.

*al. neque occulte, neque quę quē nauit.

* πολλαχοῦ φησιν, multarum capitum leonina forte multiplicē.

resistere possint? Censendū id habitus ratione accidere, etenim qui corpore male habito sunt, iis aër vitiatus exiguū quoq; materiæ, quod integrū extat inspiratus corrumpit, atque ita materiæ corporis omnes deprauatæ morbos plores, & insanabiles creant, vt moriendū sit, at qui corpore bene habito est, hunc pestilens aër aut nihil offendere, aut parū potest, habilitatē vero corporis esse, quæ causam illam efficiendi euincet ad agendū, constat argumento materiarum externarum. Quercus enim difficilis passu ignis aspernatrix est, harundo facilius ignem recipit, longe facilius stuppa, verum si stuppam madefeceris, & harundinem ceperis viridem, quercum veco siccam, aut etiā sulphure illitam igni mandaueris, hæc facile corripietur flagrabitq; stuppa & harundo nullū penitus ignem excipient. hoc eodē exemplo reddenda ratio est, cum quæritur quam ob causam labor febrem ephemerā ex tempore diei vnius appellatam potius, quam putridā facit, aut hecticam ex firmitate habitus nominatam, * quoniā si corpus spiritum integrum habet naturalē, nullisque materiarum crementis vitiātū sit aptum* iam cōstat ad generationē morbi eiusmodi concipiendum, quo enim solidius, eo siccius, & perinde languori ad generandum opportunius est. Cur itē Solis feruor alios somnum afferat, alios remoueat, eadē illa ratio est, quorum enim caput plurimum pituitæ cōmeatus ea ipsa humoris copia per Solis ardorē resoluta, diffusāque cerebrum humefacit, itaq; adducere somnum potestiat quorum caput humore vacat immodico, iis amplius resiccatum vigilias auget.

29 Qua de causa Sol hominem nigrū reddat, lineum candidū faciat, & ceram emolliat, lutum indurat? Causā prædicta habet patientis materiæ aptitudo, materiq; nanq; nostri corporis excreta putrida quoties minuū recalescūt *per cutē secernūtur. At interū nitro aut fullūgine purgatū, aliue detersus maculas absumente, merito eādem redditur. Sol itē humorē ex cera penitiorē concauans omnem emollit, luti instar, summūm vero humorē exhaurions, siccat, atque indurat, simul si *præter rem patientē, atque efficientem agitudo quoque rei patientis causam effectus adhibeat, fieri potest, vt nos quoque, si animum pietate muniamus, & corpus victu sobrio tueamur, si spretis opibus magnis, cōtenti paucis degamus, labe humana immunes, quoad humanis licet, euadamus, dū scilicet occasionem efficienti nullā suggerimus, qua agere quicquā valeat in rem patientem: siue Dæmon inferus sit siue sydus, siue quodlibet aliud. ☞ excrementa causam afferat nostri errons, vel vitij.

Cur qui morbo laborant regio, astricto sint alui, excrementāque admodū alba egerunt? Quoniā flana bilis per totum corpus eorum effusa est, quod & oculorū, & cutis colore indicatur, neq; ad intestina præterea ita confluit vt egere possit excrementa neq; per suam acrimoniam vim excrementatiā intestinorum excitat ad fæces eiiciendas. Quāobrem ars medicinalis, quemadmodū cæteris quoque artes, nacta sequens pro viribus, quoties valetudo vrget aduersa, viribus infirmis & lāguidis, corpora auxiliatur, cùm enim stercus excerni bilis beneficio incitantis, purgantisq; soleat, videlicet vt & intestina, cùm musculis ad ea ipsa pellenda cōitantur, & stercus ipsum molle, ac in-

* al. lebrea.

* al. l. in patientis a primeua ist passiua effectiua ratio.

30

* al. l. Dicimus id euenire ex præsentis corporis dispositione. & causam ad illi respondimus: quoniam.

* al. l. minus esse, id minus opportunum.

bricũ per humores lentos intestinis appositos continentur, ars perquã aptè clysterè adhibuit, qui mel vice bilis continentis: tru vero quis purgat, & morsu incitat intestina, & musculos ad expellẽdum: aquam atque oleum, vt humefaciat, emolliatq; fæces, quæ febre exaruerũt. Conflat enim alias naturã solam sine opera medici posse agere, vt cũ indicatur de morbis, & materia quę cõcoquitur, tunc enim *natura veluti aduersariorũ duorum arbitra, morbi, & naturalis potẽtiæ adest, & de ægro decernit, ac iudicat: talias medicũ solum sine naturæ auxilio subuenire, vt cum membra, quæ suis semota sedibus sunt, medicus ipse reponit, & collocat, alias naturã simulq; & medicam opitulari, vt cum medicus quidem sordida vlcera & caua purgat, & obstructa foramina reserãs, liberos meatus sanguini præbet, natura verò per inuisibilia foramina vlceris sanguinem syncerũ transmittit, quem per alimentorum immutationem ad eum finem cõfecit, vt carnem crearet, medicus item carnem recens conditam, atque infirmam medicamentis deficcantibus stringit, atque consolidat, natura colorem ad postremum adducit, & quoad maxime licet, expolit & ornat.

*nal. medium vt iuris aduersariorum arbitr.

91 Quam ob causam multi cum febre synocha a feruore continua appellata laborassent, cui aliquandiu nigrã * posit decretorium diem habuerunt? Quoniam febris bili commixta est flaua, quæ morbo inualescente denuo atrum illi colorem hausit, itaque cum indicaretur, pulli in cutem ab natura summa corporis tunica, quo modo per albugines cutem reddi albidam nouimus, crassitudine vero materiæ accidit, vt difficulter coloris deleatur.

*μελ. d. xplan.

Cur

Cur atra bilis si in mammam decumbat aut 92
in crus, exesionem faciat, si in cerebrum, nihil
reredat, sed insaniam tantum excitet? Censentium propterea id fieri, quoniam in mammam venæ amplæ, permultæque propter lactis originem coeunt, itaque atræ bilis copia illo confluit, & vero in crus bilis dilabitur largior quoniam grauiora quæque ad ima tẽdunt facilius, at vero cerebrũ, quia & venæ tenues, & ascensus difficilis, parum bilis effertur, ita vt pungere illic possit exedere nequeat. adde, quod, cum cerebrum non modo frigidum, verum humidum etiam sit, pugnat aliqua ex parte bilis atræ naturæ, & mitigat. quæ igitur bilis atra vehemens est, cũ rum existentem in mamma gignit, vlcus diuturnũ & depascens in crure, insaniam feram in cerebro, quæ autem flauior est fluxionem tantummodo agit, & tumorem cancro similem sine exceptione creat, & ad insaniã vertit leuiorem.

Quamobrem vbi aluus suppressa nihil red- 93
dit, papyrus prosit conuoluta in longum, introsique in sedem? Quoniam musculos sedis collapsos, compressosque diducit humefacta, & excitat. quod idem etiam in vlceribus facit, quorum oræ importune contrahuntur, & coniuẽt, diductis autem musculis fæces excedont, & quicquid affligit, reiicitur.

Cur vasa (quæ baucalia nominamus) strepitũ 94
quendam dum aqua implentur, reddere soleãt, vnde nomẽ his indità est, quomodo & murmur, & susurrus, & reliqua facititia nomina dici inceperunt? Cẽsendũ id propterea fieri, quoniã vas, rãm nullã cõtinet, aquam, plenũ aëris est, corporis longe tenuioris, itaq; cùm aqua in id vni-

uersum irrumpit, aërem tenuem facile pro sua grauitate extrudit, simul enim eodem in vase contineri aquam, & aërem fieri non potest, demonstratū quippe habemus nunquam duo corpora locum eundem per idem tempus posse occupare. quod cùm aër sursum vniuersus per locum expellatur cōpressiorem, si repitū excitari illū necesse est, neq; vnū, sed plures. agitur enim veluti pugna inter humorē & aërē, cum deorsum aërem humor premat, aër sursum humorē cōpellat, hoc enim cum vicissim crebro agatur, merito accidit, vt etiā strepitus percrebrescat.

95 Cur vasa, quę harpagia nominamus, si digito admoto foramen eorum superius obturetur, aquam nullam per foramen sui fundi emittant, sed si apertū sit, libere emittere possint? Cōcedum hoc propterea fieri, quoniā ore aperto aër ingredies aquā deorsum cōpellit, cum etiā humor ipse labi deorsum aptissimus sit. Ita efficitur, vt aqua quę ope per digitum clauso effluere nequit, reserato libere effluat, hinc omnem fere fabricam machinalem per aërem, atq; humorē construimus, vt horologia, clepsydras, vt sonos simulachrorū cæteràq; generis eiusdem.

96 Cur tam vinum, quàm aqua delirium, atque insaniam faciat, si importune febrientibus detur, cum hæc contraria inter se sint, frigida enim aqua, vinum calidum est? Quoniam vini calor efferens sese ad partē superiorē, cerebrū cum febre deurit, itaq; primum illud animi instrumentū, quod spiritus gerēs ipecmē arteria est, commotū, vexatúmq;, vim, qua supimus, delirare, atque improbe agere cogit. cōflat hoc argumēto multorū qui cū corpore, & animo essent integro, suæ mētis esse per vsum meri frequentem atq; immodicum desierunt, aqua sanè: quoniam obtrudit foramina, & iter claudit, quo patris materia possit exhalare, putredinē febresque auget, itaque facit, vt mens de suo statu moueatur, sæpe etiam feruore nimio corporis aqua iniecta pro alimento febribus est, quēadmodū & fabri ferrarij nonnihil humoris conspergere consueuerunt, vt carbones ardentius candeant.

Cur mulieres, spadones, & pueri vocem reddunt acutam? Quoniam eorum arteria propter humoris copiam se dilatare nequit, diducere enim, amplificareque meatus caloris vnius interest. Vt enim angusta tibia sonum reddit acutum, ita etiam canalis spirandi, quæ arteria nominatur, est aspera, vocem pro sua angustia extringit acutiorem. Haud enim audiendi sunt, qui mulieres propterea voce acutiorem emittere censeant, quoniam in partiendo, vociferare iuuat ad partus facilitatem. 97

Cur *infantes distillatio perexercet, quæ Sinasis appellata est? Actu tantisper detineri infantes multitudo dicere cōsuerunt, febrūt enim parte interiori febre teneri, oculis subsidentibus reddūtur, vigilant omnino, *debilitātur, Cendum propterea hoc fieri, quia infantes perquam facile effici possunt, & pituitā largiorem suo in capite continent, ergo per ictus pituita recalescens, putrecensque febrem accendit, & membranas cerebri feruefacit, vt in somnia augantur. Feruor deinde per arterias descendens ad sedem cordis, & spiritum *animalem seruefaciens, febrem sine putredine accendit. & vero augeri per febre solet, quæ mouere prosua uiam potest, aluum mordēs, & infestina. caulam 98

* aquam

* al. infantem

tes ver ossa

tem corpus

sinsimma

tio & de-

quam

fluatio.

* al. debi-

litantur.

Quidam

eram la-

borant pro

fluxio ven

tris.

* vitalem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

atque originem mali esse in cerebro intelligimus, eò quod capiti admota quæcunque refrigerant, profunt, quasi feruor extinguatur, qui inde ortus corpus totum infestat. accidat hoc idem etiam firmæ ætati, cùm pituita redundat in capite, aut flaua bilis vel colligitur, vel etiam putrescit. Quinetiã per aërem, quem feruidum trahimus, membra spiritalia recalescunt, & febrem nimium excitant.

99 Cur difficulter vlcera rotunda curẽtur? Quoniam per bilem acrem, atque exedentem continuò fluunt: exulceratur quippe in orbem quoties bilis guttatim confluit, & excedit. Itaq; ut, vt medicamenta, quæ admodum sicca, & prope deurendi vim habent, afferre necesse sit: Medici ita volunt, * naturæ vero, & sapientiæ studiosi curati hæc difficilius propterea dicunt, quoniã principiũ nullum est, vnde cicatrix adduci incipiat: circulus enim & principio caret & fini: vnde figuram hanc vlceris serramento immutandam censent in angulos, vt pars idonea sit, vnde cicatrix oriatur.

* εἰ δὲ ἀληθὲς τοῦτο ἐστὶν ἡ φύσις ἐστὶν ὑγιάζουσα.

100 Cur sæpe eueniat, vt locum quem statuimus petere, prætermittamus? Quoniam noster sæpe numero animus rebus aliis occupatus diuersis ita est, vt sensibus non plane insitus ad ea ipsa percipienda, quæ sua singulis sensibus habentur. sit igitur, vt quasi videtes nõ videamus, qui illa vis nõ aduerit. quæ iudex rerũ sensibilium est.

101 Cur mel quod omnibus dulcissimum est, amarum ab iis sentiatur, qui morbo laborãt regio? Quoniam eorum lingua bile amara redũdante, vt etiam quæque pars alia corporis, mel igitur materiã excitat quiescentẽ, & gustus bilem amariorem percipiẽs, falsam affert imaginationem, quasi

quasi mel sit amarum, quod dulce est.

102 Cur hominum admodum irascentium oculi cruenti efficiantur? Quoniam ira sanguinis cordi * effusi, & spiritus calidi feruor est. Hic igitur, vt tenuis ad caput effertur, atque ad oculos, quos pellucidi sunt, se ostendit. & vapores ascendunt sanguinei, vnde facies quoque rubicunda exsilit, hoc & Homerus cùm ita fieri aduertisset, Mars, ardẽtis cadebant lumina flammę, retulit. * vehunt ignei.

103 Cur serpentes aqua aspersi infestentur, & fugiant? Quoniam natura sunt frigida, sicca, neruosa, exangui: hinc enim refrigerationem immodicam fugiant necesse est, habitu vero serpentes esse eiusmodi constat eo, quod per hyemem latebras, & terræ profunda, quæ per id tempus calidiora sunt, petunt, contráque per æstatem, quòd terræ ima refrigescunt, inde discedunt, & loca poscunt tepidiora: quinetiam sole occidente aërem fæpenumero fugiunt, vt frigidiorem.

104 Cur ouum, nõ quemadmodum cum assatur, sic etiam cùm in aqua feruenti decoquitur, rũpi possit? Quoniam ignem sine aqua experitur, humor contentus in eo immodicè recalescens copiam spirituum parit largiorẽ, quæ cùm per angusta exire cogatur, disrupto ou tegumento exitiat necesse est, quod idẽ sit etiam in dolis, cæterisque fictilibus, si prius, quàm multum effermeat, obturentur, adde, quod flamma nimia testam ou corripiens rumpit. Quod etiam vasis fictilibus euenit, cùm vitra modum torrentur. quapropter ouum, plerique ante quam igni admouẽant, aqua diluunt, at vero aqua ebulliens paulatim pro sua mollitudine humores effundit, absumitq; relaxando, non subito corrumpit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

105 Cur per venereũ coitum oculi paulisper con niueant? Censendum id propterea fieri, quoniam in concumbendo ita voluptati nos dedimus, totique dilabimur, vt erigere oculos, animúmq; & sensum in sublime euehere nequeamusquo fit, vt animus minus corporeas sentiat affectiones.

106 Cur nonnulla ex medicamentis simplicibus vires contrarias simul contineant, vt experimento latissime patet? Mastiche enim & abstergit, & digerit, & firmat: acetum calfacit, & frigefacit. Dixerim vires illas contrarias propterea contineri, quoniam eorum particulæ indiuiduæ per appositionẽ non per confusionem coeunt. Vt arena si lento cõglutinetur humore, inque vnum corpus coagmentetur, non per cõfusionem corpusculorum suorum in corpus, quod vnum videtur, concrescit, sed per cõiunctionem, contactúmque consistit, ergo, si ita est, contrariæ qualitates diuersis particulis Mastichæ, aut aceti inditæ, confundique inuicem recusantes, existimasse absurdum non est.

107 Cur per offensionem digiti pedis inguẽ intumescere soleat? Quoniã natura subuenire parti euiq; dolẽti soleat, & cũ materia, * quæ elementa cognata, & benignior est, sanguine inquã pro vehiculo vtatur, cùm in digitos pedis decẽdit cũ sanguine, venas amplissimas inguinis impleri & perinde adenes, q̃ corpuscula rotũda sũt posita iter sãguinis cõceptacula, necesse est ergo per immodicã sãguinis * rarefactionẽ inflamatio excitetur, & tumor: quæ quidẽ res inguẽ à parte, qua orit, corporis nomẽ acceperat.

108 Cur animum generi vesicã, & renes natura dare voluerit? Quoniam larga humoris copia opus

* vel τρίφεσθαι.

* Palmarum τρόπωσις. id est contusum.

opus erat ad pennarum ortum, & incrementum, quemetiam continens volandi euibratio potest assumere humorem. Aues igitur hac de causa vix mingendi caruerunt, cùm tamen bibunt, stercus larga cum copia humoris eiciunt.

Cur pueris calculi in vesica nascuntur, senibus vero in renibus? Quoniam renes puerorum meatus continent præangustos, hinc enim terrena crassiq; permanans materia per renes & arctioris meatus ab vrina, & renib⁹, canalicu latisq; conceptaculis propellitur ad vesicã, hæc locum prę sua amplitudine dat tum excernẽdi, qua effluat vrina, tum consistendi, qua materia subsideat calculi: At seniorum renes, quoniam meatu sunt ampliori, locum & vrinæ effluendi præbere possunt, & terrenæ materiæ subsidendi, & concrescendi. Colore autem calculi, quæ nam materia sit, quæ peperit, nosci potest. 109

Quam ob causam cum calculus per calorem 110
constitat, (pueri nãque calidi sunt) & in senibus item nisi per illam eandem causam concrescit? Quid enim tantam refrigerationem esse in illis putandum, quantam nix & gelu contrahunt. Quippe cum summũ frigus renes omnino intemperare possit, cur inquam si ita est, nõ medicamentis cõtrariis ad resoluendam calculi concretionem vtamur, sed similibus, id est calidis: vt * saxapio & fœniculo, & eiusmodi cæteris? ipsum per nimiam vsionẽ, exasperationemq; accidet, vt calculus in arenã frangatur modo pulueris qui ex fictilibus immodice torrefactis dilatur. Itaq; minuti calculi facile cum arena meantur, fieri tamẽ potest, vt etiam per frigidam potionẽ calculus expellatur, videlicet cũ renes ita corroborentur, vt bonus admodum viribus

* petroselinum.

per

per vim excernendi eiiciant, necnon renum fervorem immodicum, qui calculorum concrescendorum causa est, frigida potio extinguit.

111 Cur vlcera tam renū, quàm vesicæ difficulter curentur? Quia vrina per suam acritudinem recentem cicatricē relacerat, vnde fit vt & difficilius curentur, quæ in vesica constiterint: manet enim in ea vrina, trāsit vero tātūmodo p renes.

222 Cur aquam ingressi balnei, calidiorem posse modum sentiamus, si moueamur? Quoniam vbi ingressi sumus, aqua, quæ calida nobis obducta est, non solum egit, verum affecta etiam est quippe quæ & corpus calefecerit nostrum, & refrigerata ex eo aliquantulū sit, res enim omnes quæ sub ortum, atque interitum veniunt, dum efficiunt, affici etiam ipsas demōstratum plane habemus. Quoniam igitur aqua refrigerata parumper non ex æquo præterea calfaciat, minus post, quā principio calida sentiatur necesse est, præsertim cum nec assuescendi ratio desit, quod si aquam mouerimus, partem, quæ obducta nostro corpori, & proinde moderata iam est, diuertimus, calidioremque aliam, quæ non afficit, nec affecta est, alliciemus, quam suum item immodicum seruātem calorem, merito calidiorem, & merito prope vrentem tantisper experimur, donec etiam hæc afficiat, atque afficiatur, itāque suo in calore frangatur, quod vicepari facere licet per successionem, quādiu enim aquam mouemus, tandiu calida, vt est, quæ accedit, percipitur, vnde qui amplius sese calfieri velint, aquam assidue mouent, quamdiu libeat calfieri.

113 Si omne, cùm moueatur, calidius se ipso efficere solet, præsertim si aere, atque loco feruētiore moueatur: cur aër agitatus, ventilatúsque frigidior sentiatur, & quidem per æstatē cum Solis calore feruescit ardētiori? Hoc enim rationi pugnare videtur superiori, quandoquidē aqua calida si mouetur, calidior reddatur: aër autem calidus si ventilatur, frigidior occurrit. Censeo hoc fieri propterea, quoniam quod quassate, aut viribus superat, quamquam euincere nō poteſt, quod eodem in genere minus est: tamen ita euincit, vt etiā ipsum mutuo aliquātulum afficiatur à minori. Aqua igitur, quæ admodum calida corporis nostri cōparatione est, dū calfacit, refrigeratur: nec eandem seruare qualitatē propterea poteſt. At circunfusus aer, cū per æstatē mediocriter calidus, videlicet aquę illius feruentis cōparatione nostris obducatur corporibus, quę statu cœli calidiori referuent, calefit itaque nos mutuo calfacit. Quod idem linea quoque faciunt vestimenta, frigida enim primū calore nostri corporis obtepescunt, deinde nos mutuo calfaciunt. Ergo cum aër, qui iam calfactus à nobis est, per ventilationem è nostro seiungatur corpore, atqi alius nō calfactꝰ accedat, merito is sētit frigidior, q subinde accesit.

Cur vlcerum cicatrices, quæ in pupilla oculi consisterunt, albæ videantur: cum extra pupillam parte (inquā) oculi nigra, cicatrix nulla alba induci poteſt? quoniam liquidus, ac perundus ille spiritus, cui videndi vis data est, per pupillā tantū permaneat. Idcirco euenit, vt vbi cicatrix meatus tunicę corneæ obcæcauit, spiritus ille tranimeare præterea nequeat. Itaqi cohibitus cicatricem pro sua copia maiorem in modum dilatando reddere alba poteſt. Ex facilitate quoque videndi propterea tollitur, quoniam per

114

cond

condensationem ocelli, spiritus non emanet.

114 Cur paleæ aquam seruare calidam, ita ni- * al. uerem* continere integram possint, cum aduersæ seruare frigidam. sint istæ inter se qualitates? Naturam palearum certa, exploratáque qualitate vacare censeo. Quamobrem nonnulli paleas apoeas, quasi sequales, id est, qualitatis expertes nominarunt. cum igitur media, & (vt ita dixerim) dubia temperatione constent, qualitatem eorum quibus obductæ sunt, celeriter capiunt, itaque seruare modo calidã, modo frigida possunt.

115 Cur vbi per hyemem imber desiit, stellæ illæ ſtriores videantur? Quoniam tam aër superior, quàm inferior per agitationem extenuatur, & quasi per imbrem deterſus cõspectum syncerio rem corporum cœlestium præstat, & transitum liberiorem oculis præbet, & ampliorem. cõstat hoc argumento eorum corporum, quæ aquis demersa puris atque dilucidis clara, & nitida percipiuntur: turbulentis vero, & fœculẽtis, aut nullo modo videri possit, aut obscure, & dubiẽ.

117 Cur sæpenumero accidat, vt inter meiẽdum inhorrescamus? Quoniã bilis acrior confluens & mordens vesicam, totũ excitat corpus ad cõsentiendũ, protendendũmque paulisper suas externendi vires, horror enim talis excitatio est. quod quidem pueris potissimum accidit, quoniam illa ætas largiore excrementorum copia redũdat. propter nimiũ edẽdi vsum, & varium.

118 Cur dolores per noctẽ magis soleant augeri? Quoniã per id tempus animus otiosus est, nullis vsuendi, aut euidendi, aut gustãdi, aut cuiuslibet sensus negotijs occupatus: tractúsque ad exteriora, hac de causa corporis affectiones per sensum cõgẽdi amplius percipit. Actiones enim pauæ

neæ per noctem animales seruantur, spiratio nem, & cogitatio. Animum vero ductum per alimes proprias ad exteriora minus corporis affectiones percipere constat, eo, quòd cum aut lugemus, aut ægrotamus, aut alia qualibet molestia angimur, amicorum præsentia, & sermo leuat nostrum malum, & mitigat. Neque vero ignorare debemus naturam suis actionibus minus interdiu fungi solitam, coctione ingesti ciborum materiarum mutatione, sanguificatione, digestione, nutricatione, agglutinatione, assimilatione, cæterisq; generis eiusdem, animum autem suas per id tempus exequi potuit actiones ad vsum mouendi, sentiendi, imaginandi, cogitandi, reminiscendi, & quicquid eiusmodi, contráque per noctem naturam malle animum minus agere consueuisse.

119 Cur vitra per hyemem, si quid vehementer calidum immittatur, rumpi soleant? Quoniam corporis multum ex aëre ambiente gelido hauriunt, quoties igitur ante, quàm vitrum tepefecimus, aquam feruentem indimus, caliditas contrariam sibi frigiditatem persequitur, tum ita derepente fugiens vnà cum ipso spiritu dirumpit. corpus continens vitri, atque dirumpit. Foramina quippe corporis vitri etsi visum, sensumque nullũ pariunt, tamen nonnihil aëris tenuioris contineant, naturæ ratio exigit. Sunt igitur nimium rigorẽ frigoris exiccari, indurarique corpus vitri existiment, quoniam quantum in eo est tenue, vel humoris, vel aëris exprimatur inde, & euanescat, itaque ruptioni frangique reddi opportunum, sicut lignũ cum aruerit. Hinc enim Hippocratem quoque mecum venas rumpi à frigido scripsisse affirmat.

Ergo

Ergo si ita est, cùm nimius calor amphus vitrũ relinquat, quod ficuisculum occuparit, merito id irrumpere potesthsi tamen prius, quam subeat calor, molliter tepefiat, ac moderetur, nullum penitus sentiet detrimentum. quemadmodum athletæ, cum per luctandi certamen adituri sunt, oleo sese permulcent, ac reddunt ad flexus, tractúsque obedientiores: etenim & quimodulorum sunt studiosi, ante quàm ad rem veniant, promere nonnihil consueuerunt, quo spirandi meatus relaxent, & membra emollant ad vocem eliciendam elegantiorem, sic enim vt relaxatis meatibus rigor facile cum spiritu abeat, & mollior conitantia vitri reliquatur, quæ cedens calori supernenienti immunis raptioni omni persistere valeat. Vtrum autem foramina continere inuisibilia, vel vasorum subtilium argumento probari potest, nam nisi pice intus crustentur, aquam large per æstatem resudant; quam continẽtiquin etiam vitrũ ipsum per æstatem aqua admissa frigida resudare per hyemem si aquam continet feruidam, fumigare vidimus, ad corticẽ vero mali medici, si vitrum admotum extrinsecus collidas, humor contentus qualitatem corticis recipit, vt possit eandem reddere odorem.

Cur pueri, præsertim infantes, in terram cadentes non facile, quemadmodum viri infringantur? Centendum corpora puerorum propter suam molliciem sic duritiæ soli cedere, vt eius vires intentas, rigidúmq; istum resoluat, & hebetent adeo, vt parum afaci possint. At viri, quoniam duro sunt corpore, soli duritati, aut lapidis cuiuspiã resistunt, ritaque amplius ictũ intendunt, vt lapis pro sua actione durities agere efficacius possit. Hac eadẽ ratione spongia quoque frangi cadens non potest: vitrum autem, & ollale, & aliud quodlibet generis eiusdem, cùm ceciderit frangitur. Hinc etiam causam ducet, cur vehemens venti impetus quercum euertat, harundinẽ illæsam prætereat, quercus enim vt præ dura, valida, ampla, excelsa vẽto renititur: itaque facit, vt impetus plenius intendatur, atque forte scat: harundo vt mollis, leuis, tenuis, tenuis huc & illuc flatui cedens aduerso vires noxias tuto transmittit, & hebetat: hinc & Athleta cum suo resistit, atque renititur aduersario vires sibi contrarias auget, cum aliquantulum cedit, & huc & illuc circumagit, resoluit facilius, & prosternit.

Cur infantes, cum modulos audiãt, primum vagitu cessent, deinde dormire incipiant? Quoniam modulãdi ratio, quæ Musica nominatur, essentiæ nostri animi indita à natura est, vt etiã cæteras omnes scientias haberi insitas opinio fert, non aliter quã in igne calor insitus sit, neq; per doctrinam quicquam acquiri, sed per reminiscentiam, atque recordationem omnia sciri Plato author est. Igitur quoties animus concẽtum aliquẽ, modulúmq; cõptiorem sentiat, priũ reminiscẽs, ac repetens cogit infantẽ quiescere, tũ permulctus in somnũ vertit: sic enim intelligẽdũ, vt artes omnes habitu syncero promptq; in animo insint, quandiu immanis fuerit dib⁹ corporis: demerio autẽ in corpus, pollutiq; omnia obliuioni mãdentur, & delitescant.

Cur nutrices, cùm in somnũ velint puerulos vertere, mouere eos cõsueuerint? Vt humores delapsi per agitationẽ cerebrũ moueant: quod hominẽs ætatis perfectæ nunquam patiuntur.

123 Cur aliqui ex vinolentis gemina videant? Quoniã musculi oculorum variè humore compleri, factique proni & languidi, oculos deprauant, vertúntque alterũ sursum, alterum deorsum: radij oculorũ non eundem in locum

tantur, cõspectum rei geminati necesse sit: contingit hoc eũ eo, quod qui alterum oculum premit, sursúmque impellit, gemina omnia videt.

124 Cur qui ab ortu naturæ strabones sunt, gemina non cõspiciunt? Quoniã oculos non sursum, deorsúmqi habẽt deprauatos, sed dextrorsum, ne sinistrorsum: quòd enim oculi suum obtinẽt situm, id est directum, radij eundem in locum profluant, atque identidem referãt necesse est.

125 Cur pubescentes adulescentuli, videlicet annum ætatis circiter quartumdecimum, vocem reddere asperiorẽ incipiant, quod * tragicere à vobis hircire asperitate dici solet? Quoniam per id tempus natura parẽs, & gubernatrix humani corporis magnã vniuersámque agit mutationẽ, argumentum quod fœminarum mammas tum ampliari solitum est, vt lactis idoneas fiant conceptacula, & sedes quoque augetur earum, vt capax sit fœtus futuri virorũ pectus, & dorsa amplificãtur, vt onera sustinere valeãt grauiora. Testes itẽ ampliores redduntur, vt semen satis gignant, & teneant, & coles insigniem accipit magnitudinẽ, vt per ampliorẽ meatũ genitus eadem ipsis ampliari solitu sit, quod vel morborum mutationes abolitionesque indicant, & vocis ergo asperitas, qua de re agimus, per spiritalis membri immutationẽ tunc euenit, cùm

* τραγίζειν.

enim arteria aspera dilatetur, accidit, vt partim plus, partim minus incrementi proueniat, eúmqi pars interior inæquabili structura ad guttur vsque ascẽdat: igitur spiritus, cùm per eas partes transit, quasi per itineris inæqualitatẽ impingat, vocẽ etiã inæqualem, asperã, & raucã agit: quod idem etiã accidit iis, quorũ arteria destillatione infestãte affecta per diductionẽ est: delapso namqi humore leuis interior mẽbrana fit inæqualis, exitũ etiã spiritus præstat inæqualem: talis hircorũ quoque arteria est, & guttur, ob nimium humorem, & qui immodice oleo vtuntur, illo eodem vitio non carent: qui * cùm per intentos, frequentésque clamores rauce proferãt, hi denique siccitate arteriæ vocem * reddunt inæqualem, & asperam. At vero grauium arteria, cæterarúmque auium, quæ rauce vociferantur, facta est à natura omni ex parte aspera, quoniam ita esset ad id commodior, quod author illa & parens omnium spectabat. Post pubem vero adolescentes tragicere desinunt, quòd iam in plenũ arteria tota sit dilatata, suámque naturalem æqualitatem receperit.

Cur oleum epotum vomitũ moueat, & posthumũ bilis flauæ? Quia vt leue, & superiorem appetens, cibos ad stomachum inuitat, & efferti quibus stomachus ipse oppressus, aggrauatúsq; vim excernendi incitat ad euomendũ: sed maxime bilem reuicit flauam, quia lenis hæc, & tenuis est, & facilius petens superiora. Oleum vero factum sic esse à natura, vt semper ad locum tendat superiorem perspicuum est: quoties enim cuiquam miscetur humori, recipit se ad sedem superiorem, & innatat.

Cur oleũ humidis nullis se permiscere patia- 127

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur? Quia cùm lentum, fuíque pertinax sit, in particulas secari individuas, cæterísque humoribus commiscéri nescit: hinc dilapsum quidem in humum non potest celeriter subire.

128 Cur oleum, & aqua sæpe & facile gelu durent? vinum, acetum, garum, aut nunquam, aut raríssimè congelascant? Quoniam oleum nulla exsuperat qualitate, sed medio potius cõstat temperamento: refrigerari ob eam rem cito potest, atque adeo vehemẽter, vt stringatur, & consistat. Aqua quia frigida est, facilius se ipsa frigidior redditur, itaque gelascit. At garũ quia tenue, & calidum est, idcirco minus perrigeret: & vinum quoque eadem illa de causa potest resistere. Acetum vero quia partibus tenuissimis constat, incongelabile est.

129 Cur quæ contraria sunt qualitate, efficere idẽ valeant? Nam, vt frigus, ita etiam calor humorẽ stringit: aqua enim gelu cogitur. Calculus calore in vesica concrescit. Per diuersas id effici vires censendum est. Calor enim quia eximiũ absumit humorẽ, indurat: gelu quia cogit, cõstipatque, humorẽ omnẽ squalidiusculum exprimit, sicut spongia manu compressa humorẽ, quem suis in foraminibus continet, emittit.

130 Cur sæpe contingat, vt * frigus ægrotum affigens se remittat, si strepitus, aut aliud quodlibet terrificum per id accidat tempus, quo frigus vrget, aut si aquæ copia in ægrotum vniuersa inciatur? Quoniam sæpenumero materiis iam per tẽporis spatiũ concoctis, attenuatisque calor naturalis ex cute ad partẽ corporis interiorẽ vniuersũ irrumpens, materiam morbi digerit, & absumit: quod idem etiã facere theriaca potest, & pars magna generis calidi & siccis modo

* frigor.

modo oportune post concoctionem sumantur.

Quare qui diu circunaguntur præter con- 131
suetudinem, cadere solent? Quia cùm spiritus animalis in cerebro per illum motũ necessario perturbatus, & cùm humoribus cõfusus, ineptus deinceps euadat ad suscipiẽdã animæ facultatẽ, sensum motúmq; suppeditantẽ nulla vi ad nervos & musculos peruadente, fit vt moles corporis, quæ sustineri ac vehi ab animali spiritu desinit, feratur in terra pro suo pondere ac natura insito. Hinc autem offunduntur oculis tenebræ: quod spiritus videndi facultate præditus sit perturbatus, nec perinde vt sensus reliqui, suum tueatur munus. At ij, qui paulatim & diu circunagi consueuerunt, raro istuc accidit, quia per illam consuetudinem anima desinit haberi apud naturã peregrina ac ipsi cõciliatur. Quod enim paulatim, diu, & conuenienter fit, desinit tandem esse insolens, ac sensum fugere incipit, vt nihil omnino percipiatur.

Quare vitrea ipecula splendeant plerumque? 132
Quoniam stanni natura quo intus illinuntur, tum sit pellucida, vitro ex se perspicuo commixta, magis refulgẽt: & radios suos per vitri exiguos meatus transmittens, ac externã illius corporis faciem duplicans, reddit magnopere lucidam. Qualitatum porro aliæ quidẽ vires suas in profundũ nequaquã transmittunt: vt album, nigrum, fuluũ, & huiusmodi aliæ: peritus transeundant per transmutationem: vt frigus, calor, siccitas, humor, quæ propterea ad discrimen & comparationem supradictarũ, effectrices qualitates à Philosophis & Medicis appellantur.

Quam ob causam in speculis, atque aquis di- 133
uersis nostram speciem conspicere valeamus?

Duo hæc problemata in Theod. tractatione quæ sequuntur.

Quoniam oculorum radij profectim corpora, quæ nobis splendida * obducta sunt, rellingantur, ac suam repetant sedem: speciem enim nostram iam sibi habent obductam postquam refracti sunt, itaque illam conspiciunt.

*Perspica.

214 Cur vastæ, synceræque speluncæ, & loca excelsa, purique soleant resonare? Quoniam loca eiusmodi, vbi aerem ictum, quæ vox est, excepérunt, restringunt, nobisque reddunt eundem aerem, quem nos percussimus, aliorum animúmque in vocem: vox enim aërem, aer locum ferit: & quo plenius percussus hic peruenit, eo vehementius resonare necesse est, loca humida, vtpote molliora illato ictui cedunt, itaque omnis impetus elanguescit, vt nulla effici possit reprocatio error. Igitur vulgus Echo tanquã numen reueretur, & colit, alij Pana Deum illam arsisse dicunt. Pan enim homo doctus causas resonantiæ primus indagauit, ductúsque auditæ noscendi, cùm aliquãdiu in seruando elaboraret, molesse ferebat, more eorũ, q puellas, quas arserint, potiri nõ queunt. Vt etiam Endymion homo cœlestium curseum studiosus, cùm Lunæ cursus, faciesq; varias quæreret, noctesq; vigilaret, interdiu dormiret, delicias Lunæ fuisse, illumnóq; dormiuisse inexpugnabili, edoctúsq; ab ea vt Philosophus, causas ipsius solutionẽ fingitur. Illam etiam pastorem fuisse ferunt, quòd in solitudinibus, ac excelsis montibus Lunæ motus specularetur, citharam vero habuisse, quia quæ alta sunt, à ventis magis efferuntur, siue quod concentum cœlestium figurarum indagauerit. Quinetiã Prometheus, quod studio rerũ cœlestiũ flagrarit, naturámq; & situm, & causas sydereæ aquilæ indagãdo elaborarit, libidinéque

pernoscendi tabuerit, dum beneficio Herculis hominis doctoris rem didicerit, quam desiderauit, fabulã de se præbuit cruciatibus liberari opera Herculis, qui aquilam iecur lacerantem, exedentemque amouerat.

Cur aqua manens, parúmque alta facto in 115
eam lapide orbes agat permultos? Censendum lapidem per sui ictus vehementiam vndique aquam à se propellere, atque ita orbem agere, primũ plemoremissed cum ad terram vsque lapis deferatur, suáque mole aquam deinceps feret, dispellátque, merito non vnum, sed plures orbes cõficere potest: primum enim aquam per summa feriẽs diuimit, inde suo cõtinẽti delapsu depellendo, alium atque alium orbẽ ducit, idque tantisper vice agitur successiua, dum lapis fiet, atque quiescat: quod tamen se lapidis contento paulatim remittit, idcirco orbem posteriorem eo, qui proxime antecessit minorem obduci necesse est: quãdo etiam aqua varie, hunc scilicet in modum lapidis ictu depelli consueuit.

Quare multi existimant risum ex iecore oriri, 116
hoc argumẽto, quod quibus iecur seirrho, id est tumore duro vitiatus est, nõ perinde sint ad ridendum comparati, vt qui sunt incolumes: sed sint mœstiores. Iecur non proprio ac per se, sed ex accidenti risus causa censendus est. Quandiu enim est sanus omnino fæculẽtũ & melancholicum succum ex iecinore trahit: atque ita dum sanguis purus & defæcatus totum corpus cerebrúmque petuadit: naturam simul & animam non aliter quàm vinum oblectat, exhilarat, & in tranquillam restámque constitutionem traducit. unde autem risus excitatur.

*Problema hoc in Theodori codice non reperitur.

Cur mulæ parere nequeant? Quoniã ex ani- 117

malibus constant specie diuersis: mistio enim seminum, quæ tam habitu, quàm natura inter se discrepant, aliud quidpiã præter vires suorum simplicium conficit, & naturam eorum penitus abolet: quemadmodum albi & nigri mistio albis extremis coloribus alium parit colorem fuscum nominatum, qui neuter extremorũ est: igitur habitus genitalis aboletur, & specierum habilitas omnis destruitur, quæ creatrix certi individui est.

118 Quam ob rem qui surdi ab ortu naturæ sunt iidem & muti vinant? Quoniam quæ nunquam audierunt, hæc fari nequeunt: medicis tamen placet, vt par idem nervorum sit cuius pars altera ad linguã, altera ad aures vsq; porrigatur, atque ita necesse sit communem accidere affectionem. Verum motus fieri, qui ex morbo surdescunt, negãt: propterea quòd pars altera tantũ, quæ scilicet audiẽdi officio delegata est, suas vires amiserit: & mutos quoq; eadẽ ex causa, nõ etiam surdos reddi affirmãt: videlicet, quòd alterius nerui linguæ accommodati læsio est.

119 Cur plerique, post quàm ieiunarunt, cibo ingesto * frigere incipiant? Quoniam vsu solito cibi prætermisso bilescunt, & materiam aggregant acriorẽ: post enim cibo ingesto membris iam confirmatis, bilis cutem versus expellitur: itaque fit, vt rigor oriatur, cùm bilis membra remordeat, excitetque ad repellendum.

* rigere.

140 Cur sues, cùm sursum videre cogantur, fleant? Quoniam genus id animantium vnà semper pronum in terram est, cibi auidum, & rebus gandens fœdis, ac sordidis: ideirco subita mutatione conspectus stupescat, lucisq; copia perculsum, vocẽ emittere nullam potest: sunt tamẽ qui

qui asperam huius animalis arteriam comprimi per angustiam velint, cùm in sublime erigitur.

Cur stercoribus sues gaudeant? Medici ratio- 141
nem reddunt, quòd iecur, habeant maximum: quod quidẽ membrum sedes cupiditatis, siue libidinis est. Aristoteles Philosophus aliter docuit: quòd enim sues naribus crassis, intercepti sq; sunt, ideirco vim hebetẽ olfaciendi habere, itaque fœtorẽ nequire percipere scripserat.

Cur vlceribus sanescentibus inflãmationeq; 142
cessante, prurigo soleat excitari? Quoniã membrum iam corroboratũ reliquias materiæ noxiæ, quæ vlcus commiserit, expellit: cum enim per cutem illæ digerantur, atque exçutiantur, pruriginem pariunt.

Cur alterius oculi morbus grauior, multõq; 143
diuturnior esse quàm vtriusque cõsueuit? Ratio historiã reddi potest, aut enim quia fluxio in alterum tantum oculum tota decumbit: redditur nanque infirmius, quod diuiditur, eóque magis hebetatur, quo sectum numerosius efficiant quia cùm alter integer oculus frequẽter se moueat, cogit etiã ægrum toties moueri, quod noxium est: quietem enim summũ esse remedium membri affecti nouimus.

Cur homo amplius, & crebrius, & vehemen- 144
tius, quàm cætera animalia soleat sternutare? Quoniã cibo, & potione largius, magisque varie vtitur, & sæpenumero vltra satietatẽ repletur: hinc est cũ cibos satis cõcoquere nequeat, multum spiritus ob humoris copiã mouet, spiritus vero præ sua tenuitate efferens se ad cerebrum, cogit id crebro ad se expellendum incitari: strepitus itaque monetur, quoniam per nares meatus denique arctiores spiritus extrudatur

vniuersus: quemadmodum etiam ad partes inferiores spiritus idem euolutus murmur per intestina excitat,& per sedē insigni cum sono excedit: atque etiam ad superiora enixus rursum per stomachum agit,& vocē per guttur, & sonitum,ac tinnitum per aures.

145 Cur defunctorum pili & vngues augeri aliquandiu soleant? An non augeri cēsendum, sed carne emacerata, consumptáque partes istas, quæ ante opertæ latebāt,detegi, atque patere? itaque fallere quasi per adiectionē auctū quicquam sit. An,quod nonnulli volunt augeri vngues vel mortuo homine propterea posse, quoniam per excrementa vacantemque materiam oriantur: mortua autem corpora in excrementa per cariem resolumatur: quæ cùm per foramina extremáque corporis effluant,merito pilos augeat,& vngues.

146 Cur digitis manuum potius, quàm pedū nascantur, quæ albugines appellatæ sunt: & per puerilem magis quàm per firmā ætatem? Quoniam pituitæ excremēto oriuntur, quæ in pueris potius,vt edacioribus, atque otiosioribus fiperat. Vnguibus autem pedum minus,propterea hoc accidit vitium,quoniā pedes per ambulationem frequentem, & agitationem ampliùs exercentur: itaque vacantem illam materia digerunt melius,atque absumunt.

147 Cur pili pedum non cum barba, aut capillis, sed lentius canescere soleant? Eadē illa reddenda ratio est: pedes enim per continentem, contentiorémque ambulationem excrementū pituitosum, quod eauos efficit,digerunt, atque consumunt: & pubes quoque sero canescit,quia pars calidior est, & pituitam absumere per coitum

coitum? venereum potest.

Cur homini vox,atque sermo lente perficia- 148
tur,cætera animalium genera aut statim,aut paulo post vocem suam reddere plene incipiant? Quoniam vox hominum multiplicior,artificiosior est, & doctrinam magis desiderat: bestiarū simplicior, & naturalis potius est, quàm animatis.

Cur plurima ex animalibus suas peroibrare 149
caudas soleant,cùm notos sibi agnoscant? & cur leo iratus costas per caudam verberet,atq; etiā taurus? Quoniam dorsi medullam ad caudam vsq; habent porrectam,quæ vim continet animalem,& motionis autoremagitur, cùm animal notū sibi agnoscat, per caudam quasi per manū ritu hominum excipit,& partem sui corporis mouet,quę agilior,& promptior est. Leonum vero & taurorum animo,vt per iram afficiposteā cum naturalsic eandem naturam propter ea moueri vehementius cogit,vt etiam homines sæpe manus,aut aliquam sui corporis partem per iram percutere nominus: cùm enim illico vlcisci animus nequeat,alio quodam modo furorem suum extinguit,id est ictu,aut strepitu, aut alio quolibet generis eiusdem remedio.

Quam ob causam hordeū tostum,redactúm- 150
que in puluerem cicatricibus equorum cōspersum faciat vt pili nō albi, sed cæteris vnicolores oriātur? Quoniam vim discutiendi,purgandique obtineos detergit,atque absumit excremētum pituitæ,atque materiam omnem vitiosam, quā vulcus per membri infirmitatē collegerat.

Cur hominibus pili per cicatrices oriri ne- 151
queant,equis vero queāt? Quoniā cutis hominū spissior est: quod pili indicāt ipsi,qui molles, ac tenues

tenues sunt: & cicatrix vero quòd longe quàm cutis spissior, foramina omnino obducit, & excarcat, at vero equis laxior cutis est: quod pilis eorũ percipitur, qui duri crassique exeunt: quare cutis foramina claudi ex toto per cicatricem nõ possunt: ergo cùm subiecta, collectáque excrementa per meatus tenues, qui relicti sunt, exeant, & concrescant, pilos gignunt, & augent.

152 Cur hominibus morsis à dipsade, sitique ob eã rem intolerabili detentis, theriaca, quæ calida & sicca est, sitim epota extinguat, non augeat? Censendum non sui habitus ratione theriacã sitim posse extinguere, sed auxilio, quod membris afferre offensis potest, & suæ pernitioris naturę ratione: cõstat enim ex pluribus herbis, quæ singulę membris principalibus subueniunt singulis. Dictamũ enim cordi accommodatur: quippe quod mirifice cor firmet, atque conseruet. Eupatorium iecur adiuuat. Scolopẽdrium lienem. * Petrapium os ventriculi. Hyssopus transuersum septum, atque pulmonem. Inula campana renes. Ruta laxum intestinum. Gentiana cerebrum. Seseli vesicam. His omnibus viperarum carnes miscentur, quæ vi suæ naturæ cõtra venenata omnia genera, omnemque illatam iniuriam, auxiliantur. Igitur cum membra omnia præsidium sibi ex theriaca trahant, merito malam sedatur, quod sitim creat, atque ita extingui sitim congruum est.

* Petrosilinum.

Libri Primi Problematum Alexandri finis.

ALEX

ALEXANDRI PROBLEMATVM.

LIBER SECVNDVS.

QVam ob causam qui per arduam febrem infamiunt, vt laxius, sic plenius soleant respirare? Animam per nervos, ac musculos fungi suis muneribus certum est. Pectus igitur, totúsque thorax per ea ipsa mouetur: mediastino quoniam vires animæ laxæ sunt, deserunt suum officium: nec nervis, & musculis ex æquo prætera imperant: itaque merito fit, vt spiritus interitione reddatur laxior: plenè tamẽ eius gratia rei effunditur, vt cor satis possit refrigerari: vbi enim vitalis exsurgit, & vim animalem stimulat, interitum plane minitans, nisi suum ad munus redeat, spiritúmque reddat, & trahat. Ergo quod anima exsequi assidue propter morbum nequiuit, hoc vires cordis ob iuvisus necessitatem amplitudine spirandi compensare conuenerunt.

Quam ob causam æstuosos esse necesse sit, quorum pulmo inflammatione laborat? Quoniã eorum pulmo humoris copiam continens calorem excipit aduentit: itaque cum sic est, vt assidue moueretur, hinc vapores quoque citantur, qui suam ob leuitatem sese ad * sedem cereb

* Alleuiationem.

cerebri effernt, à qua concrescunt, & in naturâ
suæ originis transeunt: quod idem etiã in bal-
neis, atq; apertis lebetibus euenire videmus: nã
pores enim suum ὁμοιον calorem amittũt, red
duntúrq; ex natura cerebri longe ortu suo frigi
diores, atq; ita morbum creare aliquẽ possunt.

2 Cur tabe ij consumantur quibus gargar jeiu
tus abscissum est? Quoniã quandiu gargar je-
gmentũ gutturis extet, aër, qui per os trahitur,
recalescit, & antequã adeat pulmonem, debilit
à suo immodico frigore. Contra vero illo de-
tracto aër prius ad pulmonem defertur, quam
moderetur, itaque supra modum refrigerat, &
sanguinem contentum in conceptaculis indu-
rat, & pulmonem facit ad motum tardiorem:
quòd cùm per vim pulmo moueri enitatur, rũ-
puntur conceptacula sanguinis: quam ob rem
tabem oriri necesse est. Hic addidisse non ab re
forsitan sit, quid gargar, quid columella, quid
vua oris significet. Gargar illa carnicula est,
quam gutturi pro tegmẽto natura addidit, no-
mine à soni genere indito, vt etiam susurrum,
& murmur, & reliqua huiusce modi nostri ma-
iores nominarunt. Columella vitium gargaris
est, cum scilicet in lõgum per fluxionem adda-
citur, & Vuam quoque gargar idem per mor-
bũ appellare solemus, quoties per inflammatio-
nem speciem accipit vuæ acini. Sunt qui fundi-
bulum gargar ipsum appellent eo, quod supra
amplius, infra arctius est.

4 Cur hominũ malæ rubeant, quorum pulmo
inflammatione laborat, quoniam sanguis, cùm
in pulmone ebullit, vaporẽ sibi similem emit-
tit: quod enim oritur, similitudinem suæ or-
ginis præferat, esse necesse perpetuum est. Hic

igitur vapor, cùm præ sua leuitate ad malas se
extulit, consistit, atque ita per cutis tenuitatem,
relati per vitrum colorem suum ostendit.

Cur primis per hyemem nasci, augerique so- 5
lita est, cùm per id tempus parte interiore cor-
poris simus calidiores, vt Hippocrates medicus
libro Aphorismorum scribit? Quoniam cibos,
quos per hyemem largius sumimus, venter mi-
nus concoquere potest. Ergo larga ista ciborum
copia pressus, calore insito quasi extincto, pitui-
tam per refrigerationem gignit: quæ sanguis
imperfectus quidam non perperam potest ap-
pellari.

Cur in terra Aegypto, quę calidissima est, vi- 6
nũ fieri frigidũ soleat, cõtrà in Scythia, quæ fri-
gidissima est, calidum fiat? Vinum omne cali-
dum est verum quoniam aliud magis, minúsve
alio hanc obtinet qualitatẽ, nomen illud con-
trarij habitus accipit frigidũmq; vocatur, quia
longe minus calidũ est. Terra autem Aegyptus
vna frigidiora cæterorũ scilicet comparatione
effert, quoniam calor illius cœli immodicus ita
humũ elaxat, vt calorem omnẽ soli intestinum
enocet, atq; absumat. Scythia quòd frigida est
calorem ad ima terræ cõpellit, atque includit:
quæ vina efficit calida, & validiora. Quod idem
terrã incolis terræ Scythiæ, & Aethiopię accidit.
Aethiopes enim loca inhabitantes feruentissi-
ma, timidi sunt, & effœminati, & nigri. Scytharũ
igitur sedem gelidam tenens, animosa, fortis, &
candida est: quippe, cùm calor Aethiopibus eda
citus ad summa corporis sit, quod atro cutis co-
lore indicatur, Scythis interiora teneat, sitúsque
in sedibus sit principibus, id est corde, & iecore
quod coloris candor plane ostendit.

Cur

7 Cur æstate frigida sunt olera & fructus: cuiusmodi sunt pepones, cucurbitæ, intyba: hyeme autē calidæ velut brassica, radiculæ, rapa, pastinacæ? Quoniam solis motus circa polum, non est vniusmodi. Aestate enim superiorem zonam tenentificat declarat diernum longitudo: vnde calescunt quidem quæ super terram extant, plantæ vero refrigerantur. At hyeme, inferius percurrens hemisphærium, ac terram penitus calefaciens, plantas reddit calidiores.

Hæc quæstio est adnexa ei, quam frigidior ratio. quàm proximus antoris erudita sanguis.

8 Cur ex febre ardua pulmonis inflammatio excitetur, inflāmatione pulmonis febrem oriri arduam haudquaquā necesse sit? Quoniam arduam haudquaquā ex bili profisciscitur flauæ, quæ ad ventriculū, & pulmonem è suis refluere conceptaculis solita est. Igitur natura, cùm varie materiā noxiā reuocare tentet, si tenuis materia sit, & vires suppetant, & tempus calidum inuet per sudorē causam morbi exhaurirē è contrario, per alui educat, aut per os euomit, quod magna ex parte facere solita est, quoniā & oris habitus in propinquo est, & bilis flaua effera aptior est, quam deferri quod cū se bilis pulmoni inlinuet, mēbrūmq; id impleat totum, excitat inflammationem, quam Peripneumoniam nominamus. Ardor tamen nullus oritur, quoniam prius extinguitur, quàm vt possit commuttere ardorem.

Hæc quæstio in Theodori codice desideratur.

9 Quare Hippocrates, qui in febrū vigore cibū offerre vetat, permittit in morbo lateris & pulmonum inflammatione? Dicit enim vbi de ptisana scribit, non esse eā præbēdam, nisi pus in sublime ferat: nō ferri autem sursum, neque expui, morbi initium offendit. Quoniam in aliis quidē morbis, natura coquit humores, in aliis vero etiam morborū causas expellit per vrinas

vrinas & deiectiones. In his porrò non oportet cibum assumere, ne causa morbi neglecta ad illam cōficiendum natura incumbat, quam oportet singulari certamine cum morbo pugnare. In morbo autem lateris, natura quidem coquit vitiosum humorē, anima verò euacuat, accedēte musculorum auxilio. Hæc enim thorace cōtracto, vi propria expellit reliquias infestantis humoris. Accedit, quòd natura quidem inutilibus humoribus proprij alimēti loco interim abutitur animales verò partes, cū sensu sint præditæ quod prauū est secernunt, quod vtile, sibi ascisciunt. Quāobrem, nutrire consentaneum est, vt musculis roboratis, ad expellendam humorum molestiam insurgamus.

Cur febris tertiana, quæ ex bili, materia calida, agili, efficaci creatur, die vno prætermisso accedat Quotidiana, quæ ex pituita prouenit, materia frigida, graui, hebete nullum intermittat diē: Quartana diebus duobus intermissis cōflicta te incipiat? Quartana, cùm exiguū materiæ habeat, statim à sudore, aut vomitu pōt digeri, itaque accessio ad tertiū vsq; diem protollitur, donec tantū materiæ moueatur, quantū valeat infestare. Quotidiana q ex larga, crassāq; materia oritur, frequēs est, morbū verò per copiā augeri materiæ constat ex febre continente, hæc enim, quia sanguine abundante prouenit, nullā obtinet intermissionē. Quotidiana tamē ea minus quàm continua habet materiæ, nōnihil intermissionis, quod vel sensu percipi pōt, ostendit, multòq; amplius tertiana, quàm materia calida & tenuis condidit, itaq; etiā longe amplius quartana, quò eā minus materiæ subest, eò lēnius venit accessio: qn & quintana, & septana, &

nonana committi potest, prout minus, minúsve materiæ vitiatum est, hoc enim natura statuit, vt sanguis, qui nostra aleret corpora, cæteris omnibus materiis esset largior, pituita locum teneret secundũ, nam hæc quoque alere potest, bilis flaua tertio loco haberetur, hæc enim tum ob acritudinẽ vsum nullum præstat alendi, atra bilis sortis esset postremæ, quoniam naturæ est inimica: quippe quæ membra exedat, atque interimat.

21 Cur vbi altera gena resoluta est, nõ ei remedia admouecamus, sed alteri? Quoniã cum duo musculi obeãt inter sese genas moueant, si accidat vt eorũ alteruter resoluatur, reliquus suã vim integrã præterea obtinet, trahitque ad se alterũ languentẽ, ita vt pars sana rugetur, ægra distendatur, trahatúrque, hoc idem etiã cuenire oculis distortis nouimus. Nã si pupilla in angulum vergat ampliorem, minoris anguli facta resolutio est, si ad minorem, è contrario.

22 Cur si pes offendatur, inguen intumescere soleat? Quoniã vis animalis ad postremas vigi corporis partes per neruos se porrigit, atq; ita cum oblæsus pes sit, eius quidẽ totũ perreptat, sed nihil agit, quoniam locum nullum idoneum inuenit: post vero vbi in inguen ipsum decubuit, nacta iam sedẽ aptorẽ subsistit, a grauãq; adenẽ, vitiat eius habitum, inque tumorem excitat contrarium naturæ. Adenes corpora sunt parua, rotunda, laxa, inter amplas venas, & arterias posita modo cuneolorum, ne conceptacula ipsa humida ex copia sanguinis mutuo putrescerent adesu, & equidẽ eo ipso venarum humore nutriuntur, & inflammatim inguina faciunt, concalescentem scrofulas committunt.

Cur

Cur capitis pars anterior calueat, vnde calua 13
ria nominata est, tempora hirtiora reddantur?
Quoniam partes capitis eminentiores humoris indigent. Quamobrem suos continere pilos nõ queunt, inferiores autẽ, vtpote humidiores, pilorum copiam & gignunt, & seruant: quomodo etiam tellaris loca excelsa, atque saxosa parum significant, subnixa, & humecta fœcundiora sa- pe experimur.

Quam ob causam, cùm ex quatuor elementis 14
constemus, id est, igne, aere, & aqua, & terra, non quatuor, sed tria illa cõmeamus genera, humidum, solidum, animale siue spirabile? Quoniam, vt aliquibus placet, ignis in aeris tranãt naturã, quemadmodum & aerem concoctum exeuntemq; ignem gignere nouimus. Sunt tamen qui nec igneam ipsam naturam actu esse opinentur, vt non tria, sed quatuor enumerent genera, igneum, animale, humidum terreum.

Cur in absessiũ doloribus *frigus præcede- 15
re, febrem sequi solitum sit? Quoniam calor naturalis vehemẽtia doloris cõclusus cedit, ac recipit se ad loca interiora, qua de causa, corporis summa refrigerãtur, & sanguinis conceptacula cõcrescunt: post tamen, vbi calor se recollegerit, expulsúsq; bonis viribus partes sui corporis omnes aduersus inimicũ frigoris occuparit, sanguis cõcretus recalescit, atque diffinditur itaq; conceptacula vaporis repleta accendere febrem possunt, adde, quòd cum membro affecto cæteræ omnes partes consentiant, iniuriam collectionis quasi propulsando, vires excernẽdo iaciendant, ac excitant, horror itaque, *frigúsque exultat, febrem verò posthac sanguis putridus accendit, & auget.

*rigor.

*rigorque.

26 Cur ex fructibus alij partem inutilem intus cõtineant, vt palmulæ, prunа, persica: alij extra secus ea ipsa contineant, vt nuces, vt mala punica? Quoniam natura, cùm ortum æternum, vicésque succedendi perpetuas moliretur, prætegenda occultandáq; semina, quæ ortum præstarent, censuit. Sic tamen, vt ne pulpam quidẽ suorum fructuum nudam relinqueret.

27 Quamobrem aut semen, & pulpam eodẽ tegumento munivit, aut semẽ ligno intus includit? Pulpã autẽ membrana, aut corio, aut alio quolibet eiusmodi quantum satis esset, operuit, denique variè de custodia fructuum, prout res exigebat, & patiebatur, curauit.

28 Cur fieri potest, vt qui carnes bubulas cõcoquunt, pisces saxatiles cõcoquere nequeãt? Carnes bubulæ, quomã duræ sunt, vi magna caloris conficiuntur, & concoquuntur, materiã enim patientem causæ respondere efficienti conuenit, aliter fieri non potest, vt effectus is prodeat, quem vel natura, vel hominis ingeniũ spectet, quòd si venter suprà modum calidus sit, pisces non paulatim concoquetur, sed subito corripietur, deuretur, fumigabitur, vt cruditatem imitetur.

29 Cur homines qui tabe laborant, vnguibus recti aduncis videãtur? Vngues quia corpore constant solido, tabescere nequeũt: quippe cùm affici difficulter possit, quod solidũ sit, verũ carne vndiq; tabefacta speciem aduncam illã ementiuntur, sensúmq; decipiunt. Licet hic de tabe illa adiicere. Vicus, quod ex hoc vitio in pulmone cõmittitur, insanabile propterea est, quoniam nunquam pulmo quiescit, natura enim ita constituxerat, vt per motũ cordis perennem pulmo assiduè moueretur, atq; agitaretur. Quinetiam, idem pus per tussim efferatur, vicus amplius lacerari necesse est.

Cur in febriando carnes minuantur, pili augeantur & vngues: contrà in conualescendo pili desluant, corpus augeatur? Quoniam alimenta pilis per excrementa administrari natura vo luit: quæ quidem excrementa redundare in febriando solent per adustionem humerum. ergo vt corpus propter habitum malum nutriri non potest, sic pilus abundè iam habet, quo nutriatur, verum, cùm vires suas colligere corpus incipiat, consumptis iam materiis omnibus, redundq; quasi in puluerem vapores desistunt, atque ita per alimenti inopiam pili desluunt: corpus tamen effœtum cibos auidius trahit, libera lisque replens sese, augetur, & viget.

Cur si quod in vrina subsidet albũ sit, bonum 31
dari indiciũ existimemus? Quoniam partes solidiores firmioresque nostri corporis, id est ossa, nervos, venas, arterias colorẽ habere huiusmodi certũ est. Coloris enim similitudo naturales iam vires reconciliari, corroborarique indicat: quippe cum natura partibus solidis & firmis circa humores & spiritus sedem suã crediderit. fit enim, vt cùm morbi materia in conceptaculis concoquatur, & per vrinam, quod concoctũ inutile est, exceruatur, color quoq; rei cõcoquentis, qui albꝰ est, distringatur, atq; (vt ita loquar) delibetur. Quamobrẽ, cùm vires per febrẽ debilitatæ paulatim materiã, concoquant, vitiosam, principio parũ agunt, itaque exiguum admodum cum vrina mittũt, quod pro sua leuitate sublime specie araneæ supernatat, facitque, quod enæorema, id est sublimitamẽtum voca-

tum eſt deinde cùm proficiant, ampliúſq; poſſint concoquere, plus excernũt: quod in medio vrinæ conſiſtens, facit, quod nubeculã appellamus: eo nãq; magis delabitur, quo factum grauius eſt, poſt, vbi per materiæ morboſæ omnis cõcoctionem plenè excernitur, iam quod ante leue pendebat, graue pro ſua copia ſubſidet. fundóq; vaſis comungitur: redditq; quod hypoſtaſim, id eſt ſubſidens, ſiue ſubſtantiam nominamus: quod planè ſanitatis eſt indicio, materiam enim vitiatã, quæ integro permiſta ſanguini eſt, demum natura ex toto per concoctionem ſecernere, atq; reiicere poteſt. Albedo igitur ſubſidentis, colorem ſolidiorũ membrorum, hoc eſt ſedis virium ſeruari ſignificat, lætitas materiæ concoctæ æqualitatem oſtendit, quod partim enim craſſius, partim tenuius eſt, inæqualitatem concoctæ materiæ indicat: continentia talis videlicet, vt nihil diſtractum, diſcuſſumue ſit, plenam virium efficientiam præſert.

* φλεγμονὴν, inflammationem. Reſpondet pus in collectionibus ſubſidenti in vrinis, verum pus fœtidum eſt, quoniam in angusto arcetur quod putret, vt neque diffletur, neque miſceri poſſit cũ ſanguine: quippe quod per ſumma corporis cum ſubſtare ſolitum ſit. Subſidens illud vrinæ, quoniam è contrario ſe habeat, merito fœtore immune eſt.

22 Quam ob cauſam febrem bilis & faciat, & tollat? Facit cum excitata acrior reddatur, vt putreat. Tollit cum viribus naturæ intentis ad id expellendum quod detrimento eſt, ea quoque ſorſus verſus concurrat, atque ita educta, cauſam morbi per ſuam detractionem aboleat.

23 Cur oculi ſubſident eorum, quos angor detinet? Quoniam per angorẽ animæ motus vehemẽtes, itaque

itaque cor pus conſidet, atq; tabeſcit: cuius rei contrarium illis euenit, qui vehementer irati ſunt. Oculis enim redduntur propẽſioribus, videlicet ob animæ impetũ ad exteriora: ſit enim, vt quocunque vis animæ tendat, eodem etiam inſtrumenta, materiæq; moueantur.

24 Cur oſſa, quæ validiora ſunt, ex lapſu, caſúq; frangantur, caro quæ melior, & * mobilior eſt, illius iniuriam euadit? Quoniam quæ validiora ſunt, rei noxam inuehenti reſiſtunt: itaq; ſua perſiſtendi contentione corrumpuntur, quæ autem infirma, & mollia ſunt, locum rei dant occurrenti, & ceduntataque tutius ſubterfugiunt: licet hoc etiam in ſtirpibus, & in quibuſuis aliis rebus conſpicari.

* κατ' ἔκκλισιν deeſſet.

25 Quid eſt, quòd ſpadones proceros, bleſõſque faciat? Proceros humoris copia reddit, & caloris inopia, bleſos imbecillitas facit. Cùm enim eorum partes inferiores nequeant ſuſtinere ſuperiores, facilè peruertuntur: itaq; vitium, quod ſtatum pedum vocamus, commouetur: quod idem etiam rediens accidit, niſi ſuperior moles fundamentis reſpondeat.

26 Cur partes corporis noſtri poſtremas rigere maxime ſoleamus? Quoniam tenues neruoſæ, * velangues, atque ob eam frigidæ ſunt.

* φλαυρότερα ſunt ſine ſanguine.

27 Cur per metum aut horrorem pili erigi ſolent? Quoniam affectus omnes refrigerant, refrigeratio autem foramina cutis obducit, & condenſat: pilus quippe, cùm vndique adſtringatur, intenditur, atque erigitur.

28 Cur homines melancolici munera quidem naturæ exſequi valeãt, quippe qui cibos concoquant, atque in ſanguinem vertant, animi nullum munus integre exequi queãt? Haud enim

* κακὸν ἀλλ' ἀσθ.

Universidad de Deusto Biblioteca

rectè hi cogitare possunt, quibus atra bilis redundat. Quoniam vitiosus hic habitus sedem animi, qua sapimus, id est cerebrum occupat, & deprauat.

29 Cur morbi, qui crebrius veniunt, curari possunt facilius, quàm qui raró? Quoniam quod sæpius euenire solet, minus naturam infestat, videlicet ratione assuetudinis. adde, quòd crebrio res committere parua deprauatio habitus potest, graues magna inducit. curatur autem facilius, quod ex causa prodit leuiore.

30 Quâ ob causam qui febriant, plus siti, quàm fame affligãtur, qui consueuerãt plus famescãt, quàm sitiãt? Quoniam sitis ex nimio calore febris cõsistit, quemadmodum etiam iis, qui bene valent, si multũ meri hauserint, sitis oriatur necesse est. fit enim sitis ex nimio calore, vt modo dixi, aut à siccitate, videlicet humore absũpto, quod iis accidit, qui ieiunarũt. verum famẽ non sentiunt, quoniam multum vitiosæ materiæ suo in stomacho continent: contrà qui consueuerãt, propterea fament, quòd febris late humores consumpserit: siti non infestantur, quòd febre sublata, corpus refrigeratur, & rehumescit.

31 Quare cùm moritur homo, pediculi suis emigrant locis? Quoniam desiderant teporem & alimentum, quæ à sanguine petebantur, qui cùm sit refrigeratus & consumptus, discedunt locum priori similem vestigantes.

32 Quare quæ iugulantur animalia assidue caprodu- eitrant? Propter dolorem, potius quàm quòd conuellantur.

Quam ob causam candę quorundam animalium abscissæ magis, quàm reliquũ corpus moueantur? Quoniam propter meatũ faorum angustiam

pustiam magis seruãt naturalem calorem, quo vis mouendi, & sentiendi continetur: vnde fit, vt etiã si quiescant, rursus moueantur, si tangas

Cur medicina purgante epota oculi primum 34
perturbẽtur, & caligent: pòst purgatione peracta, emendentur, atq; acutius videant? Quoniã principio materias medicina mouet, trahitque ad ventrem, quare vaporum copiã excitat, quæ ad caput effertur, perturbãtq; cerebrũ, vt neq; sensus, neque cogitatio constare integre possit, post vbi materiæ excesserunt, eatinstúsque est omnis vapor, nihil præterea est, quod vel sensum, vel rationem impediat.

Cur tabidis & purulentis copia interdum pe 35
diculorum oriatur? Quoniam pus humores corrumpit: humores deniq; vitiati calore naturali concalfacti, animalia creant, sicut etiam in cœno, aut quibuslibet fœcibus, enasci vermes consueuerant.

Cur vehemẽtius per ictum testiũ doleamus? 36
Quoniam appendices testium sentire maxime omnium membrorũ possunt, adde quòd natura summâ voluptatẽ ex pene oriri voluit, vt propensiores essemus ad rem veneream, qua vna genus humanũ seruari potest. Atqui testibus cum pene, & cognatio, & sedes communis est: ergo communẽ etiam affectionẽ, sensionemque sortiantur necesse est. At vbi magna sensio est, indidem etiã magna voluptas exultat: vbi autẽ magna voluptas est, dolor etiã indidem vehementior, bono enim maiori, malũ obuiei maius certum est. Hinc subiungere illa nõ incongruũ erit. *Cõsensus rerum atque affectus communis trahi fieri solit* est enim per cognationẽ, vt cerebri, & stomachi, habẽt enim communem

*καὶ συμπάθεια

Universidad de Deusto Biblioteca

copiam neruorũ, aut per situs propinquitatem, vt cõdis, & stomachi: sic enim cor sentit, quoties materia acrior stomachũ mordet, monetiq; que ad id expellẽdũ, quod molestũ est, aut per imbecillitatẽ, & transitionem, vt cum pedis digito offenso inguen tumescit. Dum enim vis naturæ cum sanguine ad partẽ læsam festinat, adenes inguinis sanguine implẽtur, & cõtumescit. Accommodari vel moribus, ac vitæ hominum tripartita hæc diuisio potest: dolemus enim vicem cuiuspiam, vel quia parentela cõiũcti sumus, vel quia vicini habitamus, vel quia casũ acerbum miserabilẽ: atq; ita afficitur, vt affectus tum propria quædam, tum cõmunis obueniat.

37 Cur super lippitudine caput totũ dolet? Quoniam ad eam tuendã? Quoniam melius caput diffiatur, liberiusque per suos meatus digerat materiam vacantem, & fluentem.

38 Cur vbi ex tenebris ad lucem, aut ex luce ad tenebras venimus, nõ statim cernere valeamus? An quod tenebræ crassiori, frigidioriq; cõstant aere? itaque diducunt cõstringũtq; spiritum, cui cernendi munus accõmodatum est: lux vero quòd clara, candida, & calida est, spiritum illum digerit, atq; dispergit: cùm autem per temporis aliquod tantillum spatiũ assuescat, cernere integre potest: addè, quòd ex contrario, subito in contrarium traducti, rei nouitate turbamur, vt minus cernere ex æquo propterea valeamus.

39 Cur in bestias febres, omnesq; additi affectus difficilius curẽtur, periculosioresque sint, quàm in homine? An quoniam naturam sentiendique potestatem parte intima sui corporis gerũt immersam, nõ ad exteriora per rationem euocatam, quẽadmodum homines habent? ergo sita

est, merito sensas dolorem percipit vehementiorem vireſq; omnes naturæ prosternit, immergitque: adde, quòd bestiæ, vt affici minus, aptæ quam homines sunt, sic etiam curari difficilius possunt: causam enim mali vehementiorem vrgere necesse est, quandoquidem id ægrotat, quod in morbum difficile incidit.

Cur bullæ, quas imber incitat, indicium affe- 40
rant imbris vehementioris? Quoniam aquæ copia & vaporis spiritum multum gignit, & crassum: qui cùm vndique aquam subeat, erigatque in sinuexũ, inflat, & facie vesicæ afformat: quomodo etiam vitrũ inflari potest, & genus omne humoris, cùm ebullit, conuerti in spiritum, atque intumescere solitum est.

Cur minus doloris per sectionẽ cutis caput 41
integentis percipiamus, quã cum quælibet alia pars secatur? Quoniam minus carnis musculosæ in capite quã extimus corporis partibus est.

Quam ob causam ex consuescentiũ pedibus 42
squamæ magna ex parte decidant, atque etiam ex manibus, quamquam raro? Propterea quia materia ferè deorsum aptissima cibat: vero pedes à fede cordis positi longius, & ob eam rem frigidiores, minus excrementa concoquere atque digerere possunt.

Cur tabes scabies, lippitudo, mala cõtagiosa 43
sintagma intercutis, febris, & stupor totius corporis, cui nomẽ apoplexia, trãire in alium nunquam soleant? Quoniã oculus quidem, vt humidus, affectionique opportunus facile morbosis depraua ir radius, qui cum spiritu à lippientis oculo proficiscũtur: tabes autem exspirado putrem aerem reddit, qui tractus ab homine sano pulmonem, membrũ affectu facile vitiat, & corrumpit

rumpit. Scabies quoq;, cùm per summa corporis sit, lentámque saniem emittat, facile sese propagare, cutemque integri corporis vitiare potest. cæteri sane morbi, aut positi intus cutē attingere nequeunt, nullámue reddūt delibationem, vt aqua intercutis, vt stupor attonitus: aut cùm per summa corporis natent, nihil tamen humoris præ nimia sua lentitate, & siccitate, & corpulentia emittunt, vt albugo, vt lepra. aut positi quidē parte interiore sunt: sed quoniam nihil pestilens, atque putrefaciens mittant, suū aliorsum transmittere vitium non possunt, vt febres crebriores, & solitæ.

44 Cur nōnullis febre laborantibus lienes augeantur? An quoniam affluentius aquam hauriunt? est enim membrum id laxius, atque spongiosius. An quia debile est, materias illuc affluētes facilius excipit.

45 Cur senes, & pueri magis quàm qui ætate sunt firmiore, calculosi sunt? Pueri vt edaciores, senes vt frigidiores, & imbecilliores, multa per eruditatem colligunt excrementa, quæ calculum contrahunt.

46 Cur titillatio, & fricatio plantarum somnum afferre possint? Quoniam extrema nervorum eò cōcurrunt, & coeunt, his enim vehiculis pertractatio illa levis ad cerebrum vsque trāsmissa permulcet animum, atque ad requiem, somnúmque invitat. Sunt qui excrementis causam tribuāt, quæ tum sua proniore natura, tum motione pedum frequentiore ad palmas delabantur, rursúsque per mediocrem fricandi motum remeent, nervisque aliquantisper ad cerebrum perueniunt: atque sede illa superiore oppleta somnum concilient.

Cur

47 Cur ampliores crebrioresq; Lunæ defectus fiant, quàm Solis? Quoniā Luna tam in terminos deficiendi coitum, quàm in turbine vmbræ ex terra per Solis diametrum ortæ incurrit & quidem crebrius Lunam eo deuenire propter sui orbis celeriorem absolutionem necesse est: Sol per coitus tātum defectioni depuratos obumbratur, cùm scilicet Luna cursum per eos agat occultetque faciem superiorem, quòd tamen Sol longe maior, quā Luna est, totus absondi non potest, Luna sæpius tota occultur. Mouere æs, ferrúmq; multitudo, quoties Luna aut Sol deficit, consuevit quasi * spiritus quosdam vitiosos velint depellere, haud enim per id tempus lumina benigne terram aspiciunt, neque benefica delibatio inde manat, qua malā infestique spiritus repelli possint, & coerceri.

* malos genios, siue dæmonas.

48 Cur infantes, qui septimo mense in lucē veniunt, viuere possint, qui octauo nō possint? Quoniā septenarius perfectus numerus est, & vt Pythagoras censet, & omnes scientiæ numerorum professores autumant, octonarius imperfectus est. Itaq; quod tunc prodit, imperfectū, minúsq; aptum ad vitam est. Qua ratione etiam mōstra viuere nequeunt: quippe quæ non ex consulto naturæ orta fiat, sed imperfecta vel per inopiā, vel per superantiā, & temeritatem materiæ fortuna diuersa contra naturæ legem peruenerint, nihil enim imperfectū vel tempore, vel forma à natura creari solet, quāobrem si quid tale erūpat, id edurare non solet. Nasci infantes mense septimo possunt, quoties vis afformādi validissima est, & sanguinem sibi obtinet commodum. sic enim ocyus rem perficere potest: sed si è cōtrario est, decimo exeant necesse est. Numerum

tam

Universidad de Deusto Biblioteca

tum septenarium, quàm denarium esse perfectum varie constat: orbem nãque terrarum septem insignibus stellis regẽdũ nouimus: homo septimo mẽse dentire incipit, anno septimo dentes permutat: quartodecimo, id est bis septimo, id est bis septem annis peractis, pubescere incipit: vigesimoprimo firmã aggreditur ætatem: quod tẽpus ter septẽ annis consummatur: morbi numero septenario indicantur. Luna per septenarium suas accipit formas: menses * septenis cõstant diebus: vocales literæ septem sunt, & denarius quoque numerus ortum omnẽ, atq; interitum rerum complectitur, author Aristoteles est, & numeros omnis ex denario oritur per repetitionem. Undecim enim & duodecim, & reliqui omnes sequentes, unitates quibus denarius constat, repetunt, & homines prisci non tabulis, sed dextris suis rem, de qua agerent, confirmare solebant, videlicet numeri denarij causa, quem diligit, explent.

* septenarius numerus significat.

49 Cur unum prefsum vtroque extremo ambabus manibus frangi nequeat, prefsum latere facile frangitur? Quoniam per angulos tantummodo suos manibus remittitur opprimentibus. Est enim angulus, quod quisque in structura validius consistit: adde quòd prefsum per extrema parte minima sentit: prefsum per latera, parte ampla consistatur, vt facile possit destrui.

50 Cur in tibicinis aurium digito in aurem indito meatus diutius moueamus? Quoniam meatus sic ampliatur, & spiritum, qui sonitum excitat, digerit, atque transmittit. Quinetiam spiritus ipse, qui per contentiorem digiti motum attenuatur, secerni melius potest.

51 Cur fœminæ omnes calculũ sua in vesica lente concipiant? Quoniam cerui coem vesicæ ampliorẽ quàm mares habeant: hinc enim fieri potest, vt cum vrina excrementum quoque euciatur, quod calculum contrahit.

Cur genus siluestrium validius, & lætius esse soleat, quam vrbanum? Vnde dici solet tellurem esse matrem syluestrũ, nouercam autem vrbanorum. Quoniam solertia naturæ, nõ humano ingenio creatur: caret enim humo vis nimia copia quę satiuas stirpes elaxat, atque effœminat. 52

Cur musculi trãsuersę insecti difficilius vniãtur, & curentur? Quoniam fibræ, fibq; neruosæ fatim ita nascuntur. Natura enim neruum carpsit, in quo fila discreant permulta, quibus carnẽ vndiq; veluti deducto porrectóq; stamine texat, fecitq; musculũ, nomine a similitudine muris animalis trãslato, cui hoc oppositum neruũ cõdidit, qui tẽdo a tẽdendo vocatus est, cuius extremum artubus partiũ mouendarum annexuit, eumq; rem molliem duræ coniungere sine vllius interuẽtu nequiret (sunt enim cõtraria) per ossa, medullámq; membrum quoddam neruaceum edidit, quod copulam nominamus, eóq; tendonis partem postremum alligauit: ex quo vsu nomen copulæ accepit. Musculũ solers naturæ ingenium alibi in globi specie collegit, alibi in membranæ planũ attenuauit. Denique pro vsu membri mouendi musculum quoque aptissime accõmodauit. Nam vbi membrũ magnum, ac validũ trahi deberet, vt crus, coactiorem, pleniorem q; musculum afformauit. Talem enim res postulabat, vt mouendi vim amplioré contingeret: vbi parũ, aut imbecillũ esset regendũ, vt palpebra, aut lingula, musculũ mẽbranæ simi

similem addidit. Quoniam membra eiusmodi parum potentiæ mouentis desiderarent.

54 Cur aliquid fascinari possint, præsertim pueri? Quoniam talem sortiuntur naturã, vt afficiperquam facile possint, & immutari: genus id vitij tale est. Qui summa animi nequitia perpoluti liberalem aliquam, exoculandámque formam conspicati mouentur, radios sui cõspectus vitiatos trãsmittant, quasi veneno quodã, vitio sui animi radios veluti telum illinant, iaciántq; in rẽ, cuius inuidia tenẽtur, & desiderio, prodit igitur de pupilla radius exitialis, qui per oculos obductã hominis subit, vertítq; quam aggressus naturam est, malóque habitu deprauat, vt mox corpus lãguescat, morbóq; laboret, quàm vero aditus pro oculos pateat contagioni, cõstat etiã ex iis, qui mortua hominũ corpora contueri recusant, ne radij sui * cõspectus aliquã sibi luem, pestémque referant. Sed omniũ maxime pueri vitio illo capiuntur. Quoniã natura tenerrima sunt, facillimeque afficiã quolibet possunt.

* *Al. conspectus refractis per oculos alequam.*

Quam ob rem nonnullis vehemẽter tussientibus, aut euomentibus splendorum quædam 55 imagines ante oculos obuersari appareãt? quoniã abductio vehemens pectoris & ventris humores sursum compellit, & spiritus: qui, cùm ad oculos veniant, spiritum conspiciendi perturbant atque depraũant, ita vt foris illas imagines ementiantur, quod si vapor ductu oblongiori est, imagines etiam hac eadem forma apparent, item si bilis ex vitello cognominata vaporem excitat, aurum imagines imitantur, si pituita mouet, albi suspitio occurrit. Ad summam pro figura colorequè causæ visa quoque imaginamur. qui tamẽ per febrem arduam delirãt, atque insaniunt, iis de cerebro ipso vapores ad conspectorium spiritũ funduntur, & verò qui oculorum suffusione infestantur, eadẽ illas sibi videntur videre imagines.

Cur qui aquam bibere consueuerunt, acutius 56 videant? Quod vini copia flatus nimium excitans spiritum conspectiuum, sensúsque omnes perturbat & vitiat.

Cur qui oculis cæsijs sunt, vehemẽtiùs ex lip- 57 pitudine doleant, nec pati possint * acerbitatem medicamẽtorum? Quoniam oculorum humorem omnem, & à crystallo illum cognominatũ propensiorem ad partem exteriorẽ patentioremq; sensui continẽtur qui nigris sunt oculis, minus ob causam contrariam sentiunt. * Gal.

Cur qui leuiter euomunt, pituitã egerãt, qui 58 plenius, bilẽ, qui supra modum, etiam sanguinem? Quoniam qui vehemẽter intendunt, materias quoq; imis infixas possunt euellere: pituita verò vt crassa, illinitur, atque ob eam rẽ vel à leuiore excitatione moueri, ac reuci potest, quòd si bilis quoq; per ventrem innatet, ocyus mouebitur, quàm pituita. Verum materiæ, quæ in venis continentur, egeri per medicamentum hoc modo consueuerunt. Natura cùm corpus male habitũ purgatione indigere animaduerteret, postrema venarũ ad ventriculum finiuit, quemadmodum ad vuluam alias duxerat venas propter menstruam purgationem, atque ad narcs etiam alias, & ad sedem coniecit, vt inde morbis remedia per purgationẽ paterent, quæ quidẽ ora venarum coniuncta lex tandiu cohibet naturalis, dum aperiẽdi necessitas sit, Hæc igitur quoties febres vrgent acutæ, sponte suæ naturæ per vim excretoriam patefacta, mate-

riam amplis in venis atque arteriis concoctam egerunt, aut per os, aut per alium, at, cùm medicina epota sit, per vim ampliatur, permittúntq; ex conceptaculis materias attrahi. Piper enim & scamonea, & cætera generis eiusdem suo naturali calore ora aperiunt, deinde sibi quodque conuenientem materiã attrahere naturali quadam proprietate potest, vt dictum inter initia est sanguis tamen, quoniam amplexus est à natura, charúsque habetur, nõ nisi tractus per vim nouissimè exit, cùm scilicet vitra modum eximanitur.

59 Cur pondera facilius parte læua ferre possimus, cùm hæc infirmior sit, quã dextra? Quoniam dextra vt validior, læuæ subuenit, leuatq; aliquantulum onus: quod quidem officium læua præstare dextræ suam ob imbecillitatẽ non potest.

60 Quam ob causam vinũ, aut quemlibet alium humorem per fistulam exsugẽdo attrahere valeamus? Censendum per vim inanis humorem posse efferri, non per oris attractionem, fistulæ namque meatus plenus aeris videlicet corporis præteanis est, & cùm fieri nõ possit, vt duo corpora per idem tempus eodẽ in loco maneant, vtpote humor & spiritus atque etiam cùm locum esse inanem, id est, corpore omni vacuum, natura omnino reculet (omnis enim locus continet, aut corpus solidum, aut humorẽ, aut spiritum) necesse est, dum aër canalis interior per oris suctionẽ detrahitur, humorẽ tantisper consequi, vt inane spatium relinquatur, quod idem etiã per id agitur instrumentum, quo admisso vrinam elicimus, lana enim obturãte detracta, spiritus etiam internus educitur, atque ita

ita ne inane sit, vrina attrahitur. Quietiã medicinales cucurbitæ eadem illa ratione sanguinem attrahunt; ignis enim admissus, vbi extinctus est, facit vt tantum sanguinis attrahatur, quantũ loci ipse occupabat, ne inane sit, à quo penitus natura abhorret, denique omnia quibus hunc in modũ quicquam attrahimus, ad rationem inanis referre omnino debemus, neque enim calor, neque oris attractio causæ potissimæ sunt, vt latè in vrinaria illa fistula patet, quę neutro eorum attrahit vrinam, sunt tamen alia quæ sui caloris ratione possint attahere, vt tapẽa illitamęe non & imualidum à valido trahitur, & proprietate quadã occulta pleraque attrahunt, vt ferrum magnes, sanguinem membra.

al. l. ad missio sanguinis concernentem lumen vę, tenuat, & vacuat, quę vbi.

61 Cur naturales potentiæ naturæ, atque insitæ sint, animales aduentitiæ omnes habeãtur? Quoniam naturales, id est, attractoria, retentoria, immutatoria, secretoria ad ipsam tantũ viuendi pertinent rationem, neque plus quicquã obtinent, quàm necessum sit: animales verò, & sensales, & motales ad bene viuendũ non commodæ plane adsunt, membra enim nisi alantur, interire necesse est: at si nõ vel moueantur, vel sentiant, non ideirco intereunt: quanquam pulmo, quoniam vires habet trahẽdi, reddendique spiritus, idque assiduè ex periculo strangulandi exercet, initam sibi simulet motionem. Naturales vero potentiæ ordine atque numero illo ob hanc causam habẽtur: cibus, & sanguis, quoniam vacant anima, nõ ex sese possunt agglutinari membro, quod ali debet. Quamobrẽ vim adesse oportet trahẽdi, quæ fungi officio possit. Item, cùm corpus omne quod mutatur, non sibe vno tempore, sed per temporis spatium im-

Universidad de Deusto Biblioteca

mutatione patiatur ab re, quæ agit, atque immutat, vim secundã adesse necesse est, quæ contineat, submissiusque ad tẽpus, quantum satis sit immutandi potentiæ. Vnde etiã tertiam quoque vim esse oportet, cuius officium sit immutare. Sed cum vis hæc immutatoria concoquendo partẽ quidem sanguinis vtilem membris adiungat cohærendam, inutilẽ autem relinquat, quæ cum permaneat, non iter tantummodo claudat, & foramina, per quæ sanguis alimentãmque permeet, verũ etiã putrefactiõnem faciat vim quandã subitogi quartam esse necesse, quæ partim per insensibilem exhalationem, partim per sudorem, excrementaque vias sensibiles excrementum secernat, ordo hic est, & numerus naturalium potentiarũ. Membra autẽ nõ omnia ex æquo potentias, quas enumerauimus, omnes sortiuntur, sed ea duntaxat, quæ sibi tantũ operantur, vt nervus, vena, os. Nam quæ non modo sibi, sed etiam cæteris omnibus membris vsum emoliuntur, munereque funguntur publico, hæc vnam habent potentiam intentam, & potiorem, verbi gratia, venter, & iecur vim amplissimæ mutatoriã obtinent. Lieni, stomacho, felli folliculo, renibus attractoria potius data est, intestina, atque vesica excretoria plurimum valent, vulua in signis per retentoriã est, proximum sanè, quod de sensibus animaduertimus, est, haud enim pro compari modo genera animalium omnia sensibus prædita omnibus sunt, sed olfactu canes præcellunt, vsu aquilæ, gustu protogenitæ animalia Indica: vnde & nomen acceperant: tactu serpentes & quædam aues, auditu asseres.

62 Cur sensus quinque tantum, non plures, neq; pauc

pauciores habeamus? quoniam pro rerum natura sensibilium, atque numero, sensus quoque condi debuerunt. Tactus enim asperum, læue, durũ, molle atque cæteras qualitates, quæ positæ in solidis sunt, percipit gustus, dulce, amarum, salsum, & cætera saporis genera, quæ in humoribus, succisue cõstant, olfactus bene malæue olentia, quæ vaporibus tribuuntur, auditus sonos & strepitus, quæ ictu aeris efficiuntur, visus colores, qui tenuissimo, ætherique finitimo spiritu continentur, quippe res solida resoluta diffusáque, humor redditur, humor in vaporẽ transit, vapor in aërem, aër in æthera, atque spiritũ tenuissimum, ita vt quasi series quædam ex terra ad cælum vsque deducatur perpetua, liceat hic quid spiritus aeri interfit subiungere, discernáque spiritu, tenuitate, & motu, spiritus enim aër concitatus est, qui cum concitatur, etiam extenuetur, necesse est.

quã ob causam caro, corrupto ossi subposita 63
laxa sit, fungosa, & humida? quoniam ossis corruptio non nisi per habitum vitiosum fit, qui mutandi potentiam depranat: qua depranata, fieri non potest, vt caro integra, solida, coloratáque gignatur, sanguis enim mutari præterea ex naturæ ratione non potest.

Cur in omni trãsmutatione, id quod genera- 64
tur exprimit generantis & transmutantis colorem? quoniam facultates transmutantes naturales, functæ partibus solidis tanquã sedibus firmis, a natura collocatæ, vtpote ossibus, venis, mẽbranis, & arteriis, non autem in humoribus & spiritibus: nimirum fluxis infirmis ac facilè prodituris creditas facultates. Porrò autẽ, cùm vniuersum corpus tribus istis componatur sub-

Quæstionis hæc apud Theodorũ non legitur.

fiantur & solidæ partes colore sint albo prædi-
tæ, consentaneum est in vrinis percoctis cõtẽta
esse alba & pus, lac, semen, mucum, lippitudinẽ;
id est, humorem in oculis concretum, chylum;
hoc est lacteum in ventriculo succum, & iis si-
milia, sanguinem vero esse rubrum, pro ieco-
ris, à quo generatur, colore. Cæterum, eorum quæ
in animalis corpore generantur, quædam sunt
omnino contra naturam: vt calculus, vermes,
lapidosa duritas in podagra, impetigines & cæ-
tera huiusmodi, quæ ex vitioso nascũtur humo
re, quædam sunt prorsus secundum naturam: vt
semen, lac, sanguis, infans, caro, & huiusmodi,
quæ vera sunt naturæ germina, quædam de-
nique sunt amborum media: vt pus, alui deie-
ctiones, mucus, aurium, oculorúmque sordes,
& his similia facultatis cõcoctricis excrementa.
Bonæ porrò temperaturæ ijsdem naturales fa
cultates, atque vt nonnulli existimant, etiam
animales, siue, vt verius dicam, sunt ipsarum
instrumẽta. Nam quemadmodum fidibus in ci-
thara & foraminibus in tibia rectè constitutis,
artifex optimè modulabitur: malè autẽ dispositis, perperam agat necesse est, cum ipse in re
nulla sit imminutus, sed potestate tantum, non
etiam actu artem habeat incolumen: ita omnis
facultas pro instrumenti agit constitutione. Si-
quidem cerebro, verbi gratia, per intemperiem
depravato, vis animę rationalis nequit suo per-
fungi officio: cum tamen ipsa interitus expers
potestate permaneat immutabilis, contra autẽ
restituto organi temperamento idoneo, vim &
potestatẽ suam exerit & confert ad actionem.
Itaque, bona quidẽ membrorum temperies fa-
cultates seruat incolumes: facultates vero pro-
ducunt

ducunt actiones, sicut hæ vicissim ipsum opus
proferunt. Naturũ moderato calida & humida
iecinoris temperies, parit quidẽ vim sanguinis
effectricem: aut certe conseruat: sicut alij ma-
lunt; vis autem illa actionem edit, sanguinis vi-
delicet cõfectionem, ex qua deniq; opus ipsum,
vtpote sanguis, existit. Vnde licet vicissim atq;
ordine inuerso hunc in modum colligere. Si san
guis generatur, incolumem esse sanguinis cõfe
ctionẽ: & si hæc salua est, validam quoque esse
facultatem huius actionis parentem: qua item
superstite necesse est bonã hepatis temperiem
etiamnum extare: & ea integra, rectam denique
esse, quæ ipsum tuetur ac moderatur, elemento
rum commixtionem.

Cur acetum conspersum vulvæ dolorẽ inue- 65
hat vehementem? Quoniam vulva neruosa ad-
modum est: neruis enim sentimus, & acetum
ipsum per suã acredinẽ mordet, ac percutit, si-
cut etiã pectus aceto offendi nouimus, quoniam
membranis, & musculis cõstat numerosis: ner-
uosam vulvæ esse texturã natura voluit, vt sen-
tiret præcipue, voluptatemq; ob eam rem sum-
mam ex coitu venereo caperet feminis gratia
concipiendi, tum vt in partu multũ extenderetur. Sũt qui per discordiam quãdam naturalem
acetum vulvæ aduersari existiment: narrantes * obstetricem, artem medendi sibi vendicantem, aliquãdo in partu clãm ac dolo in vterũ puerpe
ræ iniecisse acetum cum re alia quapiã, mercedis gratia, atq; ita intulisse conuulsionẽ, & summum dolorem: deinde simulantem se mederi, infudisse rursus alia quæpiam, atq; ita restituisse sanitatem: tum autem in ipso facto deprehẽsam sceleris dedisse pœnas. Non nulli frãgula-

* Hoc tot in Theodori translatione non reperimus.

tionibus vulnæ res bene olidas infrà, male olidas supra per nares afferùt, rati esse animal, & propterea malè olida fugere, accurrere verò ad bene olentia, atque ita ad propriâ sedè redire, mihi verò videtur bene olida, cùm vim habeat tenuiorem, & calidam, lentam materiam, morbum in vtero generantem, cõcidere, & digerere, quæ infelitatimalè autem olida, cum viribus sint crassioribus, foramina intersepire, vt vulua retrahi nequeat. Sed quanquã malè olida vulnæ prosint, tamen comitialibus aduertẽda omnino sunt, faciunt enim, vt qui eo morbo capi solitus est, collabatur & æstuet. Igo vitandũ pennas igni iniectas, lapidẽ gagatem, bitumen, cornu omne, lucernas, lanas pice illitas & deustas, lapidem thraciã, qui aqua vritur, oleo extinguitur, denique omnia, quæ crassos reddunt humores, quippe cum tracti vapore eiusmodi crassent spiritũ animalẽ, & cogant, præsertim cùm iam aliquid ex se ipse habeat crassitudinis & frigiditatis, atq; ita efficitur, vt anima apto careat spiritu ad munerũ suorum perfunctionẽ, corpũq; suum spiritali orbatum vehiculo premi, collabi, prosterni patiatur.

66 Qui fieri potest, vt quæ qualitatẽ contrariarum sunt, affectum eundẽ possint aduehere, rigorem enim & calor cõcitat, & frigus? Censendum hoc causis agi diuersis, oritur enim rigor ex flaua bile ratione acritudinis, quæ membra pungit, & mordet, excitatur enim corpus ad id repellẽdum, quod tenet, cúmque id ipsum frequẽter faciat, vicissimq; modo belus superfluat, & impungat, modo membra cõcitentur, atque repugnent, rigor exultat, oritur item ex refrigeratione, quoties natura per immodicã mutationem

nem conflictatur, sinãque mẽbra rursus frequenter excitat ad rem expellendã inimicam, modicta enim refrigeratio chara, & accõmoda naturæ membrorum est, immodica, abhorrenda, & noxia. Membra primũ obtorpescunt, deinde inhorrescunt, tum autẽ inalgescunt, & rigent vario scilicet refrigerationis incremento.

Quam ob causam, cùm vinum cum pane se- 67
briantium imbecillitati concesserimus, febris nihilo per calorẽ vini aucta est, imò minor esse incipit? Quoniã exiguum, atque inualidum deprimus, hinc enim facilè concoctũ, digestũmque omnes partes membrorum est, mẽbra autem recreata assumpti beneficio alimenti firmiora ad concoquendã morbi materiam efficiuntur, habet enim panis, & vinũ ex proprietate quadam plus virium, quàm cæteri cibi ad alendũ, firmandúmque mẽbra humani corporis, modo quis modice assumat, ex quo illud Homeri, Et Cererem, & Bacchũ nam q; hinc vires, animiq; " Quinetiam odore suo hæc reficere, firmareque hominem possunt, & malum quoque sui odoris qualitate recreat, atq; firmat, longeq; magis, si tdatur & verò capreoli vitium, & *myrtex, & * mirti.
rosæ, & his similia olfacta in febriando recreare possint, atque firmare.

Cur oleum nullo cum humore misceri patia 68
tur? Quoniam lentum, crassum, & continens est, neque vllas in partes tenues consecandũ, idcirco nullum hominibus locum dat subeundi, miscendique, iunguntur autem quæque aut per * confusionẽ, vt elemẽta, quæ primas suas qua- * μιγνῦσι.
litates omnino amittunt, cùm coeant, corpũq; Id est ἑφε-
vnũ coaugmẽtent, quanquam resolui à natura, ταμένων.
restituiq; possint ad pristinã conditionem, cùm

non sint reuerataut per adiectionē, vt aqua iungi cum oleo solita esttaut per missionē, vt hordeum cum triticotat per agglutinationē, vt lapis cum lapidetaut per agnationem, intimationem, & assimilationē, vt sanguis cum carne, vel cum medulla, vel cum ossetaut per affixionē, vt lignum cum ligno clauo adactotaut per mutuā

* annulis catenarum. retentionē, complexioneinque, vt * ansæ ollarum. In his vero, quæ animata sunt, vt qui per lōgam suas manus conseruerunt, quonammodo animus coniungatur corpori, nondum expositum est: nullus enim ex prædictis modis cōuenit animo, sed per habilitatē potius censendū iungi cum corpore animū medio quodā interueniente, quod aliqua ex parte naturā cōtinens vtriusque, atque familiare vtrique se exhibens, atque

* al. l. utriusque naturæ imitans. * vtrūq; ingenue simulans, miscet naturā incorpoream cum natura corporea, immortalē cum mortali, purā cum impura, diuinam cùm terrena, videlicet hunc in modū: Oritur spiritus quidam vaporis propè speciē gerens: in iecore per calorem humoremque, qui ea in parte æquoreæ habentur, qui cùm per venam cauā cognominatam ad sedē cordis ascendat cum sanguine, atq; amplius recalcat, & extenuetur, in speciem prope aeris trāsit, rursūsq; per arterias carotides ab aggrauatione cognominatas ad basin, id est, partē subditā cerebro affertur, qua in parte frigiditate cerebri moderatur, naturalique quadā proprietate afficitur, transformatūrq; in spiritum æthera planè imitantem, quo animus instrumēto aptissimo vtitur actionum suarum. Quinetiam aer, qui naribus trahitur extenuatus in corde ascendit ad cerebrū per arterias, alimentūmq; offert sese spiritui æthereo illi, & anima

animali, hic igitur spiritus, vt nū incorporeus, accōmodari corpori potest: vt tenuior, syncerior, atq; clarior, quàm natura vulgaris corporis patiatur, iungi cū animo potest. Deniq; vinculum perquā idoneū corporis, atq; animi hic accedit, naturāsq; oppositas copulat, & suo familiari interuentu conciliat, atque continet, hic quandiu constans, atque integer sit, facultatem recte cogitandi, agendiq; omnis animo præstat: vt cùm à sua natura desciscat, si leuiter refrigeretur, indensetur, crassetur, ineptum deniq; redditur ad intentas animi actiones, committit, vt animus tardius, segnius, atque veternosius agat, sed si minùs refrigeretur, factāsque sit corpulentus, efficit, vt animus suas penitus deserat actiones, quod his plane euenire videmus, quibus sedes memoriæ torpet, vitiōq; tenetur lethargo: aut iis, qui toxica hauserunt. Contrà si immodice recalescat, moueatūrq; furire insaniréque cogit, vt * tantisper animus diuungi à corpore per sui vinculi depranationē videatur. Considerandū porro mihi aliud diuinum opus, cum enim animam à corpore cœlesti & diuino demissā terrestri corpore claudi oporteret: deseensum ipsi excogitauit per corporis figuram, constructionem & colorem. Ipsum enim caput rotundō formauit, tanquam paruum quoddam cœlum. Cerebrum verò purum ac pellucidum construxit, largitus spiracula septem, velut fenestras, pro planetarū numero, denique superposuit toti corpori: quia cælū eminet rebus omnibus generationi & corruptioni obnoxiis.

* Al. l. tandem. Tota hæc particula in Theodori codice nō legebatur.

Cur animantium alia parere plura, alia pauciora consueuerunt? Censendum naturā sic statuisse, vt quæ breui tēpore viuerent, hæc partu essent 69

essent numerosiori, videlicet ea de causa, vt vitæ breuitas partus copia cõpensaretur; genera eiusmodi sunt sues, canes, aues complures, pisces omnes, quæ autem diu viuerent, hęc pauca procrearent, quippe cum temporis amplitudo posset rei, quam natura spectaret, satisfacere. Sunt hoc in genere elephanti, serpentes, cornices, cerui, quę vero mediocriter viuerent, hæc etiam partu essent mediocri. Stirpes quoq; modo eodem illo fructificant, annua enim omnia quoniam vitam breuem sortita sunt, largam seminis copiam effundunt, vt triticum, hordeum, milium. Arbores parcius ferunt eo quòd vitam agunt diuturniorem. Mammæ quoque animantibus pro partuum numero datæ sunt. Quadrupedibus item intra sese fœtificare, atque vterũ ferre natura voluit, ob eã scilicet causam, quoniam & corpore sunt ampliori robustioriq;, & terram pro sede sortiuntur, gradiriq; non magno cum labore cõsueuerunt. Volueribus partus foris conficiendos censuit, vt eo immunes essent onere, & labore, quoniam & corpore sunt imbecillo, & per aerem agitantur.

70 Cur febrũ accessiones certo venire ordine soleant? Quoniam tãtum materię putret, quantũ à natura concoqui potest, quòd cùm materia concoquenda certa sit, potentiam quoq; certam tempusque certum esse necesse est, subaudiendum hic illa, quòdque materiæ genus suum habet vaporem. Sanguis enim vaporem humidum & calidum reddit more aquæ feruentis, quod in poculorũ tegminibus patet, atq; in balnearum tectis, & in aere, sic etiam nubes constituunt, & quemadmodum vapor aquæ in rorem concrescit, rursũsque speciem aquæ recipit, sic etiam

etiam sanguis stringitur, & sanguis iterum fit, bilis flaua veluti fuliginem agit calidam & siccam ritu * lapidis ignem sentientis. Atra bilis quasi fauillam emittit modo lignorum, quæ combusta in cinerem aridum vertuntur: pituita fumum humidum crassum, mordacemque reddit instar lignorum viridium, cùm vrũtur, est enim quodque ortum eadem essentia, qua sua origo est. * *alia lectio* ardentis.

Qua de causa mel inueteratum, aut supra modum 71
coctum, amarum euadat, necesse est? Quia omnem humorem amittit qui calorem temperare immodicum potest, quemadmodum etiam quilibet humor alius dulcis affici solitus est, vt vinum, vt defrutum, vnde fit, vt etiam tẽporis spatio crassescat, & minuatur, & quemadmodum vinum quatuor illa continet, florem, qui leuissimus innatat, fæcem, quæ corpulenta subsidet, humorẽ, qui temporis absumitur spatio partemque illam vinaceam, atque idoneam alimento: sic etiam mel ex quatuor cõstat, eiusque humidũ recrementum illud vim quandam obtinet deterforiam, quapropter incoctum tenuat, & purgat, coctũ alere tantum potest. eo scilicet, quòd fors superuacua omnis igne absumitur. Vt vero mel in vetustate amarescat, sic pinguia omnia, & oleosa rãcida efficiuntur, vt butyrum, oleũ, adepta. Hæc de saporibus illa addidisse nõ ineptum fortasse fit, dulcedinem plus caloris, minus humoris parere, acritudinẽ caloris, & siccitatis copia producere, saliginẽ plus siccitatis, minus frigiditatis cõmittere, acorem frigiditatis humiditatisq; copia gignere, austeritatem siccitas largior, & frigiditas dant, amaroremsiccitas & calor plenior creat, pinguitudinem

dinem ex humore pluri, & calore exiguo oriri censendum est.

72 Cur hominibus admodū * vinolentis circumuerti omnia videantur? Quoniā larga copia vini exhalationem spiritus vaporosi ad cerebrum mittit nimiam, qui spiritus cum digeri, atque cōsumi nequeat prius, quàm temporis spatium concoctionē exhibeat, per cerebrum volitur, & quaque versus pertransit, atq; ita perturbans profluit per nervū conspectuum, pupillāque ad res conspectui obnias, facitq; vt tales videatur, qualis ipse est. Affectum etenim interiorem foris esse imaginantur: quocirca efficitur, vt etiā caligent, & vertigine tantisper tententur, cuius vitij nomen à convolutione aquarū deductum est, neque vero ex vino tantum, sed ex materiis etiā corporis accidere illud potest: quoties vapore ad cerebrum nimium efferant, affectāmque moueant, quæ caligo vocata est.

73 Quā ob causam cùm nervi iidem à cerebro, & dorsi medulla in partes membrorum omnes transmittantur, non eadē actio, sed varia soleat prouenire? Quoniā non modo ratione essentiæ, verum etiam structuræ euariat actio, alia enim strues, & effigies nervi conspectui est, alia auditorij, alia gustatorij, alia eius qui in ore ventris positus est. Nervus enim conspectorius ille perforatus porrigitur. Auditorius explicatior tendit, atque etiam magis gustatorius simplici ducitur serie, qui stomacho deputatus est, voluitur in anfractum. Porrò ampliorem in orbem se agit, qui ventrem perficit, quemadmodum & cithara, quæ fidibus variæ concinnatur: quippe quæ crassioribus, tenuioribus, intentioribus remissioribus conflet, aliter enim nunquam illa concinendi amœnitas reddi potest. Quin etiam in reliquis membris, quorū aliquod officium est, partium perspicere artificium licet. Iecur enim & lien carne quadā crispa, atque tortitia constat, quam & * materiaceam, quòd materiæ similis est, nominemus. Renum quoque, & cordis item * sui generis est. Stomachi vero filia, quæ in directū porrecta sunt, attrahunt: quæ transuersa ducuntur, impediūt. Vulua profectò, & reliqua membra, quæ vim obtinent continendi, non nisi per obliquū filiorum tractum suo fungantur officio. Venæ, & arteriæ, & membranæ membris omnibus vsui sunt, ministrique publici habentur, membra autem ipsa suis quæque distribuuntur muneribus, & singulis singula actionibus delegantur, vt perspicuum sit, cui præcipue tribuere actionem debeamus.

Cur mulieres, quæ vterū gerunt, secundo aut tertio mense gustare aliquid improbe appetāt? quapropter picare tātisper ducuntur a pica, quæ terræ glebas fumiter eiūtat. Aut quia varius & alienus est eius color: vt harum appetitus. Natura sanguinem omnem menstruum colligere in matricē necessariæ fœtus afformationis gratia consueuit, qui sanguis si vitiatus est, suum vitiū ad os ventris transmittit, atque ita stomachum ipse improba motus qualitate materiæ, alienos, atq; incōmodos appetit, idq; ipsum vane peccat pro materiæ subditæ conditione. Nā si atra sit bilis, carbones, aut lateres, & genus quodlibet fictile appetitū pituita acida, sapores acidos concupiscit, si bilis vitellina, * pinguia quærit, si alia mascella quælibet sit, auiditas quoque gustandi ratione illius oritur insolens, verā hanc esse causam cōstat eo, quòd non omnibus

74

* Alba bilis

præ-

* crassis χυμοῦ. assimilem. * propria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pregnantibus hoc idem vſu eueniat, ſed cõpleri ſobrio appetitu degant, quibus ſcilicet ſanguis ille collectus integer eſt, & vacuus excremento. Vitiũ id vltra menſem tertiũ nõ protrahitur: fœtus enim imperfectior copiam abſumere ſanguinis põt, vt nihil præterea ſit, quod ſtomachũ efferatur. Hoc idem etiam aliquibus eſurientibus vi famis illa intolerabili, quã bulimum appellamus, atque etiam morbo maioris inteſtini laborantis accidit, ſcilicet eadem illa cauſa, quòd ſtomachus materiis vitioſis refertus eſt, ex quo fit, vt his ſummopere pũt purgatio.

75 Cur autumnus inæquabilis ſit? Habet enim eodẽ in die frigus, & calorẽ. De hoc varia ſententia eſt. Alij enim ad abditã atque inexplicabilem cauſam illud referunt, alij ventos per id tempus varios, & inæquales afflare aiunt, alij quòd terra nimio æſtatis æſtu deuſta refrigeratur per autumnũ, hinc calore adhuc extãte vicem agi modo frigore, modo calore opinantur. Haud enim illi audiẽdi ſunt, qui propterea inæquabilem eſſe autumnum exiſtimant, quoniam medius inter hyemem, & æſtatem poſitus eſt: nam & ver medium eſt, quod non ita euariat. Hic adiicere illa nõ alienũ eſt, diei & noctis ſpatia [illegible] anni tempora plane imitatur, primam [illegible] diei pars vſq; ad meridiem veri ſimilis eſt, meridies ipſa æſtatem ſimulat: hinc ad veſperã ſpecies agitur autumni, nox deinde hyemem præfert, vt quæ humida, & gelida ſit propter ſolis abſentiam.

76 Cur ſomnũ laſſitudo afferre poſſit, cùm hæc ſiccet, ſiccitas vigiliam pariat? Cenſendum non interne a laſſitudine ſomnum proficiſci, ſed per mediam frigiditatem, atque humoris conſumptionem.

ptionẽ. Quippe cùm laſſitudo ex ſe ſiccitatem creet, ſiccitas calorem aboleat (humor enim caloris eſt nutrimentũ) abolito caloris frigus augeat. Igitur natura humido alimento conſumpto, vitaliq; ſpiritu diminuto quieſcit, vt acquirat, rependátque quod amiſerit.

Cur lapis, aut ferrum, aut quid tale proiectũ 77
in aquã ſine aliquo ligni ſuſtentamento demergatur, ligno ſuſceptum deſcendere nequeat? Cenſendum aërem per ligni meatus admiſſum, lignum eleuare, ac facere, vt innatet, quãquam pondus ſuſtineat: at vero lapis, & ferrum, quia ſolidiora ſunt corpora, præhenióque meatuum contentu ſtringuntur, nullum ſibi admitti ſpiritum patiuntur, atque ob eam rem nequeũt innatare. Sic enim & qui per vndas interierunt, primum ad imum delabuntur, pòſt aliquot diebus emergunt, & fluitant, cùm enim corpus putret, & tabet, ſpiritus oritur, quo pulmo meatúſq; omnes implentur, corpúſque eleuant ita, vt facultas ſit innatandi, vnde piratas quoſdam homines quos enecaſſent, pulmone exempto in altũ proiecíſſe, ne efferrentur, proditum eſt. Hæc eadẽ ratio eſt, cur ouа integra demiſſa in aquam demergi ſoleãt, vrina & corrupta ſuſtineatur, & ſupernatent: tabet enim humor eorum, & inflatur.

Cur teſtes gallorũ gallinaceorum, quos laſte 78
ſaginant, ampliſſimi, & concoctu facillimi efficiantur. Quoniam ſanguis non modo ſerum in ſe continet, quod rẽnes trahunt, ſed etiam lentorem, quem ſibi teſtes pro alimento hauriunt, craſſiorem vrina, tenuiorem ſanguine, cuius ſpeciem prope imitatur. Sed quãdiu natura copia alimenti indigeat, quod quidem in ętate ac-

cidit puerili, lentorē etiam illum ad totum ens triendum corpus dispensare solita est. Vbi autem multus desit alimenti vsus, videlicet tempore pubescendi, colligit hunc ad testes: quæ quidem res testium ipsorum amplificatione, pilorúmq; pubertatis ortu palam fit. Testes enim per id tempus augētur, & pubes pilo integitur. Sed cùm iterū sanguine natura indigeat largiri, scilicet postea quam fœmina concepit, vt & fœtum nutriat, & lac molliatur, lentorem illum à testibus reuocat, rurisúque cum sanguine miscet, atque ita lac efficit. Sanguis etenim albens lac fere est: ergo quòd testes gallinaceorum pinguissimus hauriunt, scilicet blandimento lentoris, quē suum in lacte comperiunt, plenius augentur, & alentiores facilioresque reddūtur.

Cur mel istud commendemus, quod acrius
739 sentitur, & mediocriter hoc idem calidum esse existimemus, cùm acritudo non nisi per calorē immodicum consistere soleat? Censendum non acre mel, sed temperatum id esse. Verum linguā suo calore plenius calfaciendo in acritudinem verteret: dulce etenim omne acre primum, post nimiū incalescens amarum redditur: quod autem sacchar Indi appellāt, mellis coagulū est, Sole cogente rores, conuertenteque ad mellis dulcedinē: quod idem in mūte Libani fieri certum est. Fiat sacchar id proximum salis glebulis, candidum, fragile, vim id quoque tergendi purgandique mellis simulem habet, & coctum ritu mellis nostratis nō æque, atque incoctum purgare potest: cibo tamen ita assumptum aptius ad alendum est: mel item quod galbanarium cognominamus, discrimen tertium mellis explet, pastu scilicet apum, quem galbana vitant:

prodest hoc illitum ad oculorū claritatē: quemetiam quod Thymū redolet, ventrem iuuat frigidiorē. Aegyptium vero, humidum dilutúmque est, videlicet ea de causa, quòd, flores tractus illius immodice humēt ex larga Nili amnis irrigatione. Omnium optimum insulæ ferunt, & loca maritima: quippe quæ ficciora sint, & syneciora. Melli montis Hymetti, terræ Atticæ, laus præcipua datur, propter florum singularem præstantiam.

Cur lac frigidum sit, & cur facile concoqua- 8a
tur, probeque nutriat, cùm habitu sit frigidiori? Censendū lac propterea facile transire posse in sanguinem, quoniam è sanguine factum est, & fere sanguis albefactus est: album vero, atq; frigidiusculum sit per mammarū adenes, qui albi sunt, & sanguine vacui, cùm tamen suo in fonte aliquid habeat caloris: lōge frigidius à mulctra expositū aëri euadit, quemadmodum etiam semen. Cogendū non coagulo animalis, sed succo ficuleo est, aut gutture gallinæ, aut mico: sic enim caseus cōcoqui, digeriq; expeditius potest.

Cur vlcera pulmonis curari nō queant? Quia 8b
quod curatum iterū est, quiescere debet. Vnde illud Hippocratis medici, Pedis remediū quies est, motus enim cōfluuium agit materiæ supernacuæ, quæ excitare potest inflammationem. Pulmo autem ob respirandi necessitatē in motu assiduo est. Adde, quòd purulenta pulmonis repurgari nō nisi per tussim possunt, quæ suo intento motus vlcus lacerat, & dilatat, quinetiam quòd membrū illud humidum, calidum, laxum putredini oportunum spiritus conceptaculum est, refici propterea nequit, nisi à natura vna primordio seminis.

83 Quã ob causam homines, qui ex ardua febre insaniunt, robustissimi, quãdiu insaniunt sint? solúti insania admodũ debilitentur, & langueant? Quoniã siccitas per cerebrum & neruos agitur, immodica robur enim ex siccitate neruis aegri certum est: sedata autem insania, lassitudinem sentiunt, quòd iam sensus integrior est, & nerui molliores reddũtur, & laxiores.

84 Cur pisces saxatiles concoctu faciliores sint? Quoniam aqua saxis vicina moueri etiam, cum serenũ est, consueuit: durum enim ac molle quo niã contraria inter se sint, quiescere nequeunt, cùm inuicem tangãtur quod mouetur, tenuius reddi solet, quàm quod quiescit. Ergo pisces quo que agitati per aqua synceriores, puriores, & inde concoctu faciliores euadant, necesse est: ibi hæc eadẽ ratio est, cur animũ alas concoqui faciliores, quàm reliquas corporis partes experiamur.

84 Cur ijs balneum nõ præcipiamus, qui febre cõtinua iam laborare desinunt? Quoniam materiæ noxiæ, crudæ, crassæque adhuc constant, corporeque absolui nondũ patiuntur: quantum materiæ autem vtilis sit, id tenue, atque liquidã substatme igitur calor balnei prius vtilem partẽ vt tenuiorem, quàm inutilem trahat, abstinendũ à balneo est: neque per id tempus tantũ, quo morbus minuitur, verũ etiam, quo incipit, & omnino quo materia minus concocta est.

85 Cur Medici hominibus febre laborãtibus hectica ab habitu nominata parũ aquę bibendum ante cibũ præcipiant? Vt membra solida, quæ perficeant humefiant, reddantúrqi aptiora ad solidioris alimenti agglutinationem, agnationẽmq; hinc artifices quoq; testor, operis prius quàm admoueãt calcem, aqua parietem aspergere

gere soliti sint, vt tenaci⁹ incrustetur, & firmi⁹.

Cur omnia dulcia hienem & iecur augẽt? Iecur per sui habitus similitudinẽ facilius rem dulcem attrahere potest: calidum enim atque humidum est: ibi en vero, cum partem sanguinis fæculentam de iecore trahat, sanguinem quoque elicit largiorẽ, videlicet pro copia, quę posita in iecore est, quod quidẽ tantisper agit, quamdiu innaleat vis eliciendi, vnde nomen sortitus est. 86

Quamobrẽ vehementer percussa parte capitis, quę tempora appellantur, intereundum sit? Quoniam musculus, qui eam continet partem, ex cerebro oritur, vicinúsq; illi positus est: consentiens igitur cerebrum, ictúmq; communem accipiens, dolet, atque contrahitur: & spiritus quoque animalis vna cum eo constipatur, atq; crassescitque ita animus, cùm idoneo careat instrumento, à corpore confestim discedit: vinculi enim corruptio solutionẽ afferat rerum coniunctarum necesse est. 87

Cur homines, quos ingens tonitrui strepitus attonitos fecerit, intereant: aut certe amentes degant? Eadem illa ratio est, quam proxime diximus: ictus enim immodicus aëris, cerebrum, atque spiritũ animalem per aures subit, quam obrem spiritus ille contrahitur, crassescitq; denique ineptus ad animi actiones redditur: & cum immodice incrassescat, etiam discessum animi à corpore agit, quæ mors est. 88

Quam ob causam oui vitellus concoctu facilis, albumen difficile est? Quoniam vitellus calidus, albumen humidũ, & frigidũ est, ouum quippe qualitates elementorum omnes complectitur, & quatuor illa rerum primordia plane in se sita ostẽdũtur tegmentũ enim testaceũ 89

terræ proximum est, siccũ nãque, & frigidum: albumen aquæ cognationem gerit, humidum enim, & frigidum: spiritus in albumine cõtentus pro aëre est, calidus enim & humidus vitellus ignẽ repræsentat, plus enim calidus, minus siccus, neque colore igneo vacat. Denique orbis vniuersi, quem mundum vocamus, speciem in ouo dixeris demõstrariam & ex quatuor constat elementis, & in sphæræ faciem conglobatur, & vitalem potentiam obtinet.

90 Cur stercus hominũ, qui morbo maioris intestini laborant, speciem gerat bubuli? Quoniã morbus hic ex pituita, magna ex parte, oriri solitus est: pituitæ autem copia putrescens spiritum agit, qui fæces subit, inflat, tumefacit, atq; ita similes bubulis reddit. vnde fit ꝛpius, vt vel in aqua valeat innatare. Bubulum autem inflari propterea arbitrandũ, quoniam plurimũ boum pabulum palea est, & fœnum, plurimũsque proinde spiritus mouetur.

91 Cur membrana cerebri pleniore vulnerata, oriri per secturam soleant, quæ fungorũ nomine appellamus? Quia vapores qui ex cerebro assidue proficisci, digerique per rimas consuerunt, dilecta iam ollę, ampliq; patefacto itinere effluunt vniuersi, ofsique gelido occurrãtes concrescunt, & speciem fungi capiunt: quippe qui supra ampliusculi, infra prætenues, vsque licet loci ratione præficiantur.

92 Cur pituita, quæ crassa, & frigida est, & inde apta ferri deorsum, sæpe ad caput ex pedibus ascendat? Censendum non ex ie pituitam posse ascendere, sed per vim secernendi, q̃ indita membro cuiq; est: hæc enim quãuis in pede nocens illa materia sit, tamen depellere sursum potest quod

quod cum membra omnia faciant, tandẽ ea in parte consistit materia, quæ minus depellere potest, quàm satis sit.

Cur per flatum aeris pestilentẽ homines mul- 93
ri, & inæquales malo eodẽ intereant? Quę quidem res tollere fatũ videntur, id est necessariã rerum consequentiã, quam stellarum ordini & motioni tribuimus. Cẽsendum illos homines rapi cõditione cœli pestifera, qui cõcepti natique sunt tali motu stellarũ, vt longinquo tempore viuere nequirent: quẽadmodũ enim ædificium vetus, atque infirmum facilius impetu vẽti corruit, quàm nouũ & validum: sic etiam hominem, qui ex fato vitam sortiti sunt breuiore, expeditius ab aëris vitio mouẽtur, & capiũtur: malum autem commune propterea est, quoniam aër, qui syderum pestilenti defluuio vitiatus est, ide continet omnes, atq; ab omnibus trahitur.

Cur multitudo per crapulã vino vini mole- 94
stiam leuari, dicere soleat. Hoc etsi vulgare est, vere tamẽ asseritur: quippe cùm mẽbra per nimium vini calorẽ resoluta, vini adiectione recreentur, fermentũrq;, vt spiritus conãtos, tẽtantesq; caput discutiant, & depellãt: præsertim si temperatũ est quod secumlo hauritur. De vino hæc annotare non alienũ hic est. Vinum si exiguum bibatur, salubritatẽ largiturisi modicum, facundiam parituri immodicum, & menti obest, & corpori, vt Theagenes quoque Poeta inquit, Meri copia noxia esset si quis eo recte vtatur, nõ noxiũ, sed percõmodũ est. Liberum patrem Bacchis comittatis nũ inepte effingũt: choream enim, quam vini hilaritas extruit, Baccharũ cœtus designat. Satyros eidem cõiunguntrationeagilitatis, facilitatisque. Lydiam etiam addunt,

quoniam per immodicum vsum vini hominem resolui necesse est. Quinetiã pardi sectantur ob eam causam, quòd multa & varia imaginantur, qui multũ vini hauserint. Animal enim hoc varia integitur pelle: vnã ex bacchis Agauen matrem Penthei suũ discerpsisse filium narrant, eo quòd multi per vinolẽtia facile in homicidium ruunt: nudus fingitur Bacchus, quoniã vinum mentem, atq; animum detegit, & patefacit: arsit Venerẽ Bacchus, arsit Ariadnam: vino enim mebriatis libido maxima oritur. Neq; caluus quidem Bacchi comitatus deest, scilicet propter cerebri detrimentũ, quod vsus vini immodicus inuehit: amittit enim vires suas sedes hæc animi, atque marcescit: vnde vinũ Maronẽ à marcore plerique nominãt: necnon & Pana hisce adesse volunt, videlicet ob summã vini potentiã, aut obvarium eius feruorem, virosque varias: tãgitur Bacchus à fulmine prius quam veniat ad lucẽ eximitur vtero matris, cõiectus in femur patris clauditur, quoniã vinum persæpe fictilibus contentũ Solis exponitur, atq; ita vires in plenum accipit, & saporẽ. Sorores quatuor Bacchus habet, quoniã vinũ mutationes quatuor recipit. sanguis ex materiis nostri corporis vino tum in habitu, tum in natura respõdet. Quẽadmodum enim ex quatuor vinum cõstare partibus expo suimus: sic sanguis quadripartitus est: quippe qui partẽ habeat dilutissimã, quam renes hauriũt & tenuẽ quandam, veluti florem, quam fellis folliculis trahit: & crassam, ac fæculentã, quam lien capit, & puram, atque synceram, quæ digesta in membra alere potest modo vini, quod sua tantum parte syncera præstare alimoniam potest.

tes teniores discissæ coniungi agglutinarique nequeant? Omnino quę ex semine natura creauit, hęc destructa recreari non queũt: non enim nervus, non vena, non membrana, non reliqua generis eiusdem suam possunt recipere integritatem: ergo non immerito illa quoque refici nequeunt, cum semine orta sint: at quæ principio sanguis constituit, hæc denuo gigni, recreariq; possunt, eo quòd sanguis nulla in parte ætatis deesse potest.

Cur vinacea, & zizania, & grana siculna integra, vt ingeisimus, per alium egeri soleant? Vtrum quia parua admodum sunt, & ficca, ideo concoqui nequeant? an quia semina sunt, & generandi perfecte obtinent facultatem, resolui non patiantur, sed pertinacius ad eum finem edurant, cui sunt destinata à natura? hæc enim de causa specie quoque globi formata sunt, quę omnium figurarum perfectissima est. 96

Quam ob causam parte iecoris gibba interse pta iugale collo subiectum graueret, & dilabatur? Quoniam vena à trunco cognominata, quæ ex parte iecoris gibba ad collum vsque ascẽdit, amplificata per interceptionem, infartionemq; grauius ponderat, tenditq; deorsum: quẽadmodum ieiectitium quoque carnibus, aut quolibet alio corpore infartum deferri cogitur, atq; collabi. Sic enim vna illa detracta iugalis interiora secum trahit, monetq; dolorem. Tussi quoque iidem arida infestãtur: malus enim iecoris habitus efferens sese ad membra spiritui deputata, excitat illa ad rem depellendam, quæ vrget, atque inde tussis exultat. 97

Cur vulua vna omnium membrorum aspera parte interiore est: habet enim quosdã excess,

quos calículos siue acetabula appellamus? Vt
scilicet humidum possit retinere: humor etenim
omnis facile per lævem corporis faciē labitur:
hinc enim & artifices tectorij operis scalptis
parietibus calcē admouent, vt per cauа & inæ-
qua asperiora crustа contineatur, & hæreat: hac
vero de causа semen quoque ipsum lentū, glu-
tinosūmq; factum à natura est, videlicet vt te-
nacius incidere possit, & firmius.

89 Cur multi, cùm suam vrinam exitū appeten-
tem retinuerint, resoluti sint, atq; destillatione
vrinæ laborarint? Quoniā vesica nimium ple-
na, extumescenteque vitra modū humorem ex
natura mēbranæ inclusum omnem expreinit, at-
que ita ficcior facta est, vt præterea cōtrahi ne-
quiret, more pellis, quæ exsiccata extēdi nō po-
test, nisi aqua musta cū oleo diluatur: fieri autē
vrinę destillatio solet, vel per musculi resolutio
nem, qui cernicē vrinę claudit, vel per exulcera
tionem ipsius vesicæ, vel per iniuriam calculi:
mordetur enim vesica, aut aggranatur: itaque
excernere incitatur quantum vrinę receperint
minimum: difficultas vero vrinæ nomen, gene-
ralius, quàm destillatio est, sicut & coquendi,
aut audiendi, aut spirandi difficultas.

100 Cur vehementer ij sitiant, quorum ventrem
inferiorem fluxio exercet? Quoniā humoribus
deorsum collapsis stomachus refrigeraturfitis au
tem non nisi per siccitatem oriri solita est.

101 Quid est quod lachrymas moueat, cùm anga
mur? Spiritus, qui per angorem affectus est: hic
enim ad cerebri membranam effertur, atq; hu-
morem ibi pituitam exprimit: quod idē vel præ
nimia lætitia potest euenire.

102 Cur barba spadones careat? Quoniam calore
vacant

vacat, quo pili & oriuntur & augentur.

Quamobrem qui pueri exsecti sunt, vocē red 103
dunt acutiorem, quàm qui adultiores quos gal-
los nominamus? Quoniam per id tempus exse-
cti sunt, quo meatus sunt arctiores: spiritus au-
tē cò tenuis sonat, quò per angustiora extrudi-
tur.

Cur cibo tam humido, quàm sicco ingesto 104
eructemur? Quia spiritus vel cum cibo admitti
tur, vel post ex concoctione monetur: qui cùm
tenuior sit, petit superioraitaque per os extru-
ditur, quam rem ructum appellamus.

Cur alij magis, alij minus concumbere va- 105
leant? Quòd alius alij sint calidiores.

Quare qui ex luce amplissima ad mediocrem 106
venerunt cernere protinus nequeāt? Quoniam
lux mediocris propius ad tenebras, quàm am-
plissima illa accedit: tenebræ autem suam ob
crassitudinem vim comprimendi obfuscant.

Cur mulieres vulua male affecta mente la- 107
bantur, & delirent? Quoniam membrum id na-
tura constat neruosū, fitāque primordia è sto-
macho, atque membranis cerebri ducit, quod
vel ipso contextu palam est.

Cur mulierum menstrua colligantur? Quo- 108
niam per vitam, quam otiosiorem degunt, am-
plius materia superuacua redūdant, at sanguis
largior in homine, quàm cætera materiarū ge-
nera est: ergo merito iis, cùm amplius vacet,
egeri leuandi corporis gratia solitus est.

Cur pestem lippitudo magna ex parte præ- 109
cedere soleat? Quoniam pestis spiritus affectio
est: quòd cùm spiritus motus vitiatúsque effera
tur ad caput, oculos perturbat, eósque prius
quàm cætera vitiat, vtpote qui tenuior, atque
mobilior sedem adeat oculorum.

Cur

108 Cur homines tremuli cùm bibant, circũferri soleant? Quia vini calor immodicus nerues subit, & spiritum contentum in his perturbat, qui ex sede cerebri ducitur.

109 Cur bestiæ statim ab orto naturæ ambulare queant, homines nequeãt? Quoniam bestiæ calo ris omni ex parte sui corporis partẽ continent, homines plus caloris habent in capite: itaq; nõ ante erigi, ambulareque possunt, quàm modo æquali calor in oẽs partes corporis indigerat.

110 Cur qui neruorum distensione laborãt, si arduè febrisant, liberari distensione possunt? Quoniam ex refrigeratione, afflictioneque spiritus contenti in nerus distensio oritur, & ex calefactione aboletur: febris autem calida est.

111 Quare qui bilem atram euomuerũt, periculo pateant? Quoniam nulla præterea bile substante sanguis ex iecore trahatur necesse est.

112 Cur à mictu spiritꝰ aluo excedere soleat? Quoniam quamdiu plena vesica est, rectum intestinum, quod sibi subditum habet, premit: egesta autem vrina relaxatur, atq; ita spiritus intestino illo detẽtus labitur, atque effluit cum sono.

113 Cur vbi eminximus, aut oscitauimus sumus, in horrescere cõsueuimus? Quoniã aliquid spiritus calidi excurrit, cuius detractione corpus refrigerari congruum est.

114 Cur albugines, aut vitiligines, acu adactæ, nullum sanguinem emittant? Quoniam calor

115 omnis summis ex meatibus vel recessit, vel dissipatus, exactóque est.

Iunc appetitum sine orbis Medicã vocat Plinius.

Cur pleræque omnes mulieres cum concepe runt picare, id est appetere sapores minus cõuenientes soleãt? Quoniã conceptus præter naturam est affectus autem stomachi vitium, id est, quod

quod picam vocamus, quemadmodum auiditas, & fastidium.

Cur febres quartanæ diuturniores cæteris 116
omnibus esse soleant? Quoniam in ea materia peccatur, quæ terrena maxime est: terrenum autem omne graue est: quocirca merito quartanę lentius repetunt, & longius tenent.

Cur vlcera articulorum reduci in cicatricem 117
nequeãt, quod in plerisque aduertimus. Vtrum quod plus materiæ in articulis est? Ergo, cùm materia largius illuc confluat, acrior redditur: itaque maturius siccat. An quoniã articulorum postremum cartilago est: idcirco cicatrix firmari nequit, sed labitur.

Cur aqua pluuia leuior fit, cùm ex mari hau- 118
riatur, quod graue est? Censendum quamuis ex mari hauriatur, spiritus tamen agitatam tenuẽ efficit, & leuem.

Cur res frigida omnis, ossibus, dentibus, ner- 119
uisq; inimica est? Quoniam hæc natura cõstant terrena, terrenum autem omne frigidum est: ergo quòd frigida qualitas augeatur, me[illegible] accidere detrimentum potest.

Cur qui per febris ardorẽ insaniunt, pulsum 120
arteriarum habeant leuiorẽ: qui per lethargiæ vitium memoria obtorpescunt, pleniorem reddant? Quoniam alteri spiritu relaxato cerebri deliraut, alteri eodem illo spiritu crassescente, graueseenteque premuntur, & infestantur.

Cur febribus quibusdam per sudorem leua- 121
tis, cordis periculosæ affectiones sedari soleãt? Quoniam materia vitiosa partim dissipatur, partim resoluitur.

Cur per hyemẽ plus sibi assumere, pleniúsq; 122
oõcoquere possimus? Quoniã calor nostri corporis

quod

poris pulsus exterioris frigoris vehementia, ad eosdem interiorem se recipit: itaque facit, vt cibus & concoquatur, & assimatur.

211 Cur qui nimis concubuerunt, si præterea coeant, sanguinem vice seminis emittant? Quoniam semine omni exhausto nullus humor promptius sanguine rei veneree se offert.

214 Cur nervi non quemadmodum puncti, ita etiam præcisi excitent inflammationem? Quoniam spiritus inæqualis punctionis segmento occurrens, retorquetur, atque in se coactus, stipatur, & recalescat at præciso penitus nervo spiritus effluit omnis, & obit.

215 Cur sudores, qui ante affectionem venerint, graues sint, & molesti? Quoniam qui febrem sequuntur, per relaxationem, remissionemq; effluantiqui antecedunt, per expressionem vtiq; violentiorem extringantur.

217 Cur os ventriculum grauiter oleat? Quoniã stomachi acritudo, nisi cibo recenti temperetur, insuauem reddit exhalationem.

Cur nullus in corde morbus possit consistere? Quoniam per membri opportunitatem, ante mors rapit, quam morbus pateat.

228 Cur scrobe iuxta mare effossa, dulci aqua cõperiatur? Quoniã mare transmissum, liquatumque per terram, suam crassitudinem omnem amittit, inque humorem dulcem extenuatur.

229 Cur ambusta difficulter cicatricem recipiãt? Quoniam per ignem meatus corporis omnes extruduntur, obliterantúrque, vt extra propemodum mortua sit: sit enim vt materia in his inclusa perquam difficulter educatur.

230 Cur hominum natu maiores vinosi esse soleuerũt? Quoniam per ætatem refrigerata calorem

rem desiderant: vinum autem calorificum est.

Cur pondus facilius parte læua, quàm dextra sit efferre valeamus? Quoniam materia partis leuæ oppressa plus durare, patique, quàm dextra potest, quippe cum altera difficilius, altera facilius moueatur.

Cur pars dextra sanabilior sit, quàm læua? 232 Quoniam per exercitationem ampliorem, materiæ compescuntur: redduntúrque sanitati oportuniores.

Cur mel vlceribus acre, gustu dulce sentiatur? Quoniam vlceribus horridis, reáccatisque mellis tenuitas occurrit, tenue autem omne acre est. At gustus quia humidus est, mellis perei pere potest lenitatem. 233

Secundi Libri Problematum Alexandri Aphrodisæi Finis.

Series Chartarum.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vvv Xxx Yyy Zzz Aaaa

Universidad de Deusto
Biblioteca

LVGDVNI,
Excudebat Basilius
Boquetius.

BIBLIOTECA

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca